quas chriſt⁹ ſpecialiter elegit ſc3 Hieruſa=lem Bethleem et Nazareth que tanq̄ celle aromatice ſaluatoris cōuerſatiōe redolent habitatiōe priuari. Jn nazareth eīn de ſpū ſctō et maria virgine fuit dn̄s cōceptus.Jn bethleē natus.Jn hieruſalē pro ſalute no=

Adā ſe= cūdus pim⁹.

ſtra crucifixus mortu⁹ ⁊ ſepult⁹.Jn bethleē ergo ſecundus adā eſt nat⁹ de qua ad ſeptē miliaria vel circa cōtra auſtrū eſt ebron ci=uitas : vbi in agro damaſceno fuit primus Adā de rubra terra formatus : de quo agro ad iactū arc⁹ eſt ſpelūca duplex:vbi ipē adā cū cōiuge ſua eſt cōdit⁹ et ſepult⁹:tres ma=gni patriarche.ſ.abraā:yſaac:et iacob cum cōiugib⁹ ſuis. ¶ Chriſtus itaq3 nat⁹ eſt vt captiuū hoīe3 liberaret.

Y

Figu= re nati xp̄i. Ge ne.xl.

Et hoc prefiguratū fuit in pincerna pharaonis : cui in carcere videbat q̄ coram ſe vitis de terra creſcebat habens tres propagines ſeu ramos q̄ cepit florere ⁊ vuas pducere quas in calicē pha=raonis exprimens potū pharaoni offerebat qui ſm ſomniū interp̄tationē poſt tres dies liberat⁹ eſt.Sic cū gen⁹ humanū miſerabi=lē ſuſtineret captiuitatē:vitis.i.xp̄s de ter=ra ſola.ſ.maria excreſcebat q̄ in ſe tres pro=pagines.ſ.carnē:aīam:deitatē habebat:vel tres ppagines ſunt tres pſone ſctē trinita=tis. Tertia vero die poſtq̄ vinū ſanguinis ſui in cruce eſt exp̄ſſum et regi celeſti obla=tū:nūc gen⁹ hūanū de captiuitate eſt egreſ=ſum. Hoc vinū regē celeſtem ita inebriauit q̄ oēm offenſam humano generi relaxauit. Hoc vinū nobis ſub ſacro reliqt : vt quoti=die regi celeſti pro mundi offenſa offerat:qr quotidie a mūdo offendit. Vn̄ cū xp̄s naſce=ret vinee engaddi floruerūt ⁊ xp̄m verā vitē veniſſe oſtēderūt.

Vinee engad= di flo= ruerūt.

¶ Modus autē natiuita=tis xp̄i figurat⁹ eſt in virga aaron q̄ floruit ⁊ fructū amigdalinū ptulit. Sicut eīn vga illa mirabiliter ꝯ naturam germinauit:ſic Maria ſupra ordinē nature mirabiliter fi=liū gn̄auit.

natiui. xp̄i mo dus fi= gurat⁹

Virga aaron ptulit fructū ſine plātatiōe. Maria genuit filiū ſine virili cō=mixtiōe.Jn teſta amigdalina dulcis nucle⁹ latebat:i teſta carnis xp̄i dulciſſima deitas abſcondita fuit.

Virga aaron. ꝫ

Jn virga aaron inuenim⁹ frondiū viriditatē:florum ſuauitatē:et fru=ctuū vbertatē:ſic maria habuit viriditatē virginitatis ſuauitatē pietatis : et vbertatē ppetue ſatietatis. Non ſolū aūt xp̄s iudeis ſed ⁊ paganis ortū ſuū p̄monſtrauit:qr oēs hoīes ſaluos fieri voluit.Vn̄ octauianus q̄ tūc toti mūdo dn̄abat:⁊ iō a romanis tanq̄ de⁹ reputabat ſibyllā pphetiſſam ꝯſulebat ſi in mūdo aliqs eo maior futurus erat.

Octa= uian⁹.

Eo=dem aūt die qn̄ xp̄s in iudea naſcebat ſybil=la rome circulū aureū iuxta ſolē contēpla=bat:in quo circulo virgo pulcherrima reſi=debat q̄ puerū ſpecioſiſſimū i gremio gere=bat.Quod illa ceſari octauiano mōſtrauit ⁊ regē potentiorē ipſo natū eſſe intimauit.

Solen= nitatis huius magni= tudo.

¶ Meditari ergo debes cum gaudio q̄ta ſit hodierna ſolēnitas. Hodie nāq3 nat⁹ eſt xp̄s:⁊ ſic vere eſt dies natalis regis eterni et filij dei viui.Hodie puer nat⁹ eſt nobis:⁊ fi=lius datus eſt nobis. Hodie ſol iuſtitie q̄ in nubib⁹ erat clare fulſit. Hodie ſponſus ec=cleſie electorū caput de thalamo ſuo pceſ=ſit. Hodie ſpecioſus forma pre filijs hoīm deſideratā faciē eius oſtēdit. Hodie illuxit nobis dies redemptionis noſtre reparatio=

Titu. iij. Bern.

nis antique felicitatis eterne. Hodie pax eſt nūciata nobis hoīb⁹ vt canit in hymno angelico qui hodie eſt factus.Hodie vt cā=tat eccleſia p totū melliflui facti ſunt celi. Hodie apparuit benignitas et humanitas ſaluatoris nr̄i dei:qr vt dicit Bern̄. Poten=tia apparebat in rerū creatiōe:ſapiētia vo in earū gubernatione:ſed bonitas mie ma=xime nūc apparuit i hūanitate.Hodie ado=ratus eſt deus in ſilitudine carnis peccati. Hodie ⁊ nos cū xp̄o ſum⁹ cōgeniti:qr gn̄a=tio xp̄i origo eſt ppl'i xp̄iani. Hodie illa duo miracula cōtigerūt q̄ oēm ſuperāt intellectū

ꝛ ſola fides apprehēdere pōt.ſ.ꝙ deus naſcitur ꝛ virgo parit. Hodie aliorū miraculorū claruit multitudo. Deniqꝫ oīa que de īcarnatione dicta ſunt quaſi hic clarius eluceſcūt. ibi inchoata: hic manifeſta videas: nūc illa ac iſtis cōiunge ꝛ applica. Merito ergo eſt iſta dies gaudij ꝛ exultationis ac letitie magne nimis. ¶ Oratio.

IEſu dulcis q̇ de ancilla hūili hūilis nat⁹ te humilr natū hūilitatis pānis iuolui: et in pſepio reclinari voluiſti da mihi clemētiſſime dn̄e p tuā inenarrabilē natiuitatem renaſci in me noue vite ſanctitatē: ꝛ ſic ſub habitu ꝛ pānis me religiōis hūiliari vt iter arcta reglaris diſcipline ſtudia velut in q̇dā pſepio reclinat⁹ ad culmē vere hūilitatꝫ valeā attingere: ꝛ q̇ nr̄e hūanitatis et mortalitatis fieri dignat⁹ es ꝑticeps: da mihi tue diuinitatis ꝛ eternitatis eē ꝑticipē. Amē.

¶ De circunciſiōe domini. Correſpondet euangelio. Poſtquā conſummati ſunt dies octo ꝛc. Capitulum.x.



Poſtq̄ autē cōſummati (ꝛ impleti) ſūt dies octo (.ſ.a natiuitate dn̄i vtrāqꝫ extremitatē cōputando) vt circūcideret puer (ſm legis pceptū: qꝛ hoc erat tp̄s circuncitioni deputatū) vocatū (ꝛ declaratū) eſt nomen eius (eſſe) Jeſus (.i.ſaluator: qꝛ ī circūciſiōe ſolebat nomē īponi) qđ (.ſ.nomē iā an̄ impoſitū eſt a deo) vocatū (.i.pnūciatū) ē ab angelo p̄uſq̄ in vtero (.ſ.virginis) cōciperet de ſpū ſancto. Rit⁹ circūciſiōis a beato patriarcha abraā exordiū ſumpſit qn̄ ꝛ noīs amplificationem accepit. nā cū ſignaculo circūciſiōis augmētū ꝛ immutationē promeruit noīs: vt q̇ pri⁹ dicebat abrā.i.pater excelſus: deinceps ob meritū fidei diceret abraā.i.pater multarū gentiū. Nec ſolū ipſe ſed etiam venerabilis vxor eius augmentū cū noīs mutatione ꝓmeruit: vt q̄ prius dicebat ſaray.i.princeps mea ꝛ dom⁹ ſue tm̄: deinceps diceret ſara.i.princeps oīm recte credentiū feminarū. Ex hoc ergo in cōſuetudinē venit qđ ad huius rei imitationē noīa imponerent pueris in die circūciſionis eorū ꝛ ſic puero ieſu eſt factū. Ab hūilitate ergo q̇ eſt radix ꝛ cuſtos virtutū Jeſus ſumēs initiū circūciſionis accepit ſignaculū vt ꝓ te ſanguinis ꝓ̄tiū nō tardās effundere ſe tuū veriſſimū ſaluatorem oſtēdat patrib⁹ tā v̄bo q̄ ſigno repromiſſuꝫ eiſqꝫ aſſimilatū ꝑ oīa p̄ter ignorantiam et pctm̄. Duo magna hodie ſunt facta. Primū qꝛ nomen.ſ.eius eſt manifeſtatuꝫ quod ab eterno erat ſibi impoſitum: ꝛ ab angelo (p̄uſq̄ in vtero cōciperetur) vocatum. Angelus enim gabriel miſſus ad mariam ait. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filium et vocabis.ſ. in circunciſione nomen eius ieſum.ſ.a deo patre ſibi īpoſitū. vn̄ in Eſa. Et vocabit tibi nomē nouū: qđ os dn̄i noīauit. ſm Origen̄. vocabulū ieſu dulce ꝛ glorioſum oī adoratu cultuqꝫ digniſſimū nomē qđ eſt ſuper oē nomen nō decuit primū ab hoībus appellari: neqꝫ ab eis offerri in mundū: ſed ab excellentiori quadā maioriqꝫ natura. Hoc ergo nomē ei innatū eſt: vt em̄ ſaluator ſit a propria natura hꝫ. Et q̄uis hoc nomē alijs ante fuerit īpoſitū: tn̄ fuit nouū in xp̄o inq̄tuꝫ fuit impoſitum ab hac ꝓprietate: qꝛ eſt ſaluator oīm: que in alijs nō fuit: lꝫ ſalutem in aliquo facto ꝑticulari fecerint. Jeſus enim hebraice ſaluator interp̄tat latine. Dr̄ aūt ſaluator. Prio a potētia ſaluādi: ꝛ ſic cōuēit ei hoc nomē ab eterno. Scđo ab habitu ſaluandi: ꝛ ſic fuit impoſitū ab angelo ꝛ ei conuenit a cōceptiōis ſue principio. Tertio ab actu ſaluandi: ꝛ ſic fuit vocatū nomē in circūciſione: ꝛ cōuenit rōne paſſiōis ſue. Igit ſm Chri. Hoc nomē dei quo ieſus ex vtero virginis nūcupat nō nouū eſt ei ſꝫ antiquū qꝛ ieſus.i.ſaluator vocat⁹ eſt ſm carnē qui erat ſaluator ſm diuinitatē. Unde cōſidera dignitates hui⁹ noīs. Prio ꝙ hoc nomē fuit ab eterno preordinatū ꝛ cōſecratū. Secūdo fuit diuino ore noīatū. Tertio patriarchis ꝛ patrib⁹ ātiq̇s deſideratū. Quarto a ꝓphetis ꝓphetatū. Quinto ab antiquo.ſ. in ieſu naue: q̇ ꝛ ioſue dr̄ p̄figuratū. Sexto ab āgelo virgini ꝛ ioſeph p̄nunciatum. Septimo a beata virgine predicatū. Octauo a ioſeph hodie impoſitū. Nono ab angelis diuulgatum. Decimo ab apoſtolis magnificatum. Undecimo a martyribus teſtificatuꝫ. Duodecimo a cōfeſſoribus collaudatū. Tredecimo a ſctis virginibus tanq̄ oleum effuſum preguſtatū. Decimoquarto a fidelibus veneratum. Eſt autē ſm Aug. differētia inter nomen ieſus ꝛ nomen xp̄s: qꝛ nomen ieſus eſt nomen propriū: ſed nomē chriſtus eſt nomen cōmune ꝛ ſacramenti. Itē nomen xp̄s eſt nomē grē: ſꝫ nomē ieſus eſt nomē glie. Sicut em̄ hic ꝑ gratiā baptiſmalē a xp̄o dicūtur xp̄iani: ſic in celeſti glia ab ipſo ieſu dicemur ieſuite.i.a ſaluatore ſaluati. Et q̄ta eſt differētia inter grām ꝛ gloriam: tanta differētia pōt dici inter nomen ieſus ꝛ xp̄s. Moraliter ſcđm Bedam ſicut Chriſtus in ſua circunciſione corporali accepit hoc nomen ieſus: ita electi in ſua circunſione ꝑticipāt iſto noīe: vt ſicut ipſi a xp̄o dicti ſunt

Magis duo hodie fctā
Eſa.lxij
Origenes de noīe ieſu.
Jeſus.
Chriſ.
Dignitates noīs ieſu.
Augu. De differētia noīm ieſu xp̄i.
Moraliter.
Excellētie noīs ieſu.

xpiani: ita a ſaluatore vocent ſaluati. Quod etiã nomẽ eis nõ ſolũ priuſq̃ in vtero eccleſie p fidẽ cõciperentur: ſed ante ſecl'a a deo vocatũ eſt. Hoc eſt ergo nomẽ qḋ eſt ſuper omne nomẽ. Nec eñ eſt aliud nomẽ ſub celo datũ hoibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Nomẽ qḋ ſm Ber. eſt mel in ore: in aure melos: l corde iubil⁹. Nomẽ qḋ inſtar olei lucet predicatũ: paſcit recogitatũ: lenit ꝛ vngit inuocatũ. Et ſm Petruꝫ rauen. Hoc eſt nomen qḋ dedit cecis viſum ꝛ ſurdis auditũ: claudis greſſum ſermonẽ mutis: vitam mortuis: totãq; diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus virt⁹ huius nominis effugauit. De hoc noie dicit Anſel. Jeſus eſt nomẽ dulce nomẽ delectabile: nomen confortans pctõrẽ: ꝛ nomẽ beate ſpei: ergo ieſu eſto mihi ieſus. Nomẽ ieſu eſt virtuoſum iuxta illud apoſtoli. Abluti eſtis: ſanctificati eſtis: iuſtificati eſtis in noie dñi noſtri ieſu chriſti. Habet eñ nomẽ ieſu virtutẽ ablutiuã quo ad peccati maculã: virtutẽ ſanctificatiuam quo ad culpã: ꝛ virtutẽ iuſtificatiuã quo ad reatũ. Cũ igit tria ſunt in peccato .ſ. macula culpa: ꝛ reat⁹: ptꝫ ꝙ quo ad omnia iſta peccatũ remittit p nomen ieſu. Unde Johãnes Remittuntur vobis peccata ꝑpter nomen eius. Jn hoc noie oẽ genu flectitur celeſtiũ: terreſtriũ ꝛ infernorũ. Hoc nomen domini q̃cunq; inuocauerit ſaluus erit. De hoc quoq; noie ipſe dñs ait. Quicq̃d petieritis pr̃em in noie meo dabit vobis. Hoc igitur noie in omnib⁹ orationib⁹ vti debem⁹ ac petitiões in noie chriſti formare: ꝛ propter hoc oratiões eccleſie in fine formãtur in chriſti nomine dicendo per chriſtum dñm noſtrũ: vel aliquid ſimile. Jn hoc noie ille nõ petit qui cõtra dei diſpoſitionẽ ꝛ cõtra ſuã vel aliorũ ſalutẽ petit: imo vero q̃ taliter petit cõtra hoc nomẽ eũ petere dubiũ nõ eſt. Uere ergo et ꝓprie dictus eſt ieſus: q: nõ niſi in hoc ſolo noie ſalutẽ obtinere poſſumus. Unde de ſeipſo dicit. Ego ſum alpha et o principium et finis. Quia ſicut p verbuꝫ eternaliter dictũ oĩa producuntur: ſic per verbũ carni vnituꝫ reparantur: promouentur ꝛ finiuntur. Secũdum qḋ hodie factum eſt: quia cepit hodie dñs ieſus ſuũ ſacratiſſimũ ſanguinem pro nobis fundere: cũ ipſius caro cultello incideretur lapideo. Tẽpeſtiue cepit pati pro nobis: ꝛ qui peccatũ non fecit penam hodie portare incepit ꝓ peccatis noſtris. Non ſolum eñ in virili: ſed etiã infantili etate ſanguinem ſuuꝫ pro nobis voluit fundere. Plorauit autem puer Jeſus hodie propter dolorẽ quẽ in carne ſenſit: nam veram carnem ꝛ paſſibilem ſicut ceteri homines habuit ſed eo plorante credis ne ꝙ mater potuerit lachrymas continere? Plorauit ergo et ipſa. Compatere et tu ſibi et plora etiam cum eo: quia hodie ipſe fortiter plorauit. Nã in ſolennitatibus iſtis multum gaudere debemus propter ſalutem noſtrã quam queſiuit: ſed multum cõpati ꝛ dolere ꝑpter ſuas anguſtias quas pro nobis ſuſtinuit. Multum etiam ex hoc ammirari debemus ad tolerandum penas pro peccatis proprijs cũ cernimus ipſum tantas tolerаſſe ꝓ alienis. vnde Ber. Quis nõ erubeſcat refugere multo minores penas pro peccatis ſuis cũ nouerit xp̃m tanta pertuliſſe non pro ſuis ſed alienis. Et ſciendũ qḋ ſex vicibus fudit ſanguinem ſuum pro nobis. Primo in circunciſione ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis initiũ. Scḋo in oratione ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis deſideriũ. Tertio in flagellatione: ꝛ quarto in coronatione: ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis meritum q: liuore eius ſanati ſumus. Quinto in crucifixione: ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis pretium: tunc eñ que nõ rapuit exoluebat. Sexto in lateris apertiõe ꝛ hoc fuit noſtre redẽptionis ſacramentum per ꝙ figurauit nos per aquã baptiſmatis debere mundari quiquidẽ baptiſmus habiturus erat efficaciã a ſanguine xp̃i. Per primum docemur nos ſpiritualiter circuncidere ꝛ peccata abijcere. Per ſcḋm mentis anguſtiã pro ſalute noſtra ſuſtinere. Per tertiũ carnẽ noſtrã domare. Per quartum animã noſtrã virtutibus ornare. Per quintum membra nr̃a mãdatis dei ligare. Per ſextũ vulneratũ cor in charitate dei habere. Uides ergo quoties xp̃s ſuũ fudit ſanguinem propter noſtrã redẽptionẽ: vbi ſunt nr̃e lachryme: vbi gemit⁹: vbi fletus: vbi gratiarũ actiones ꝓ tam copioſa ſanguinis effuſione. Uenite adoremus ꝛ ꝓcidamus ante eũ: ploremus añ dñm q̃ fecit nos: ꝛ itã copioſe redemit. vt eñ ait Ber. Sufficiſſet ad redẽptionẽ orbis vna ꝑcioſiſſimi ſanguinis gutta: ſed data eſt copia. vt in beneficiũ recordatione virt⁹ diligẽtis clareſceret: copioſa eñ apud eum redemptio. ¶ Ut antẽ dictũ eſt ritus ꝛ religio circũciſionis ab abraã ſumpſit exordiũ: q: primus vnius dei confeſſus eſt fidẽ ꝛ in ſignũ hui⁹ primo accepit circũciſionẽ q̃ fuit ſignũ diſtinguẽs fideles ab infidelib⁹. Credẽs eñ abraã adhuc in prepucio poſit⁹: filiũ ſe habiturũ quẽ de⁹ ei ꝓmiſit: hui⁹ rei ſignũ circũciſionẽ accepit vt qḋ credẽs iuſtificat' ſit cerneret. Fuit ergo data ꝛ iſtituta circũciſio. ¶ Primũ ꝑpter meritũ fidei abrae vt ſicut fide diſtabat a nationib⁹ ceteris: ſic diſtaret etiã ſigno circũciſionis. ¶ Jtẽ vt ppl's qui ex eadẽ ꝓgenie naſciturus erat p circũciſionis ſignũ peculiaris deo agnoſceret: ꝛ ab alijs natiõib⁹ diſcerneret ac ſemẽ ei⁹ q̃ credẽs deo hoc ipm acceperat eſſe ſciret. ¶ Jtẽ vt ſi qui ex eodẽ populo in ꝑlio corruiſſent hoc ſigno circũciſio

Marginalia (left): Phi. ij. | Ac. iiij. | Bern. | Pe. rauẽnas. | Anſel. | Apl's. j. Co. vj. | Uirtutes nominis Jeſu. | j. Jo. ij. | Phi. ij. | Ro. x. | Jo. xiiij. | Jn nomine ieſu petere. | Jo. viij. | D | Sãguinem hodie fundere cepit. | Plorauit et mater eius.

Marginalia (right): Bern. | E | Sãguinẽ ſuuꝫ ſexies fudit xp̃s. | j. Pet. ij. ps. lxviij. | Bern. Pſalm. cxxix. | F | Circumciſio cur iſtituta.

nis inter gentes cogniti: q̄ de ſtirpe ſancta
deſcenderãt: ſepulture traderent. Et ideo in
heremo nõ circũcidebant vbi ſoli ſine gẽti-
bus cõuerſabant. Item in remediũ peccati
originalis ⁊ ad repreſſionẽ cõcupiſcẽtie car
nalis. Data eſt etiã circũciſio in p̄paratio-
nẽ ſuſceptionis fidei: q̄ circũciſio eſt quedã
profeſſio moſayce legis ſeruãde ſicut ⁊ ba-
ptiſm⁹ eſt ꝓfeſſio legis euãgelice: ⁊ p ꝓfeſ-
ſionẽ illam diſponebant ad iſtã. Circũciſio
igit̄ preteriti tẽporis mandatũ fuit: et ſignũ
ꝓmiſſi xp̄i quã vſq3 ad xp̄m oportuit auto-
ritatem habere: vt tãdiu curreret donec na
ſceret̄ ꝓmiſſus abrae quo nato ⁊ ꝓmiſſione
impleta oportuit circunciſionẽ ⁊ ſignũ pro-
miſſiõis ceſſare. Vñ fiebat cultris petrinis:
q̄ petra erat xp̄s. ¶ Voluit aũt xp̄s circun-
cidi ex cauſis plurib⁹ tanq̄ ſi eſſet legi ſub-
iect⁹. Primo vt oñderet ſe eſſe de gñe abrae
qui circunciſionis mãdatũ accepit: ⁊ cui de
xp̄o repromiſſio facta eſt. Scd̄o vt patribus
aſſimilat⁹ iudeis ſatiſfaceret: ac ſcãdalũ et
omnẽ excuſationẽ in ſe nõ credendi: ⁊ eũ nõ
recipiendi ipſis auferret. Tertio vt legem
veterẽ ⁊ circunciſionẽ quã deus inſtituerat
approbaret: ac eã ſanctã iuſtã ⁊ bonã fuiſſe
monſtraret. Quarto vt obediẽtie et humili-
tatis virtutẽ nobis ſuo cõmendaret exem-
plo preceptum legis (cui tamen ſubiectus
non erat) obſeruando. Quinto vt legẽ quã
dedit alijs etiã ipſe impleret: ⁊ qui in ſimili-
tudine carnis peccati non autem in carne
peccati venerat remediũ quo caro peccati
mundari cõſueuerat non reſpueret. Sexto
vt legis onus in ſe ſuſtinens alios a legis
onere qd̄ portare nequiuerãt liberaret quia
factus eſt ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt
redimeret. Septimo vt pro nobis ſanguinẽ
ſuũ non ſolum in etate virili ſed etiã in in-
fantia funderet: et tẽpeſtiue pati inciperet.
Octauo vt in ſe veritatẽ carnis hũane oſtẽ
deret: et hereticos q̄ dixerũt eũ nõ verũ cor-
pus ſed fantaſticũ habuiſſe cõfunderet. No
no vt caſtitatẽ que a circũciſione actus illi⁹
mẽbri eſt cõmẽdaret: ⁊ cõcupiſcẽtiã carnalẽ
reprobaret. Decimo vt in ipſo carnalis cir-
cũciſio finẽ ⁊ ſpiritualis exordiũ haberet et
nos fore ſpũaliť circũcidẽdos demonſtraret
vt eñ apl's ait. Finis legis xp̄s ad iuſtitiã
omni credẽti. Hodierno itaq3 die ceſſat cir-
cunciſio: et habemus pro ea baptiſmũ q̄ eſt
maioris gr̄e ⁊ minoris pene: nã gr̄a baptiſ-
mi ſupueniẽs carnis circũciſionẽ euacua-
uit: quẽadmodum fructu adueniẽte flores
decidũt ⁊ marceſcũt. vñ Greg. Qd̄ apd̄ nos
valet aqua baptiſmatis hoc egit apud vete
res vel pro paruulis ſola fides vel ꝓ maio
rib⁹ virtus ſacrificij: vel pro his q̄ ex ſtirpe
abrae ꝓdierũt miſteriũ circũciſionis. Et ſm
Bedã idẽ auxiliũ curatiõis in lege circũci-
ſio cõtra originalis peccati vuln⁹ p̄ſtitit qd̄
nũc baptiſmus tp̄e gratie cõfert niſi qd̄ in-
troitus in regnũ nõdum patebat; circũciſis
vt modo baptizatis. At vero non ſolum ba- B
ptiſmus hoc facit: ſed etiã paſſionis adiun-
ctio q̄ ſi circunciſioni adiuncta eſſet: et ſimi- Circũ-
liter ibi fieret: ideo autem in carne preputij ciſio
fiebat circũciſio: q̄ in parte illa magis con- cur i p̄-
cupiſcentia dñatur per quã originale pctm̄ pucijs.
propagat̄. Vbi ergo via peccati eſt ibi apte
ſignabat̄ peccati remediũ. Significat̄ autẽ
per circunciſionẽ carnis circũciſio mentis
qua mundatur aĩa a vitijs: ⁊ ideo debemus
circũciſionem ſpiritualẽ in omnibus intus
et extra habere: et ex omni parte ſpirituali-
ter vitijs circunciſi eſſe. Circũciſus eñ xp̄s
eſt: vt omnia peccatorum vitiorumq3 ſuper-
flua hoiem abſcindere a ſe debere doceret.
vñ ſm Ber. Duplex eſt circũciſio q̄ a nobis Circũ-
fieri debet. ſ. interior ⁊ exterior: exterior con- ciſio
ſiſtit: ſcil3 in habitu ne ſit notabilis in actu duplex
ne ſit reprehẽſibilis et in ſermone ne ſit cõ- nobis
temptibilis. Interior ſimiliter in tribus cõ- neceſſa
ſiſtit: ſc3 in cogitatione vt ſit ſancta: in affe- ria.
ctione vt ſit pura: in intentione vt ſit recta.
hec Berñ. Debemus igiť eſſe circũciſi cor-
de a cogitationib⁹ noxijs et immũdis: a iu-
dicijs falſis ⁊ temerarijs ab intẽtionibus et
voluntatib⁹ iniquis: vt corã deo ptimeſca-
mus verſare in corde qd̄ coram hoĩbus eru-
beſceremus dicere vel facere: q̄ q̄ dicta vel
facta hominib⁹: hec ſunt cogitatiões deo.
Debemus quoq3 eſſe circũciſi lingua a ver-
bis turpibus: detractorijs: mendoſis: ocio-
ſis ⁊ ſupfluis: q̄ de oĩ verbo ocioſo (ẽt igno-
rãter ꝓlato ſicut ⁊ de cogitatione minutiſ- H
ſima) reddẽda eſt ratio in die iudicij. Debe-
mus etiã eſſe circunciſi oĩbus ſenſib⁹ ⁊ mẽ-
bris corporis noſtri a prohibitis et illicitis a
voluptuoſis ⁊ ſuperfluis oĩbus abſtinẽdo ⁊
nõ ſolũ a pctõ ſ3 ⁊ ab oĩ occaſione pcti nos
ſubtrahendo: q̄ niſi quis occaſionẽ pcti vi-
tauerit vix pctm̄ declinabit. Tali circunci-
ſione oĩa vitia ⁊ pctã tollunt̄ et excludunt̄. Octa-
Unde et octauo die circũciſio merito fiebat ua die
in qua et vltima reſurrectio fiet qñ mẽbris circũci
oĩbus circũciſis. i. vitijs et pctis abſciſis to- ſio ⁊ re-
tus ex integro innouatus oĩq3 ſupfluitate ſurre-
mũdat⁹ hõ ad imortalitatẽ reſurget. Octa- ctio.
ua dies ipſa eſt que ⁊ prima. In hac eñ mũ
dus cepit xp̄s reſurrexit: in hac vna et vni-
uerſalis reſurrectio erit. Sex etenim ſunt Etates
hui⁹ ſeculi etates in q̄b⁹ ꝓ deo laborib⁹ iſſi- mũdi.
ſtere: et ꝓ adipiſcẽda ſempiterna requie ad
tp̄s operari neceſſe eſt. Septima etas nõ in
hac: ſ3 in alia vita q̄eſcentiũ vſq3 ad tp̄s re-
ſurrectionis oĩm. Octaua aũt etas ipſa eſt
dies reſurrectiõis ſine vllo tp̄is fine beata.
Tunc aũt nõ ſolũ circũciſi: ſed oĩbus ab eis
peccatis abſciſis mũdi et imaculati eternũ

nomē ſcti ſuſcipiēt ⁊ hereditatē. Qui ḡ ma-
la ⁊ vana cogitare vel loqui aut facere non
appetit iſte interi⁹ et exteri⁹ pfecte circūci-
ſus eſt. Parū aūt pdeſt circūciſum eē ex p-
Pius papa. te vna ⁊ nō ex alia: vt em̄ ait Pius papa. Ni-
hil prodeſt hoī ieiunare ⁊ orare et alia reli-
gionis bona agere niſi mēs ab iniquitate ⁊
ab obtrectatiōib⁹ lingua phibeat. Nihil q̄-
Beda ab oīb⁹ circūcidi precipit. dē pdeſt. ſ. q̄tū ad vitā eternā: pdeſt em̄ q̄-
tū ad tpalia. vn̄ ⁊ Beda. Nemo ſane cū cir-
cunciſionē p̄dicari audierit: vnius ſolū mē-
bri cōtinētiā autumet imperari q̄ſi vel a for-
nicatiōe tm̄ abſtinētē vel licito mr̄imonio
tēperāter vtentē vel virginitate glorioſum
exiſtere abſq͡ aliarū ṽtutū adiectione ſuffi-
Eſa. xxiij. ciat et nō oīm poti⁹ q̄s corde vel corpe ge-
ſtamus ſenſuū caſtigationē p̄cipi. Jlle itaq͡
Ibidē vera circūciſione mūdat⁹ eſt q̄ obturat aures
Ps. xxx-viij. ſuas ne audiat ſanguinē et clau̇dit oculos
ſuos ne videat malū qui cuſtodit vias ſuas
Luc. xxj. ne delinquat i ligua ſua: ⁊ attēdit ſibi ne ḡ-
Ps. xxj. uet cor ei⁹ i crapula ⁊ ebrietate: q̄ lauat in-
Pſal. cxviij. ter innocētes man⁹ ſuas: et ab oī via mala
prohibet pedes ſuos: q̄ ſup oīa caſtigat cor-
Pro-uer. iiij pus ſuū ⁊ ſuituti ſubijcit oī.p cuſtodia ſer-
uat ſuū cor: q̄m ex ipo vita pcedit. Sʒ ⁊ ipa
bona actio ſua q̄ in abſcōdito eſt circūciſio-
ne nō min⁹ indiget vt cū ieiuno oro: eleemo-
ſynā facio gloriā intrinſecus q̄rā. Quapro-
pter ⁊ apl's abſcōditā corde circūciſionē ſe-
dulo cōmēdat cui laus nō ex hoīb⁹ ſʒ ex deo
eſt. hec Beda. Debem⁹ ḡ oē pctm̄ int⁹ ⁊ ex-
J Octo illumiationes circūciſionem mentis p̄cedē-tes. tra vitare: ⁊ ex oī pte ſpūaliter circūciſi eſſe.
Totiēs ēt hō circūcidit: quoties poſt pctm̄
ad penitentiā reuertit. Hāc aūt circunciſio-
nem precedere oportet octo ſpūales illumi-
nationes diuitiarū gratiarū q̄ per. viij. dies
intelliguntur ⁊ ſic octauo die circunciſio in
aīa celebrat: vcʒ peccatoris ad deū conuer-
ſio: peccati recognitio: contritio: cōfeſſio: ſa-
tiſfactio: peccati deteſtatio: in futurū cau-
tio: et ex tūc octauo ſequit impij iuſtificatio
q̄ gr̄a infundit ⁊ pctm̄ expellit et in ipſa die
octaua. ſ. in iuſtificatiōe impij celebrat cir-
cūciſio in aīa penitētis. Que q̄dē circūciſio
nō eſt aliud q̄ amputatio vitiorū q̄ hʒ fieri
in cultello penitētie. Sicut em̄ i circūciſiōe
corpali fit amputatio ſupflue carnis: ſic in
circūciſione ſpūali fit amputatio vitiorū et
pctōꝝ q̄ ſola ſunt hoī ſuperflua: oīa em̄ alia
creata in hoīe ſunt valde bona. Et niſi iſta
circūciſio fiat i aīa ipa eſt filia pditiōis ſm
Geñ. xvij. illud Gen. Maſcul⁹ cui⁹ p̄pucij caro circū-
ciſa non fuerit pibit de pplo ſuo. ¶ Jtē iſti
octo dies ſunt. viij. illuminationes ſpūs ſe-
ptiformis i ſeptē virtutib⁹ p̄ncipalib⁹: cū p-
Joā. j. ſeuerātia finali q̄ ē octaua. Et q̄ niſi p xp̄m
pctā nō tollunt ipſe eſt em̄ agn⁹ dei q̄ tollit
pctā mūdi: iō (vt dictū eſt) circūciſio cultris
fiebat petrinis: q̄ petra erat xp̄s. Hec illo

iudeoꝝ circūciſio ſigt: et ſine hac ſignifica-
tione iutilis eſt. Et iō xp̄s circūciſus ē vt cir- Chri-ſtus nobis nō ſibi circūciſ⁹.
cūciſionis ſignificationē nobis cōmēdaret.
Sicut em̄ nobis eſt nat⁹: nobis baptizat⁹ ⁊
paſſus: ita ⁊ nobʒ nō ſibi eſt circūciſ⁹. Spūa-
lem ergo circūciſionē ſignificatā p corpalē
hr̄e ſtudeam⁹ vt illā ſpūalē q̄ in octaua re-
ſurrectiōis in nobis futura eſt ab oī corru-
ptiōe culpe et pene cōſeq̄ mereamur. Tres Circū-ciſiōes tripli-ces.
itaq͡ cōſtat eſſe circūciſiones: vna eſt ſacr̄m
ſcʒ circūciſio q̄ eſt i corpe: due vero ſunt res il-
lius ſacramēti: vcʒ circūciſio a peccato que
quotidie eſt in aīa: ac circunciſio a peccato
et ab omni pena peccati: que in reſurrectio-
ne erit in anima et in corpore. ¶ Oratio.

O Jeſu clemēs q̄ de virgine natus
ſub lege circūcidi voluiſti circū-
cide ieſu miſericors cogitatiōes:
verba et opera ſerui tui: vt nil
tue volūtati cōtrariū cogitādo
loquendo operando peragam ⁊ in ſenſu ſit
mihi cogitatus dei: et oīs narratio mea in
preceptis altiſſimi ⁊ in operibus mandato-
rum tuorum dirigant oēs actus mei. Ecce
dn̄e corā te ſunt cor meū ligua mea ſenſus
⁊ mēbra conant quidē ſed p ſe non poſſunt.
Fac tu qd̄ ipſa non poſſunt: ⁊ perfice in bo-
nis deſiderium mei pctōris qui conſueuiſti
deſiderium ſuum dare iuſtis. Amen.

¶ De apparitione dn̄i. Cap. xj.



Tertiadeci- A Mat. ij. Nume. xxiiij.
ma vero die puer ieſus ma-
nifeſtauit ſe gētib⁹. i. ma-
gis q̄ erāt gētiles. Prophe-
tatū q̄ppe ſeu vaticinatū
fuerat per Balaā pphetā
gentiliū q̄ oriret ſtella ex
iacob ⁊ conſurgeret hō de
iſrael vbi oſtenditur q̄ or-
tus noue ſtelle apparētis erat ſignum xp̄i
naſcētis. Jſti ergo videntes nouā ſtellā co-
gnouerūt p inſpirationē diuinā q̄ illa erat
que per balaā p̄dicta fuerat: et ideo ſtatim
mouerunt ſe de locis ſuis: vt ad venerandū
puerū natū venirēt. Jſti a balaā genus du-
xerant ⁊ non minus fidei q̄ generis ſucceſ-
ſores ⁊ heredes erāt: vnde nō a magica ar-
Magorum genus et denoiatio. te ſed a magnitudine ſciētie vocati ſunt ma-
gi: quaſi in ſapientia magni ⁊ erant in ſciē-
tia aſtrorum periti quos enim hebrei ſcri-
bas greci philoſophos: latini ſapiētes: hos
perſe magos appellant. Et ideo erant ma-
gi non malefici: ſed ſapientes primitie fidei
Reges nostre. Qui ideo etiam reges dicti ſunt:
quia illo tempore philoſophi et ſapien-
Seneca. tes regnare conſueuerunt. Unde de anti-
quorum temporum felicitate Seneca ſic di-
cit. Summa felicitas erat gētilium in qui-

bus nõ poterat potẽtior eſſe niſi melior. Illo ergo ſeculo qd aureũ perhibet̃ officiũ erat imperare nõ regnũ. Parum erat regi ſine arte ⁊ difficultate ſibi inuenire aliqd receptaculum. Unde de quodã philoſopho tunc regente ſtatim ſubiungit. Dyogenes cynic⁹ cũ vidiſſet puerum caua manu aquam bibentem fregit ꝓtinus exemptum e perula calicem hac obiurgatiõe ſui. Quamdiu homo ſtultus ſuperuacuas ſarcinas habuit. Qui ſe complicuit in dolio ⁊ in eo cubitauit. hec Seneca. O q̃ntũ diſtat inter rectores huius temporis ⁊ illius q: nũc oia illis contraria: ſcʒ diuitias: honores ⁊ delitias querũt: et ideo in futuro forte peius gentibus habebunt. (Et venerunt magi ab oriente) .i. a partibus que reſpectu hieruſalem ſunt verſus orientem: vt ſm Chriſoſto. Unde dies naſcitur inde procederet fidei initium: quia fides lumen eſt animarum. et ſm Bernar. Merito ab oriente veniunt qui ſolem iuſtitie nouum nobis ortum annunciant: letiſq; rumoribus totum mundum illuminant. Uenerunt autem ſpãliter de finibus perſaruʒ medorũ: ⁊ caldeorũ: vbi fluuius eſt ſaba: a quo ⁊ ſabea regio illa dicitur iuxta quaʒ eſt arabia vbi magi reges fuiſſe memorantur. Sunt autẽ due arabie. Una cõtermina ⁊ vicina iudee ⁊ reſpectu hieruſalem ab oriente: de qua vident̃ magi veniſſe. Alia cõtermina indie diſtans a hieruſalẽ quaſi vnius anni itinere: ⁊ de hac infra .xiij. dies non poterant venire. vnde Remi. Sciendum eſt qd aliqui ſolent dicere quod puer qui tunc natus eſt in tam breui ſpatio temporis de vltimis finib⁹ terre eos ad ſe perducere potuit: vel ſi fuerunt ſucceſſores balaam regio iſtorũ nõ longe diſtat a terra ꝓmiſſionis: idcirco in tam breui ſpatio temporis hieruſalem venire potuerunt. hec Remigius. Factum eſt autẽ vt ipſa ſtella quicquid per eam ſignificabatur ſancti ſpirit⁹ illuſtratiõe mox intelligeretur. Chriſtum igitur deum ⁊ hominem in ſtella querebant quem diuina inſpiratione per ſtellam ſignificari intelligebant. Iſta ſtella differebat ab aliis multipliciter. Primo in ſubſtantia quia aliarum ſtellarum materia eſt materie celeſtis et quinte eſſentie: hec autem de ſubſtantia corruptibili fuit. Scdo quo ad eius ꝑncipium effectiuum: q: alie ſtelle a deo per verbum create ſunt nulla cooperante natura: ſed iſta miniſterio angeli a verbo facta eſt. Tertio in duratione: quia alie a principio mundi ſunt condite: et in eternum manebunt: iſta chriſto nato creata eſt: et poſtea eſſe deſiuit. Quarto in ſitu: q: alie ſunt in celo iſta autẽ nõ fuit ſita in firmamento: ſʒ in aere nõ lõge a terra. Quinto in magnitudine q: ſm ptholomeũ quelibet ſtellarũ firmamenti viſibilis nobis maior eſt tota terra forte iſta nõ fuit vltra q̃titatẽ duorũ vel triũ cubitorũ. Sexto in motu: q: alie mouent̃ circulariter ab oriente in occidentẽ: hec autẽ ferebat̃ motu recto ab ortu in meridiem. Septima in ſtatu alie mouent̃ motu cõtinuo ⁊ nunq̃ ſtãt: iſta autẽ cũ magis euntib⁹ ibat ⁊ cũ ſtãtibus ⁊ q̃ſcẽtib⁹ q̃ſcebat. Octauo in viciſſitudine apparitionis ⁊ occultatiõis cũ eñ intrauerũt hieruſalẽ occultauit ſe: deinde vbi herodẽ reliquerũt ſeipſam monſtrauit. Nono in tpe: q: alie lucẽt ſolũ de nocte. Hec vero in meridie ſole lucente apparebat quã lux diurna nõ impediebat: q: ſm Chri. ipſos etiam ſolis radios ꝓprio fulgore ſuperabat. Decimo in ſignificatiõe: q: alie ſignãt tẽporũ ⁊ annorũ diſtinctionẽ: iſta vero ſignificabat creatoris natiuitatẽ. Undecimo in effectu: q: alie habẽt efficaciã certam ad trãſmutationẽ iſtorũ inferiorũ: iſta autẽ nullũ habuit effectũ niſi qd notauit natum ſaluatorẽ. Duodecimo in miniſterio. cetera enim aſtra creauit deus in miniſteriũ cunctis gẽtib⁹: hec autẽ ſtella in miniſteriũ ſolius xp̃i eſt edita. Tredecimo in ſingularitate apparitionis q: quelibet ſtella apparet oibus qui ſunt in hemiſperio ei⁹: ſʒ iſta viſa eſt tm̃ tribus magis. Quartodecimo in motore: q: alie ſtelle nõ habẽt motores proprios iſta autẽ habuit motorẽ ꝓpriũ. ſ. angelum qui natiuitatẽ xp̃i paſtorib⁹ nũciauit. Multa ⁊ magna hac die facta ſunt ꝑ dñm ieſum ⁊ maxime circa ipſam ⁊ eccleſiã. Primũ eſt q: ipſa hodie in ꝑſona magorũ ab eo in ſpõſum eſt recepta q: eſt ex gẽtib⁹ maxie cõgregata. Nã die natalis ſui in ꝑſona paſtorũ iudeis appuit de quib⁹ non niſi pauci verbũ dei receperũt. Hodie vero appuit gẽtib⁹ q̃ eccleſiã impleuerũt: q: in ſtelle fulgore dei gr̃a ⁊ in trib⁹ magis vocatio gẽtium preceſſit. ipſi eñ magi primitie gẽtiũ fuerũt ⁊ gẽtes in xp̃m crediturās ſignauerũt. vñ feſtũ hodiernũ ꝓprie eſt feſtũ eccleſie ⁊ fideliũ xp̃ianorũ. Scdm eſt: q: eccl'ia hodie ſctã eſt ab eo deſpõſata ⁊ eidẽ ꝑ baptiſmũ vere cõiuncta: quẽ tali die anno ſuo .xxx. recipere dignatus eſt. Et ideo letãter cantat̃. Hodie celeſti ſpõſo iuncta eſt eccleſia qm̃ in iordane lauit xp̃s ei⁹ crimina. Nã i baptiſmo deſpõſat̃ aĩa xp̃o q̃ ṽtutẽ ſumpſit a baptiſmo ſua ⁊ õĩ aĩarũ baptiſatarũ ꝯgregatio vocat̃ eccleſia. Tertium eſt q: tali die. ſ. anno reuoluto poſt baptiſmũ fecit nuptias primũ miraculum qd ẽt ad eccleſiã ⁊ ſpirituales nuptias adaptari põt ꝑut. ſ. ſuo loco appebit. Hiis g vt cãtat eccl'ia trib⁹ miraculis ornatũ ſctm̃ diẽ colim⁹. vñ vt dicit Maximus ep̃s: ⁊ i antiquiorib⁹ libris dies illa dr̃ pluraliter dies epiphaniarũ .i. pluriũ illuſtrationũ xp̃i: epiphanes eñ illuſtrationẽ ſonat. Has tñ tres

Chriſ.

B magna feſtã hac die eccleſie.

Maximus de tribus apparitiõib⁹.

manifeſtatiões ꝓprijs q̇dē noib⁹ diſtinguūt epiphaniā vocātes eam que per ſtellā facta eſt quaſi de ſurſuz fctā: theophaniā eā q̄ in baptiſmo q̄ſi a deo.ſ.a pr̄e factā. bethphaniā eā q̄ i nuptijs q̄ſi i domo factā. beth em̄ domum ſonat. Recteq; tria hec in vno die acta nobis myſteria predicant q̇ trinitatis ineffabilis archanū vno die ſub noie confitemur. hec Maximus. Inſup ſm Orig. etiā hac die pauit quatuormilia hoim de ſeptē panib⁹ ⁊ paucis piſciculis. Uides itaq; q̄ venerabilis eſt dies iſta quā dn̄s elegit ad tot mirifica ⁊ magnifica faciēda. Conſiderans ergo eccleſia tot magna bn̄ficia hodie ſibi a ſpōſo exhibita grata exiſtere volens exultat: iocundat ⁊ iubilat: ac diē hāc magnifice ſolennizat. Dicamus itaq; nūc de primo: q2 de alijs dicendū erit infra ordine ſuo. (Cū ergo) ſm ꝓphetiā Michee (natus eēt ieſus in bethleē iude) q̇ eſt in tribu iuda qđ dicit ad diſtinctionē alterius bethleē: q̇ eſt in galilea in tribu zabulō (in diebus herodis regis).ſ. anno regni ſui .xxx. per qđ oſtēdit tp̄s prefinitū xp̄i naſcētis. prophetauerat em̄ patriarcha iacob illo tp̄e xp̄m naſciturum qn̄ deficeret ſceptrū ſiue, rex ⁊ dux de pp̄lis iudeorū: ⁊ hoc impletū eſt in herode aſcalonita q̇ fuit idumeus ⁊ primus regnauit alienigena. (Ecce magi) ⁊ gentiles vniuerſam eccleſiā futuram ex gentibus repreſentātes a partibus orientalibus (venerunt hieroſolymā) ciuitatem regiam ibidē de xp̄o nato inquirentes ⁊ dicentes (vbi eſt qui nat⁹ eſt rex iudeorū) ecce ergo titulus a magis hic nūciatus a iudeis reprobatus ibi: noli ſcribere rex iudeorū. a ſcriptura cōfirmatus ibi qđ ſcripſi ſcripſi (vidimus enim in oriēte ſtellam eius).ſ. ꝓpriā q2 hāc creauit ad ſui oſtēſionē (⁊ venimus) perſonaliter (adorare) humiliter (cū) ſingulariter. Ueniunt paſtores vt certificētur vt ſupra. veniunt reges vt venerentur vt hic: veniunt ſenes: vt gratulent vt infra. Primum pertinet ad prelatos: ſecūdum ad actiuos: tertium ad contēplatiuos primi vident ⁊ predicant. ſecundi venerantur ⁊ adorant. tertij amplexantur ⁊ tenēt. Secundum quoſdam magis iudeam intrantibus ſtella diſparuit vt amittentes itineris ducē neceſſe haberent recurrere ad ciuitatem regiam ſcilicet hieruſalem: ⁊ ibidem inquirere de rege nato ſm vero alios cum magi hieruſalem ad querendum de puero ingreſſi fuiſſent: ſtelle ducatum amiſerunt quoniam auxilium humanum requirētes iuſte perdere diuinum meruerunt: quia recte diuino deſerunt auxilio qui humanum preponunt diuino. Et pōt ſtella iſta illuminatio gratie intelligi: q2 dum boni a malis conſilium querunt veram illuminationem amittūt. ¶ Sed ſiue ante ingreſſum in hieruſalē: ſiue poſt ingreſſum diſparuit factum eſt hoc a deo plurib⁹ de cauſis. Prima propter ipſos magos: vt qui prius fuerāt commoniti celeſti ſigno confirmarentur etiā dicto prophetico ex doctorum ibi reſidentium reſponſo. Secunda propter xp̄m: vt eius natiuitas in ciuitate regia publicaretur: ⁊ prophetia de loco natiuitatis xp̄i impleta monſtraret. Tertia vt ſtudio magorū damnaret pigritia iudeorū q2 gētib⁹ ſolicite xp̄m querētib⁹ ipſi in nullo moti ſunt ad querendū. Quarta vt iudei xp̄m non recipientes: inexcuſabiles de aduētu eius notitia remanerent cū magi iudeis tp̄s ⁊ iudei magis locū natiuitatis oſtenderēt: per hoc etiam figurabat q̄ fides xp̄i erat a gētibus deuote recipienda: ⁊ a iudeis pro maiori parte in infidelitate remanentib⁹ refutanda. Iſti magi fixi fuerunt in timore xp̄i ⁊ fide firmati: q2 non obſtante q̄ ſcirent iuxta edictum imperiale: capitali ſententia puniendū eſſe quicunq; regem aliū q̄ ſubiectum romano imperio nominaret. xp̄m tamen intrepidi ſunt cōfeſſi. vnde Chriſo. Sed nunquid neſciebant q̄ in hieruſalem regnabat herodes? Nunquid non intelligebant q̄ quicunq; rege viuente alterum regem pronunciat aut adorat punitur in ſanguine? Sed dum cōſiderabāt regē futurū nō timebāt preſentem adhuc nō viderāt xp̄m: ⁊ iam parati erant mori ꝓ xp̄o. O beati magi q̇ an̄ cōſpectū crudeliſſimi regis priuſq̄ xp̄m viderēt xp̄i facti ſunt cōfeſſores. Hec Chri. (Audiens autem herodes rex) talia de puero nato (turbatus eſt) timēs ne regnaturus eſſet ꝓ eo ſe tanq̄ alienigena deſtituto. vbi Augu. Quid erit tribunal iudicātis qn̄ ſupbos reges cuna terrebat infantis? Timeāt nūc reges ad patris dexterā iam ſedentē quē rex impius timuit adhuc mr̄is vbera lābentē: ⁊ non ſolū turbat⁹ eſt ipſe: ſ3 (⁊ ois hieroſolyma cū illo) nouitate miraculi perculſa ⁊ fauere volēs herodi quē timebāt: q2 ſibi ſubiecta. Sepe em̄ populus plus eis iniuſte fauet quos crudeles ſuſtinet. vn̄ rex iniuſt⁹ oēs miniſtros hȝ impios ⁊ adulatores. Turbat ergo ſm Chriſ. ois hieroſolyma cū eo: vel cā adulationis vel timoris. Turbant etiā ille et iſti q2 de aduētu iuſti, nō poſſunt gaudere iniq: vel accipiendo hic partem pro toto: omnis hieroſolyma intelligit illa pars que ſibi fauebat: ſic cōiter dicitur quando maiores ciuitatis aliq̇d faciūt: q̄ tota ciuitas illud facit: ſic in propoſito: qui erant ibidem maiores: ⁊ in regalibus officijs aſſiſtentes illi cū rege turbati ſunt (et congregans omnes principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi) ſapientes iudeorum (ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.) Quia enim volebat Chriſtum perdere: ideo ſtuduit de loco

Orige.

E. Uenerūt paſtores: reges ⁊ ſenes ad xp̄m

cur ſtella diſparuerit.

F. Magorum fides.

Chriſ.

Augu. de timore herodis.

Chriſ.

nativitatis Chriſti diligēter inq̄rere ab illis q̄ ſcripturas prophetarū p̄dictas de xp̄o no uerant: et genealogias deſcendentes a David ſciebāt. (At illi dixerūt ei) q̄ (in bethleē iude) i. queſita eſt in terra iuda prout ſcribitur in Michea: ſm Augu. Judei in hoc facto q̄ docēt alios locū nativitatis et tñ ipſi non vadunt: ſimiles ſunt fabricatoribus arche noe qui aliis vbi euaderēt preſtiterunt: et ipſi diluuio perierūt. Similes etiam ſunt lapidibus miliariū qui aliis viam indicāt: nec ipſi per eā ambulant. de quib⁹ etiā dicit ibidē Aug. q̄ oſtēſo aliis vite fonte ipſi ſunt mortui ſiccitate. Per ſcribas autē et ſacerdotes q̄ locū nativitatis xp̄i et prophetiā declarauerūt: et tñ ipſum xp̄m nō adorauerūt: ſꝫ magis pſecuti ſunt: ſignant doctores bone doctrine: ſꝫ male vite: qui quē p̄dicant ſana doctrina: perſequunt mala vita. (Tūc herodes clā) et occulte (vocatis) ad ſe (magis didicit ab eis tp̄s ſtelle que apparuit eis.) Cognito eñ loco nativitatis xp̄i ex iudeorū r̄nſis voluit ſcire tp̄s nativitatis ab ipſis magis: vt ſi ad ipſum redirēt ex tp̄is et loci cognitione poſſet xp̄m interficere: et cū eſſet alienigena nō cōfidebat de iudeis: et ideo voluit conſiliū ſuū latere eos (et mittens illos in bethleē dixit) eos doloſe et volens decipiēdo. (Jte et interrogate diligenter de puero nato (et cum inueneritis renunciate mihi vt et ego veniēs adorem eum) ſpondet falſum obſequium vt facilius eos decipiat: et ad redeundū per ipſum inducat. falſa q̄ppe fuit Herodis p̄miſſio: q2 ſm Chriſ. Deuotionē promittebat: ſed gladiū acuebat et malitiā cordis ſui humilitatis colore depingebat: talis eſt cōſuetudo omnium malignorū qñ aliquē in occulto grauius ledere volūt humilitatē illi et amicitiā fingūt. Et ſm Raba. Finxit Herodes tam vultu q̄ verbis ſe adorare eū velle: quē inuida cogitatione tractabat occidere: et hoc vt vel ad ip̄m magi alacrius redirēt: et ne iudei quorū rex erat futurus ab eo ipſum abſcōderēt: cuius pſonā oēs hypocrite tenēt: qui dū ficte deū q̄runt inuenire illū nūq̄ merentur. Et ſicut herodes ſub ſpecie religiōis voluit occidere xp̄ꝫ ſic hypocrite q̄tū in eis eſt occidūt eū ſm illud ap̄li. Rurſuꝫ crucifigētes i ſibimetipſis filiū dei: nā ſm Grego. Simulata ſanctitas eſt duplex iniq̄tas ſm Chri. herodi ſil'es, eſſe pbant q̄ ſacra cōione myſteriis indigne abutunt adorare q̄ppe ſe fingūt et cū q̄tū in ip̄is eſt interimūt. Juxta illd ap̄li. Qui māducat et bibit indigne: re⁹ erit corporis et ſanguinis dñi (cū aūt magi audiſſent regē) herodē nihil mali ſuſpicātes (abierūt) recedētes. i. de hierl'm vt irēt v̄ſus bethleē edocti de h̄ p prophetiā. (Et, cū hierl'm egreſſi fuiſſent (ecce ſtella quā viderant in oriēte) q̄ diſparuerat

Ꝭ Augu. De iudeis idicātib⁹ xp̄m.

Chriſ. De pſidis. Raba.

[…]b. vſ […]riſ. […]idi […] cōi […]b⁹. […]r. j.

iterum eis apparuerit: q2 auxilium deſerentes humanum meruerūt recuperare diuinum. Jn ipſo autem loco quo eis apparuit ſtella facta eſt in memoriā huius eccleſia. Deinde (antecedebat eos) et viā oſtendebat (vſq̄ dum veniens ſtaret ſupra) locū et vicina domini (vbi puer erat.) Stabat quaſi ſupra caput pueri: vt quaſi innueret et diceret: hic eſt qui nat⁹ eſt rex quē teſtabat: vt quē loquēdo mōſtrare nō poterat teſtando monſtraret. Et ſic ſtella duce cū magno gaudio ad tuguriū in quo dñs ieſus natus eſt peruenerunt. Ambiguū eſt q̄d iſtorū fuerit. ſ. an magi in oriente poſiti viderunt ſtellā ſuper iudeā exiſtentē immobilē: vel viderunt ſtellam in oriente exiſtere que ſtella eos pduxit in iudeam. Potuit enim naſci in oriēte et precedere in hieruſalem perducere et ſentit Chriſo. et tenetur cōius. Fulgentius tñ videt velle q̄ eā p̄mo viderint immobilē ſuper iudeā q̄ dedit eis ſignum veniendi in iudeā q̄ hieruſalē tanq̄ caput iudee adierūt: et ipſis egreſſis tunc motu notabili eos preceſſit que pacto officio ſuo i p̄iacētē materiā reuerſa eſt. (Et intrātes domum) magi: diuerſoriū (inuenerūt puerꝫ cū maria matre ei⁹) forte tūc ſedēte et tenēte ſuper genua puerum: valde gauiſi ſunt: quia a deſiderio ſuo fraudati nō ſunt nec inaniter laborauerunt. vnde Chriſo. Propterea gratulati ſūt: quoniā q̄d queſitū eſt deſideratūq̄ repererant qm̄ effecti fuerāt nunciū veritatis: et q2 nō fruſtra tā lōge vie confecerunt ſpatia tā ardenti quippe erga xp̄m cupiditate flagrabant. Felix maria: nā ieſus ſine maria non naſcit: q2 ipſa miniſtra incarnationis ſine maria nō inuenitur q2 ipſa famula educatiōis: ſine maria nō crucifigitur q2 ipſa ſocia paſſionis. Joſeph aūt ſm Chriſ. idcirco tacetur: q2 nullū de officiis ad nutritiū pertinentibus commemoratur. Uel ſcd̄m Hylarium et Raba. Diuina diſpenſatione actū eſt vt illa hora abſens eſſet ne pater ei⁹ crederet vel aliqua ſuſpitionis occaſio daret gentibus q̄ deus non eſſet qui p̄mitias ſuas ſtatim nato ſaluatore ad eum dorandū miſerūt. Jngreſſi itaq̄ p̄cidentes tam mente p̄ corpe genua flectūt puero ieſu hūm l'r et adorāt i carne deū verū adoratione. ſ. latrie reuerenter honorāt vt regē et adorant vt deū: vidēt eñ hominē et agnoſcunt deū: pcidunt in ſignū humilitatis ſine qua null⁹ vere adorat: q2 omnis adorator omnē faſtū et ꝯfidētiā ſui deponere dꝫ: vt quā corpore deiectionē p̄ſertim ocul⁹ dei aio gerat cōtritiq̄ cordis et hūilitati victimā offerens deo ſe curādū ꝯmittat. Quāta tūc exultatio tibi fuit o v̄go b'iſſima q̄s cogitare valeat qñ eū quē nup genueras iā q̄ſi deū adorare videbas? O q̄ magna fuit horū magorum

Ꝭ Stella vbi viſa ſtare.

Fulge.

Chriſ. Cur ioſeph taceτur. Hylar.

Adoratio magorum.

K Magorum fides.

fides. Quid eñ erat credere q̄ ille puerulus ſic viliter indutꝰ cū paupcula mr̄e et in loco ſic abiecto ſine ſocietate ſine familia: ſine omni ornatu inuētꝰ eſſet rex: ꝛ verꝰ deꝰ. Et tñ vtrūq; crediderūt. Paruulum eñ non adoraſſent ꝛ honoraſſent ſi paruulū tm̄mo do credidiſſent. Tales duces: ꝛ talia primitiua nos habere oportebat. ex quo patet q̄ cognouerūt xp̄i diuinitatē ꝑ diuinā reuelationē. Cū eñ viderēt puerū pānis vilibꝰ inuolutū in gremio paupis mr̄is poſitū nullū regie dignitatis habētē ſignū nō eſt veriſimile q̄ talē reuerētiā ei exhibuiſſent: niſi in eo aliq̄d ſupra hominē cognouiſſent. vñ

Bern. Bern. Adorant magi ꝛ offerūt munera adhuc lactētē matris vbera. Sꝫ vbi eſt o magi vbi eſt purpura regis huiꝰ? nūquid viles pāni iſti quibus eſt inuolutus? ſi rex eſt dyadema vbi eſt? ſed vos cum vere videtis in dyademate quo coronauit eū mater ſua in ſacco noſtre mortalitatis de quo cōſurgēs ait. Conſcidiſti ſaccū meū ꝛ circūdediſti me letitia: ꝛ iterū. Sed vñ vobis hoc o alienigene vt a vobis adoretꝛ xp̄s? Neq; eñ in iſrael tātam fidem inuenimus. Sic vos nō offen

Cāt. iij dit vilis habitatio ſtabuli: nō pauperes cu

Ps. xxix. ne preſepū. Non vos pauperis matris p̄ſen

j. Co. j. tia: non lactentis ſcandalizat infantia quid facitis magi: quid facitis? Lactentem puerum adoratis in tugurio vili: in vilibus pānis. Ergo ne deus eſt iſte? Deus certe in tēplo ſancto ſuo deꝰ in celo ſedes eius: ꝛ vos eum queritis in vili ſtabulo: in matris gremio. Quid facitis q̄ ꝛ aurum offertis: ergo rex eſt ipſe: ꝛ vbi aula regia: vbi thronꝰ: vbi curie regalis frequentia? Nunquid aula eſt ſtabulum: thronus preſepium curie frequē tia ioſeph ꝛ maria. Quomodo ita inſipientes facti ſunt viri ſapiētes: vt adorent paruulū deſpicabilem: tam ſua etate q̄ paupertate ſuorū? Inſipientes facti ſunt vt fierent ſapientes: ꝛ predocuit eos ſpiritus q̄ poſtea predicauit aplīs: qui vult eſſe ſapiēs fiat ſtultus: vt ſapiens ſit. Nonne timendū erat fratres ne ſcandalizarentur viri iſti ꝛ illuſos ſe crederent cum tanta indigna viderēt? A regia ciuitate vbi regē querendum conſectabantur: ad bethleem villam paruulā diriguntur. Ingrediuntur in ſtabulum inueniunt inuolutum pānis infantulū. Non illis ſordet ſtabulū: nō offendunt pānis nō ſcandalizanꝫ lactentis infantia procidunt ante eū. venerant vt regē: adorāt vt deū. Sꝫ profecto q̄ illos adduxit ipſe ꝛ inſtruxit: ꝛ q̄ ꝑ ſtellā foris ammonuit ipſe in occulto cor

Augu. dis intus edocuit. hec Ber. vñ ꝛ Aug. Non ſub pollice cella regalis: nō de mēbris purpura: non in capite dyadema fulgebat: non pōpa famulantiū: non terror exercitus: non glorioſior fama p̄liorū: hos ad eum viros ex remotis cū tanto voto ſupplices attraxerat. Jacebat in preſepio puer ortu recēs exiguꝰ corpore: cōtēptibilis paupertate. Sꝫ magnū aliquid latebat in puero q̄ illi hoīes non terra portāte: ſed celo narrante didicerant. vñ ꝛ Chri. Et intrantes domū inuenerunt puerū cū maria mr̄e eius.) Matre inq̄ eiꝰ nō dyademate coronata: non auro refulgēte: aut in lecto aureo recumbēte: ſed vix tunicam vnā habēte: non ad ornamentū corporis: ſed ad tegumentū nuditatis qualem habere poterat carpētarij vxor peregre cōſtituta. Si ergo regē terrenū querentes veniſſent magis fuiſſent cōfuſi q̄ gauiſi q꞉ tāti itineris laborē ſine cā ſuſcepiſſent. Nunc autē q꞉ celeſtē regē querebāt: ꝛ ſi nihil regale videbāt in eo tñ ſolius ſtelle teſtimonio cōtenti gaudebāt oculi eorū cōtemptibilem puerū aſpicere: q꞉ ſp̄us in corde eorū terribilem eū monſtrabat. vnde ꝛ Leo papa. Nec immerito cū tres adorandū puerū noui ſyderis claritas deduxiſſet: nō eū imperantē demonibꝰ: nō mortuos ſuſcitantē: nō cecis viſum claudis greſſum: aut mutis eloquiū reformantē: vel in aliq̄ diuitiarū virtutum actione viderūt: ſed puerū ſilētē quietū ſub mr̄is ſolicitudine cōſtitutū. In q̄ nullū q̄dē apparet de ꝑtāte ſignū: ſed magnuꝫ prebet de hūilitate miraculū. Tota eñ vita ſaluatoris q̄ ꝛ diabolū ſuperauit ꝛ mundū: hūilitate eſt cōcepta: hūilitate eſt cōfecta. Diſpoſitos dies ſub pſecutione finiuit. Nec puero tolerātia paſſiōis: nec paſſuro defuit mā ſuetudo puerilis. Vñ tota chriſtiane ſapientie diſciplina nō in abūdātia verbi: nō in aſtutia diſputādi: neq; in appetitu laudis ꝛ glorie: ſed in vera ꝛ volūtaria humilitate conſiſtit: quā dn̄s ieſus ab vtero matris vſq; ad ſuppliciū crucis ꝑ omni fortitudine ꝛ elegit ꝛ docuit. hec Leo. Vt ergo poſſis ꝛ tu diabolum ꝛ mundū vincere coneris ꝑ viribꝰ humilitatis ac patiētie virtutes exēplo xp̄i ſeruare: q꞉ his munitꝰ poteris faciliter aduerſarios ꝛ inimicos tā viſibiles q̄ inuiſibiles ſuperare. ¶ Et magi inuēto puero apuerūt theſauros ſuos in quo moraliter informamur vt theſauros nr̄os in via nō ꝑdamꝰ: donec p̄teritis hoſtibꝰ ſoli deo ex occultꝫ cordiū offeramus. Et obtulerūt) ſinguli puero Jeſu (aurum thus ꝛ myrrham). Traditio fuit antiquorum vt nullus ad deum vel ad regē veniret vacuus ꝛ ſine muneribꝰ. Arabes autem auro ꝛ diuerſis generibus aromatum abūdant: ꝛ talia munera offerre cōſueuerunt: ꝛ ideo magi iſta obtulerunt. Et licet morē ſue gentis in donis offerendis ſequerentur: hoc tñ diuina inſpiratione eſt factum: vt aliquid myſterij muneribus demōſtrarēt ꝛ fidē ſuā miſticis rebus profiterenꝫ: tum ſcilicet per trinitatis fidem ꝛ myſteriū

L Chriſ. De matris humili ornatu.

Leo papa de ꝟtute hūilitatis.

M Munetis offerēdi traditio.

reuelantes: et in xp̄o trinitatem adorantes:
Tria xp̄o cognita a magis. tum cum regem ⁊ dn̄m deū ſed mortalē ſignificantes et xp̄i regiā ptātem ac diuinam maieſtatē et humanā mortalitatē venerantes. Hec em̄ tria magi de xp̄o cognouerunt: vt ſupra dixerunt: vbi eſt qui natus eſt: ecce humanitas: rex iudeorum: ecce regia ptās: venimus adorare eum: ecce diuinitas. Significat̄ em̄ in xp̄o regia ptās p aurum qḋ regi ſoluit̄ in tributum: nā aurū propter ſui nobilitatē munus eſt regale: ⁊ ideo oſtēdit puerū regem eſſe et ſe illud decere. Signat̄ xp̄o diuina maieſtas per thus: qḋ deo offert̄ in ſacrificiū: ⁊ ideo oſtendit puez̄ eſſe deum qḋ etiam erat oblatio ſacerdotalis: et puer ille erat ſacerdos cui nullus vnꝙ̄ fuit equalis. Signatur q̄ʒ humana mortalitas per myrrham q̄ condiri ſolent corpora mortuorum: et xp̄s rex et ſacerdos voluit mori pro
Augu. ſalute olm. vn̄ Auguſt. Aurū ergo ſoluit̄ q̄ſi regi magno thus immolatur vt deo: myrrha prebetur tanꝙ̄ pro ſalute oī morituro. Unuſqſqʒ aūt eoꝝ̄ predicta tria obtulit: qa vt dictum eſt miſterio ꝯgruit. Nullus enim vere xp̄ianus dr̄ q̄ nō xp̄m ⁊ deum ⁊ regem et paſſum cōfiteat̄: ꝙ illis trib⁹ muneribus ſignificatur. vn̄ Remi. Iſti magi nō ſinguli ſingula obtulerūt: ſed ſinguli tria: ⁊ ſinguli
R Remi. qḋ ſingli tria obtulerant. cū ſuis muneribus regē deū et hoīem predicauerunt. hec Remi. Hos omnis vere xp̄ianus imitat̄: q̄ xp̄m verū deū regē ⁊ paſſum confitet̄. Offeram⁹ ergo ei auꝝ̄ vt eum olm regem eſſe et vbiqʒ regnare credam⁹. thus vt deum veꝝ̄ ⁊ creatorem olm eſſe confiteamur: myrrhā vt ſic illum deū eſſe credam⁹ quē hoiem et mortalē ꝑpter nos factū eſſe non dubitemus. Pia enim hec ſancta fides veraciter xp̄o offerre non deſinit: dū vnum eundēqʒ deum veꝝ̄ verumqʒ hoīem credit ⁊ vere pro nobis mortuuʒ veraciter recognoſcit.
Hylar. Habemus itaqʒ ſm̄ Hylarium in his non modicā ſacramentoꝝ̄ cognitionem in hoīe mortis: in deo reſurrectionis: in rege iudicij. Et ego dn̄e ieſu in extremo veſtigio ſeruorum tuorum adoro te ſedentē in glīa dei pr̄is vbiqʒ regnātem ⁊ offero tibi ſplendorem fidei: qua te credo regē olm ſeculoꝝ̄ deum de deo: et hoīem de virgine mortuum
Ber. de munerum ratione. p peccatis nr̄is. ſm̄ Ber. Obtulerunt auri precium ob paupꝑtateʒ: ſcʒ ad pauperis matris et filij ſuſtentationem thuris ad ornamentum ob ſordidam ſtabuli manſionem ⁊ contra loci fetorem: myrrhe vnguentum ob infantuli vt aſſolet corporis teneritudinem et debilium membrorum pueri cōſolidationem.
hoc de quo nūc tractam⁹ ad plenā redēptionē nr̄am ſufficere debuiſſet. Dicit autem ꝙ prope finē p̄dicti deſerti iam puer ioannes bapti. penitentiā agere ceperat cum tamē nullū peccatū haberet q: dr̄ petiſſe deſertū dum ſeptē annorū eſſet: ꝛ ꝙ locus iordanis vbi baptizauit ipſe ioānes eſt ille vbi trāſierunt filii iſrael quādo venerūt de egypto p ipſum deſertū prope quē locū in eodem deſerto ioannes fecit penitētiā. Predicator penitentie futur⁹ quanto citius potuit aſpera ſolicitudinis elegit ꝛ petiit: vbi primeuam etatē trāſegit: vt viuēs i deſertis vitam auſterā duceret: ꝛ ab amore: illecebris mundi ꝛ ſe ꝛ auditores ſuos ſuſpēderet facilius et reuocaret: ꝛ vt ibi contemplationi vacaret liberius diuinā ſapientiam hauriēdo quā poſtea effudit predicando.

freno. iij.

Bonum eſt igit eius exemplo ab adoleſcentia iugum domini portare et dū natura tenera eſt bonis ſe aſſueſcere ꝛ ex predicādis autores actu precedere. Ex quo ſumit argumentū ꝙ anteꝗ quis pfectus fuerit aliorū magiſterium obtinere nō debet.

C deſerti cōmendatio.

Manebat ioannes in deſerto vbi eſt aer purior celū apertius ꝛ familiarior de⁹ vt q: nōdū baptiſmi ꝛ predicationis tp̄s aduenerat vt orationibus vacaret ꝛ cū angelis cōuerſaret: ꝛ extra multorum malitiā nutriret: ꝛ neminē vereret arguere nihil ſibi cōſcius ꝛ eſſe fide dignius qui chriſtum erat p̄dicaturus: ꝛ de ipſo teſtificaturus. Nemo enim alterius teſtis eſſe poteſt idoneus niſi pri⁹ fuerit ſuus. Fugit igitur turmas ꝛ tumultū populi ne ex cohabitatione cōtraheret infamiā vel vita aliquam maculā ſcādali vel delicti. Qui ſi i mūdo māſiſſet forte malitia ꝛ cōuerſatiōe hominū deprauatus fuiſſet. Mundū itaqꝫ fugit vt ſanctitatē ſuā cuſtodiret ꝛ ne leui ſaltē ṽbo vel peccato vitam macularet.

Chriſ. de mūdo perteute.

Nā ſm Chriſo. Sicut impoſſibile eſt arborē iuxta viam poſitam fructus vſqꝫ ad maturitatē ſeruare ſic hominē iuxta mundū poſitū vſqꝫ in finem vite innocentiā cuſtodire. Sunt autē quedā arbores q̄ lꝫ in horto ſint plātate ita ꝙ ad ſtipitem trāſeūtes nō poſſunt attingere tamē ramos ſuos p viā expandūt: ꝛ ideo moleſtantur a trāſeuntibus ſic eſt de religioſis i negociis ſecularibus ſe implicātibus. Excellens valde ꝛ mirabilis eſt puer iſte ioānes. Ipſe em̄ fuit primus heremita ac principium et via religioſe viuere volentium.

D Johannis baptiſte la⁹. pe. ranē. de eodem.

De cuius ſingulari cōuerſatiōe Petrus rauēnas ita ſcribit Infra teneritudinē annorū beat⁹ iſte puer ſpiritu ducente ad heremū ductus eſt. Nec obſtitit etatis infirmitas quā maieſtas domini fecundauit. Reliquit ioannes mūdū: homines fugit: patriā neſcit: parētes aſpernatur: et in ſolius diuinitatis apicem beate contemplationis figit obtuitus. Mira rerū cōuerſatio hoīem vix mūdū ingreſſum mūdi gloriā fugere ꝛ ſeculi cupiditates non ſolū obliuiſci ſed neſcire ꝑpetuū cū diuinitate ſtabilire cōſortiū. Receſſus montiū ſiluarū anfractus ꝛ valliū ſubteriacēs vaſtitas puero patriarche domicilia cum nox coegerat prebuerūt. Sic ioānes etatis ſupgreſſus infantiā ꝛ nobilioris generis generoſitatē oblit⁹ ſoli vacat diuinitati: forma vite monachorū ꝓpoſitū anachoritarū principium totius religionis aſſertio. Un̄ Chri. Sicut ſacerdotū principes ſunt apl̄i ſic monachorū princeps ioānes baptiſta eſt ꝗtum tradit hebreorū ſcriptura ꝛ vſqꝫ hodie in memoria eſt. Cōſiderate monachi dignitatem veſtrā ioānes princeps veſtre eſt dignitatis Ipſe monach⁹ ſtatim vt nat⁹ eſt i heremo viuit: in heremo nutrit: xp̄m expectat in ſolitudine nō vult cū hoīb⁹ cōuerſari: in heremo cū angelis probat: felix iſta cōuerſatio deſpicere hoīes: angelos q̄rere: vrbes deſerere ꝛ in ſolitudine xp̄m inuenire. Chriſtū nō querebat in tēplo: ſed in deſerto. Separauit ſe a multitudine. Oculis expectantibus xp̄m nil aliud dignum eſt aſpicere niſi xp̄m. felices ſunt q̄ imitant ioannē quo maior inter natos mulierū nō fuit. hec Chriſ.

Joannes baptiſta, monachorū pnceps Chriſ.

Infelices ergo monachi ſunt qui ioannem principem ſuū nō ſequētes ſolitudinē ſuam deſerunt ꝛ in vrbibus cū hoībus cōuerſant quib⁹ ſolitudo carcer eſt ꝛ oppidum paradiſus. Nā ſicut Hiero. ſentiebat q̄ dicebat. Uiderint alii q̄d ſentiāt vnuſqſqꝫ em̄ ſenſu ſuo ducit: mihi oppidū carcer eſt ꝛ ſolitudo paradiſus. Hec Hiero. agnoſcat ergo monachus nomē ſuū. monos em̄ grece vnus latine: ꝛ achos grece triſtis latine dicit inde monachus quaſi vnus ꝛ triſtis interp̄tat. Sedeat ſol⁹ ꝛ triſtis ꝛ officio ſuo vacet alienūqꝫ officiū nō vſurpet.

E Monachi nomen et q̄lis ſit vita.

Qui tn̄ ſi docere vult audiat cōſiliū hugonis q̄ dicit. Uilitas habit⁹ tui ꝛ ſimplicitas vultus ꝛ ſanctitas cōuerſationis tue docere debēt hoīes. Melius fugiendo mundū doces ꝙ ſequēdo. Qui etiā ſm conſiliū gregorii reuerētiā ſui habitus in actu: in cogitatione: in locutione ſemper circūſpiciat: vt ea q̄ mundi ſunt pfecte deſerat. ꝛ ꝙ oſtēdit humanis oculis: habitu hoc ante dei oculos moribus pretendat.

Hugo.

Nō ergo glorieris ꝙ in ſolitudine vel religiōe ſis aut longo tp̄e fueris niſi in ea bn̄ vixeris: q: nihil tibi proderit: imo magna damna pateris ſi heremita vel religioſus vocaris ꝛ vitam non agis. Ut enim ait Hiero. Non hieroſolymis fuiſſe: ſed hieroſolymis bene vixiſſe laudandū eſt. Unde Augu. ad fratres heremitas. Non em̄ ſatis prodeſt ꝙ iſtū locū expetiuim⁹ ſi tales ſimus quales in ſeculo eē poteram⁹. Nūq̄d nobis habitatio hui⁹ ſecreti aliquid prodeſt q̄ñ tyrannico dn̄atu

Hiero. Augu.

malitia in nobis regnat qñ ira ſupeqtat qñ
maiorē nobis victoriā humanus oculus ꝙ
diuinꝰ inducit: qñ laudabiles heremite ex-
tra mūdū nos eſſe credimꝰ: ꝛ ꝑ diuerſarum
paſſionū vitia mūdū intra nos incluſum te
nemus: ita vt q̄ putabamus nos pedibus no
ſtris ſeculo ipſi ſuccurrere: pene neceſſe ſit
vt videamur magis ſecli interceſſoribꝰ indi-
gere. Dubiū q̄ppe nō ē ꝙ illa aīa q̄ ↄcupiſcē
tia voluptatū poſſeſſa efficit: mūdane ↄuer
ſationis non poſſit effici regnū diuinitatis.
Ideoq; ffes videte vocationem veſtrā. Ue-
nire q̄dē ad heremū ſumma pfectio eſt: ſed
nō pfecte in heremo viuere ſūma dānatio ē.
Quid em̄ prodeſt ſi locꝰ corpaliter qētꝰ te-
neat: ꝛ inqetudo i corde verſet? Quid lquā
ꝓdeſt ſi in habitatione ſilētiū i habitatori-
bus ſit vitiorū tumultꝰ ꝛ colluctatio paſſio-
nū: ſi exteriora nr̄a ſerenitas teneat et inte-
riora tēpeſtas. Non em̄ iō ad locū iſtū veni-
mus vt nobis mūdꝰ famulet: vt rebꝰ oībus
abundātes oī quiete fruamur non vtiq; ad
requiem: nec ad ſecuritatē: ſed ad pugnam
huc venimus: ad agonē proceſſimus ad ex-
ercenda cū vitijs bella ꝓperamꝰ: vt lingue
gladio retundamur: vt nō ſolum nō infera-
mus iniurias ſ; nec ſtatim ſentiamꝰ illatas
F hec Aug. Sed heu pauci hodie religioſi re-
Bern. piunt q̄ de bono i meliꝰ ꝓficiūt: et de ꝟtute
de raro ꝟtutē aſcēdūt. vñ Ber. Multo facilius repies
mona- multos ſeculares ↄuerti ad bonū ꝙ vnū de
chorū religioſis tranſire ad melius. Rara auis in
pfectu. terr; ē q̄ de gradu quē i religiōe ſemel forte
attigerit vel parū aſcendit. Aut aſcēdas ne
ceſſe ē: aut dſcendas ſi attētas ſtare vt ruas
Reditꝰ neceſſe ē. Et iterū. Minime ꝓ certo ē bonus
chriſti. q̄ melior eē non vult: ꝛ vbi incipis nolle fie-
ri melior ibi deſinis eē bonꝰ. h̄ Bern. ¶ Jo-
ſeph autē ꝛ Maria cū puero Jeſu trāſeūtes
iordanē venerunt in terrā iſrael ſm angeli
iuſſionē. Non em̄ determinauerat angelus
in quo loco terre iſrael: nec nōiauerat terre
aliquā ciuitatem determinate vt dubitante
Joſeph iterū reuerteret: ꝛ ex reuerſiōe ange
li inſtruct; eū de loco Joſeph ex frequētiori
viſitatiōe angeli ꝛ locutiōe cū eo certior red
deret ꝛ ma ḡ ↄſolaret. Quod ieſus i patriā
ſuā reuerteret: nos q̄; in patriā nr̄am feſti-
nare amonet. (Audiens) vo Joſeph (qd ar-
chelaꝰ) filiꝰ hero. ſenior regnaret in iudea
pro ſuo pr̄e timuit illuc ire ꝓ archelao pa-
terne crudelitat; herede: qꝛ ille tāq; pncipa-
lis magis pro pr̄e zelabat: ꝛ oīs ipetꝰ pſecu
Judea. tionis in bethleē eiuſq; finibus deſeuiebat.
Pſal. Judea aliqñ accipitur pro tota terra. xij. tri
lxxv. buū: vt ibi. Notū in iudea deus. aliqñ ꝓ ſo-
la terra tribus iude: vt ibi Judea et hieru-
ſalem nolite timere. Aliqñ ꝓ terra duarū tri
buum. ſ. iude ꝛ Bēiamin: vt hic dr̄: ꝙ arche-
laꝰ regnauit i iudea. Diuiſu; ḡ erat regnū ꝛ
iā a pluribꝰ regebat. Ad cuius euidētiam
eſt ſciendū qd ſm opinionē magis ꝓbabilē
herodes moriēs cōdidit teſtm̄ in quo ordi- G
nauit archelaum filiū ſuum regni ſui ſuc- Hero-
ceſſorē ita tamē coronam ſibi non iponeret dis te-
niſi ꝑ romanū impatorē. Ad ſumēdum igit ſtamen
dyadema romā venit: ſ; et fratres eius duo tum et
ſc; herodes antipas et philippus q̄ cū ipſo filij.
poſt mortē patris ſuperſtites erant qꝛ alios
tres filios ſc; antipatrū ſuū pmogenitum
ꝛ alexādru ꝛ ariſtobolū pater ante mortem
ſuum miſerabilē necauerat etiā romā vene
runt et paterne hereditatis ptē petierunt.
Tandē iperator et ſenatꝰ romanorū volen- Diui-
tes frangere iudeorū ſupbiā et auferre eis ſio
rebellandi occaſionē: abſtulerūt eis regium Judee.
nomen et diuiſerunt regnū in q̄tuor ptes. ſ.
tetrarchias q̄r; duas. ſ. iudeā ꝛ abilinā de-
derunt archelao filio ſeniori: tertiā vero ſc;
galileā et regionē trāſfluētē dederūt hero-
di antipe ſub quo Joā. eſt decollatus: ꝛ dñs
paſſus: ſed q̄rtā. ſ. yturcā et traconitidē re-
gionē dederunt philippo cuiꝰ vxorē abſtu-
lit ipſe herodes antipas frater eiꝰ. Et ſic ar-
chelaus erat dyarcha: ſ; alij duo fuerūt te-
trarche. Adhuc aūt pt̄er herodē aſcalonitā
et herodē antipā ſupradictꝰ ē triꝰ herodes
dictus agrippa filiꝰ ariſtoboli filij herodis
aſcalonite fuit q̄ Jacobū ffem ioannis gla-
dio occidit ꝛ petrum incarcerauit. Et qꝛ ar-
chelaꝰ fuerat a pr̄e q̄ſtū in ſe erat in toto re-
gno iudeorū ſubſtitutus iō magis fauebat
fact; a pr̄e ꝓpter ꝙ Joſeph timuit ire in iu-
deā (ꝛ ammonitus in ſomnis) ꝑ angelū iuit
cū puero et mr̄e eius in galileā vbi dñabat
alius filius ſc; herodes q̄ portione ſibi de-
bita a pr̄e q̄ſtū in ſe erat ante puatꝰ fuerat
ꝓpter qd Joſeph ibidē cum puero ſecurius
māſit q̄ ꝛ ipſa terra iſrl' erat: qꝛ eā iſrael in-
colebat. (Et veniēs habitauit in ciuitatem
q̄ vocatur nazareth) vt ibi xp̄s nutriret vbi
fuerat cōceptꝰ: ſed in bethleē fuerat natus
ibi em̄ ſecurius habitare poterat ꝙ in hie-
ruſalē vel betheleē vbi archelaꝰ manebat. Chriſ.
vñ Chriſoſto. Uenit igit ieſus in nazareth
non ſolum periculi verū etiā patrie amore
cogēte ſc; ſecurius ibi habitaret et gratius
hoc autem factum eſt (vt adimpleretur qd
dictum eſt per prophetam quoniam naza-
reus vocabitur) (vt tenetur cōſecutiue nō
cauſaliter: qꝛ ꝓphetia nō eſt cauſa euentus
rei ſed euentus eſt cauſa impletionis pro- H
phetie. Nazareus autem xp̄s eſt nūcupatꝰ: Naza-
tā ex loci appellatiōe vbi cōceptus eſt ꝛ nu- reus.
tritus ꝙ ex ſacramēto legis ſm quam naza
reus ſanctus interp̄tatur: et dominum oēs
ſcripture ſanctū dicūt ꝛ teſtant. Sicut ergo
elegit locu; vbi naſceret: ſic et ciuitatem in
qua coadoleſcens nutriret: cuiꝰ nomen eſt
indicio qd eſſentialiter ipſe fons ſanctitas

tis in ſctitate nutritus: ſctũs ſanctoꝝ qſi na
Nazareth. zare⁹ nazareoꝝ recte dr. Nazareth em̃ flos
cãpi vel germẽ nouellũ vel ſctitas interpre
taf: de cuius radice germinis ſctũs ſctõꝝ .i.
nazare⁹ aſcẽdiſſe legif. Uñ ⁊ ex hoc qđ xp̃s
Nazarei qui nunc chriſtiani. dict⁹ eſt nazare⁹ diſcipuli ei⁹ et xp̃iani pri⁹
cõi noie cõſueuerũt nazarei vocari: ſʒ poſt-
ꝙ petrus antiochenã ſedẽ tenuit cõi conſi-
lio greco noie a xp̃o xp̃iani dicti ſunt. Jn na
zareth ergo concipi et nutriri xp̃s voluit vt
per hoc daret intelligi ꝙ florida fuit et eius
Bern. cõceptio: q2 ſine pctõ originali ⁊ eius cõuer-
ſatio q2 ſine actuali. Uñ dicit Ber. ꝙ amat
florigerã patriã flos de radice ieſſe. Jn hoc
autẽ ꝙ dereliquit egyptũ ⁊ venit in galileã
habitauitqʒ in nazareth daf nobis exẽplũ
qđ ſtatum culpe debemus deſerere ⁊ de vi-
tijs ad virtutes tranſire: in perſeuerãtiaqʒ
bonorũ operum florere: vt ſic ad patriã ce-
leſtem valeamus puenire. Ecce reduxim⁹
puerũ ieſum de egypto. Eo reuerſo ſorores
dñe aliiqʒ cõſanguinei ⁊ amici cõcurrunt et
ad viſitãdũ eos feſtinãt. Jpſi aũt i nazareth
remanẽt ⁊ pauperẽ vitã ducunt. Ubi more
ſolito ioſeph opas fabriles locauit: et Ma-
Anſel. ria filãdo ⁊ ſuendo ⁊ al's ꝑut potuit labora-
De ſedulitate matris i filium. uit: ac nihilominus circa filiũ ſuũ diligẽs ⁊
ſolicita fuit. Ut em̃ ait Anſel. nec eſt aliqua
ſciẽtia que poſſit penetrare: nec eloquẽtia
que poſſit ꝑdicare q̃ta dulcedinis ſeduli-
tate puulũ fouerit: q̃ta diligẽtia obſequio-
ꝙ adoleſcẽtẽ ⁊ in robur etatis ꝑuexerit va-
dentẽ. Et vt ipſamet cuidã deuote perſone
reuelauit multotiẽs cum filiũ ſuũ gremio
cõfoueret pre nimia deuotionis dulcedine
caput ſuum capiti filij acclinãs tantas la-
chrymas effudit: vt caput ⁊ totam eius fa-
ciem lachrymis amoris rigaret et dicebat
O ſalus et gaudium anime mee. Quis hec
audiens vel mẽte tractans ſe a lachrymis
J poterit continere? Exinde vſqʒ ad .xij. annũ
Chriſti Infantis officia. pueri Jeſu non legitur aliquid de ipſo vel
eius parentibus. Dicitur tamen (et veriſi-
mile eſt) quod in nazareth adhuc eſt fons
paruus ad quem domina aliquãdo ibat: et
de quo puer ieſus frequenter aquã haurie-
bat et matri miniſtrabat: vt pote qui ſubdi
tus illi erat. Pro ſummis ergo delitijs iter-
dum aquam tribuit ſue matri qui dat eſcã
oĩ carni. Ubi etiã herbas in agris collegit
de quibus mater olera cõficeret. Faciebat
hmõi ſeruitia mr̃i humilis dñs: non em̃ ha
bebat aliũ ſeruiẽtẽ vel iuuantẽ in neceſſita-
tib⁹. Jn hũilitate ſe tẽpeſtiue exercere cepit
de qua poſtmodũ ꝑ ceteris virtutib⁹ gloriã-
Math. xj. do dixit. Diſcite a me q2 mitis ſum ⁊ humi-
lis corde. vñ Anſel. Nihil de ſanitatis eſtiẽs
Anſel. tibi acceſſurũ ſi eñ apud nazareth puerũ i-
ter pueros cõtẽpleris: ſi obſequentẽ mr̃i: ſi
opanti nutritio aſſiſtẽtẽ intuearis. ❡ Oro.

O Jeſu mitiſſime qui de ꝟgine na-
tus in partes egypti ſeceſſiſti et
ab egypto vocat⁹ in terrã iſrael
redijſti: reuoca me dñe ſeruum
tuum a vultu oculorum tuoꝝ
in egypto hui⁹ exiliũ proiectũ in huius pere
grinationis tenebris exulatum ab egypti
partib⁹ a mundane cõuerſationis tenebris
reduc corpore: reduc mẽte: reduc et volũta-
te: fac me vitia deſerere ⁊ ad ꝟtutes trãſire
et in terrã ꝓmiſſionis me digneris introdu
cere mõ fide: ſpe: ⁊ charitate: in futuro vero
re: ſpe: glorificatione: ⁊ veritate. Amen.

❡ De eo ꝙ puer ieſus remãſit i hierl'm: ⁊ inuẽt⁹ ẽ i tẽplo. Ca. xv.



Puer autʒ a Luc. ij.
Jeſus creſcebat) i augmẽ
to (et cõfortabaf) in vigo-
re: ſcilʒ q̃tum ad corpus:
et ne quis imaginetur ita
eum creuiſſe ſm aiam ſi-
cut creuit ſm corp⁹: ideo
ſubdit ꝙ erat (plenus ſa-
pientia) .ſ. q̃tũ ad vtrũqʒ.
Unde ſm Bedã. Quia i chriſto habitat oĩs Beda de plenitudine ſapientie xp̃i.
plenitudo diuinitatꝭ corporaliter: ideo puer
iſte erat plenus ſapientia nec ſm hoc indi-
guit augeri vel confortari: vtpote verbum
dei: ⁊ deus ſed inquãtum fuit homo erat in
eo gratia. Magna enim gratia illi homini
xp̃o donata ẽ: vt ex quo homo fieri cepiſſet
pfect⁹ eſſet ⁊ de⁹. Et ſm eũdem Bedã huic Uirtutes oẽs ꝑter fidem et ſpem habuit xp̃s nec creſcebat in anima.
ſimile eſt qđ ſcribit Joã. cũ plenũ gr̃a ⁊ veri
tate: eãdem ipſe diuinitatis excellentiã no-
mine veritatis quã lucas ſapientie noie cõ
mendauit. Habuit qppe xp̃s plenitudinem
oĩm ꝟtutũ donorum ſpiritusſancti exceptis
fide ⁊ ſpe: pro quib⁹ habuit certã ſcientiã et
firmam tentionem: q2 ab inſtanti ſue conce
ptionis beatus fuit. Quoties ergo xp̃s cre-
ſcere et confortari vel tale aliquid agere dr
oĩa ad corp⁹ referanf. Nam ſm aiam ab in-
ſtanti cõceptionis totaliter pfect⁹ fuit: ſed
hanc perfectionẽ nõ oſtendebat niſi prout
cõuenientia temporis exigebat. Uñ Bern. Bern. qđ xp̃s ſemper vir.
Uir erat ieſus nondũ nat⁹ ſed ſapientia nõ
etate: ale vigore non corporis maturitate
integritate ſenſuuʒ nõ corpulẽtia mẽbroꝝ.
Neqʒ em̃ minus habuit ſcientie ieſus cõce-
ptus q̃ natus: paruus q̃ magnus. Siue er
go latens in vtero ſiue vagiens in preſepio
ſiue iã grandiuſculus interrogãs legis do-
ctores in templo: ſiue iam perfecte etatis:
docens in populo eque pfecte fuit plenus
ſpiritusſancto. De his et huiuſmodi ha-
bes etiam infra in fine huius capituli. (Et
ibant parentes eius) tanq̃ deuoti et reli-
gioſi legis obſeruatores (per omnes annos

vt eſſent (in hierl'm in die ſolenni paſche).ſ. paraſceue vt legē audirent: ſacrificijs participātes ſolēnitati intereſſent: et eius adhuc vmbre ſeruiebant cuiꝰ iā veritatē tenebāt.

B
Feſtiuitates legales iudeorum.

¶ Ubi nota qḋ legales feſtiuitates iudeorū q̇dā erant cões et cõtinue: q̇dā anniuerſarie. Cões ꝛ cõtinue erāt due.ſ. ſabbatū quo vacabant ab oī opꝫ ꝙ illo die deꝰ requieuit ab oī opꝫ creationis: alia eſt neomenia in principio.ſ. noue lune ad laudē creatoris q̇ creauit oīa tpa. Anniuerſarie vero feſtiuitates erant quinq̧.ſ. feſtum paſche qḋ celebrabat̄ decimaq̄rta luna menſis primi. Erat hec feſtiuitas in memoriā liberatiõis de egypto. Scḋa erat feſtiuitas penthecoſtes q̇ celebrabat̄ q̇nq̄geſima die a paſcha eſt qḋ tūc data fuit lex iudeis in mõte ſynai a deo. Tertia feſtiuitas erat tubarū ꝛ clangorū q̇ erat prima die menſis ſeptēbris tūc eñ buccinabant cornibꝰ pecorū in memoriā ꝙ eadē die fuit yſaac liberatꝰ ab immolatione pr̄is pecore ſubſtituto ꝓ eo. Quarta feſtiuitas erat propitiatiõis ꝛ celebrabat̄ decima die menſis ſeptēbris: q: eadē die venit ad eos moyſes referens dei irā placatā de offenſa cõflatiõis vituli quē adorabant. Quinta erat ſcenophegia.ſ. feſtū tabernaculorū qḋ erat decimaq̄rta die ſeptēbris: et tunc illis diebꝰ habitabāt in tabernaculis in memoriā qḋ pr̄es eorū q̄draginta annis in deſerto fuerunt ſub vmbraculis habitantes. Inter has quinq̧ feſtiuitates ſole tres ſ. paſche pēthecoſtes: et ſcenophegie erant ſolēniores ꝛ protendebant̄ ſeptē diebus. In his tribus oē maſculinū ſcḋm preceptū legis aſcendebat in hierl'm: vt appareret coram dño q̇ tñ erant remoti ex rõnabili cā de pēthecoſte et ſcenophegia ſe poterant excuſare: ſed de paſcha nõ niſi infirmitate cogēte. Iſta aūt lege mulieres nõ erant aſtricte: ſed tñ plurime veniebant ex deuotione. Un̄ ꝛ btā v̄go aſcendebat ſingulis annis nolēs puerū dimittere ſine cura marie quandiu regnauit archelaus. Quāuis ḡ parentes timerent archelaū: ibant tñ hierl'm ad diē feſtū: q: poterat fieri: vt tūc inter tā īgētē turbā latēter aſcenderēt mox reuerſuri: vt nec ſolēnitate pretermiſſa eſſent irreligioſi: nec lõga māſione cõſpicui. (Et cū factꝰ eſſet Jeſus annorū duodecim: aſcēdit cū parētibus ſuis ſm legis conſuetudinē ad diē feſtū in hierl'm.)

C
Labores xp̄i ꝛ obſeruatio legis.

Per hoc oñdit qḋ a pueritia debēt hoīes aſſueſcere ad diuina et ad idem facit qḋ alijs recedentibꝰ in loco diuini cultꝰ remanſit. Laborauit ḡ etiā nūc puer ieſus itineribꝰ lõgis ꝛ vadit vt honoret patrē ſuum celeſtē in feſtis ſuis obſeruans hūiliter legē dñs legis. Q: eñ dñs venit vt daret oīs perfectionis et humilitatis exemplū voluit legem q̄diu ſtatum habuit conſeruare. vbi

Beda.

Beda. Seruauit ipſe legem quam dedit: vt nobis qui hoīes ſumus puri oſtenderet ſeruandū ꝑ oīa q̇cq̇d deꝰ iubet. Sequamur ḡ iter humane conuerſatiõis eiꝰ ſi deitatis gloriā delectamur intueri. hec Beda. Nos itaq̧ ſerui ad exēplū dñi debemus magno ſtudio bonorū operū et ꝑuenire ſolēnitates et celebrare ac ſolicite diuina precepta obſeruare. Un̄ q̇dā frater tā magne deuotionis ad feſta xp̄i et beate v̄ginis et ad feſtū oīm ſctõꝝ erat qḋ añ quodlibet feſtū in ieiunijs ac orōnibꝰ ꝛ caſtigationibꝰ ad ſuſcipiendū ipſum feſtū ſe preparabat: et q̄diu aliqḋ feſtū durauit tandiu circa illud meditationibus ꝛ orationibus ſe occupauit.

Moraliter.
De feſtis celebrandis.

¶ Moraliter hic inſtruimur qḋ ſpāliter in diebus feſtiuis q̇libet xp̄ianus dꝫ ire ad locū quē elegit dñs. i. ad eccleſiā non ad theatrū vel tabernā: dꝫ vacare diuinis laudibus nõ choreis ꝛ vanitatibus: dꝫ inſiſtere eleemoſynis non vſuris vel ſpolijs: dꝫ intendere bonis opibus nõ comeſſationibus ꝛ ebrietatibꝰ. Nā de his q̇ ſecus faciūt dicit dñs in Eſaia.

Eſa. j.

Solēnitates vr̄as et neomenias vr̄as odiuit aīa mea. Poſtq̄ ergo ieſus ad etatem. xij. annorū venit ſuā ſapientiā manifeſtare cepit ꝛ aperire q̇d patri celeſti: quid terrene mr̄i deberet.

Etas duodenis.

Etas etenim duodenis typus erat duodecim apl'orū q̄s diuinitas et humanitas eius erat ꝑ orbē nūciāda vniuerſum. Recte ergo in duodenario nūero iubar ꝑfectiõis eiꝰ declarari incepit: ꝑ quē quaſi ꝑ duodecim tribꝰ ꝛ ꝑ duodecim apl'os vniuerſitas ſaluādoꝝ ſignificat̄. (Cõſummatis autē diebus) feſtis ꝛ cõpleta ſolēnitate q̇ per dies octo durabat recedētibꝰ parentibus (remāſit puer in hierl'm) nõ a caſu nec parētū negligētia vel obliuione: ſed ſua volūtate ꝛ ordinatiõe: vt a pueritia zelum ſuū oſtēderet circa ſpūalia: ꝛ ſicut parentibꝰ qḋ debebat exhibuerat aſcēdēs cū eis tanq̄ hõ cū hoībꝰ ad offerēda deo ſacrificia: ſic etiā pr̄i debitū ſpūalis doctrine vacando exhiberet.

D
religio nolētibꝰ parētibꝰ acceptari poteſt.

(Et nõ cognouerūt parētes eiꝰ) ſed nõ aduerterūt ꝙ in hieruſalē remaneret (exiſtimātes illū eſſe ī comitatu). i. inter eos qui ſil' fuerāt comitati. Secreto autē ꝛ eis ignorātibꝰ remanere voluit: ne aut eis obediēdo recedēs retraheret̄ a diſputatione: aut non obediēdo remanēs videret̄ eos cõtemnere.

Mat. x.
de ignoratione parētū xp̄i qḋ.

Hinc hr̄ argumētū ꝙ filiꝰ abſq̧ eiꝰ ꝑſentia pr̄ ꝛ mr̄ vitā poſſunt trāſigere ipſis etiā neſciētibꝰ aut nolētibꝰ põt ad regionē ꝛ ad ſtatū ꝑfectionis euolare: ſeq̧ diuino cultui mācipare: diſcretiõis iudicio comite. Et impeditoribꝰ ait dñs. Sinite paruulos venire ad me: taliū eſt eñ regnū celorū. ¶ Sꝫ q̄rit̄ hic quõ parētes eiꝰ obliuiſcēdo eū relinq̄re potuerunt qui tāta cura nutriuerunt? Ad hoc dicēdū ꝙ mos erat filijs iſrael ad feſta

conſuetib⁹ vel ad ꝓpria redeūtib⁹: vt ſeor-
ſum viri ⁊ ſeorſum mulieres ꝓpter mundi-
ciā caſtitatis incederet vt abinuicē cōtinē-
tes magis religioſe ſm legis dationem fe-
ſta celebrarent: ⁊ ne eorū mixta ſocietate ali-
q̄d inhoneſti cōtingeret: pueri autē cū quo-
libet parente indifferēter ire poterant. Vn̄
Joſeph vidēs puerū ieſum nō eſſe ſecū: pu-
tabat eū eſſe cū maria in comitatu mulie-
rū et econuerſo maria putabat eū eſſe cum
Joſeph in comitatu virorū. Sic ergo (vene-
runt iter vni⁹ diei) a hierl'm ſine puero cum
hac extiſtimatione q̄d eſſet in comitatu viro-
rū vel mulierū. Et cū in ſero veniſſent ad lo-
cū vbi hoſpitari debebant vidēs dn̄a ipſum
Marie dolores. Joſeph ſine puero quē cū eo rediſſe crede-
bat dolore vehemēti cōcuſſa cū lachrymis
per domos q̄ decenter poterat ſero circui-
bat et de ipſo puero q̄rebat. Joſeph vero ſe-
nex cū fletu ei ſequebat̄ ⁊ aſſociabat. Unde
⁊ tu ſemꝑ cū eis ⁊ q̄re puerū ieſum donec in-
uenias. Puero aūt a parentib⁹ tūc nō inuē-
to q̄lē quietē hr̄e poterat: tu ipſe cogita: et
marie mater q̄ ipm̄ arcti⁹ diligebat. Et lʒ a
notis conſortaret̄ tn̄ conſolari nō poterat.
Quid eīm erat ꝑdere ieſum. Cōſpice bn̄ ipam
⁊ vehemēter ei cōpatere: q̄r in magna angu-
ſtia eſt nūc aīa ſua. Nunq̄ ex q̄ nata eſt vſq̄
tunc fuit in tanta. Nō ergo turbemur qn̄ tribu-
lationes habem⁹ cū etiā matri ſue nō pep-
cit dn̄s. Ad ſuos eīm eas venire permittit et
ꝑ ipſas ſignū ſue dilectiōis ſuis oſn̄dit. Tan-
dē dn̄a in camerā ſe recludēs ⁊ ad orationē
⁊ planctū ſe conuertēs ꝑ totā noctē illā an-
guſtiabat̄ ſuper dilecto filio ſuo. Mane vero
ſequenti tēpeſtiue domū exeuntes cū etiā ꝑ
circunſtātia loca q̄rebāt: nā redit⁹ ꝑ plures
vias patebat. Circuneūdo igit̄ cū in vtraq̄
comitiua req̄rebant. i. iterū ⁊ iterū q̄rebant
marie (inter cognatos ⁊ notos) amicos qui
in vtroq̄ cōitatu erant. Quo ēt tūc nō inuē-
to mater ſine ſpe anxiabat̄ ⁊ conſolari non
poterat. Hec diligenter recogita quantis
vulneribus ⁊ cruciatib⁹ cor btē virginis tūc
ſauciatū fuerat q̄ ſuſpiria: q̄ lamenta: quas
anxietates ꝑtulerit cū q̄ſitū filiū nō inuenit.
Jā experiri cepit q̄lis eēt futurus dolor eius:
de quo dixerit ei ſymeon dicens. Tuā ipſius
aīam ꝑtranſibit gladi⁹. Neſciebat virgo q̄d
ageret: q̄r theſaurū ſibi pie a deo cōmiſſum
ꝑdiderat. Vn̄ lamentabilr̄ potuit dicere il-
Gen. xxxvii. lud Gen. Puer vero non cōparet ⁊ ego q̄ ibo.
Conſidera hic q̄ beata virgo de terra ſua ex-
pulſa ⁊ in egyptū fugata in tāta tribulatiōe
poſita filiū non ꝑdidit: ſed poſtq̄ ad feſtiui-
tates iuit ipm̄ amiſit ꝑ q̄d dat̄ itelligi q̄ ie-
ſus ſepe in aduerſitate cuſtodit̄: ⁊ in proſpe-
ritate perdit̄. Tertia vero die regreſſi ſunt
in hierl'm a q̄ ꝑ vnā dietā receſſerāt et eum
ſollicite req̄rebant. Puto q̄ cum labore multo
ſtineris et lachrymis plurimis virgo itera-
to rediit hierl'm appropriate potuit dicere
illud Can. Queſiui quē diligit aīa mea q̄- Cā. iij.
ſiui illū ⁊ non inueni. ſ. inter cognatos ⁊ no-
tos. Surgā ergo eundo de loco ad locum: ⁊
circuibo ciuitatem per vicos et plateas: et
querā quē diligit aīa mea. Et poſt triduum
amiſſionis ei⁹ in quo ꝑfiguratū eſt triduū Cur p⁹ triduū inuēt⁹.
mortis ei⁹ i quo credebat̄ amiſſus q̄rto die
mane (inuenerunt eū in tēplo) vt ſm Ambr. Ambr.
daret iudicium q̄r poſt triduū triumphalis
paſſionis reſurgeret q̄ credebat̄ mortu⁹: et
tunc cū gloria imortalitatis ē inuēt⁹. Inue-
nerunt ergo eū in tēplo in loco vtiq̄ deuoto
in loco dei ſctō. Nō inuenerūt eū in theatro
aut foro vel ludo: ſicut ſolent pueri inueni-
ri: ſed in loco deputato doctrine ſacre exora- Diligēs domū dei oſtēdit ſe filium dei.
tioni. Fili⁹ libenter in domo patris ſui ma-
net. Ille igit̄ q̄ libenter ſtat in eccleſia ſignū
eſt q̄d ſit fili⁹ dei: q̄r ſtat in domo prīs ſui: il-
le vero q̄ libent̄ ſtat in taberna ſignū ē q̄ fili⁹
ſit diaboli: q̄r morat̄ in domo prīs ſui. In-
uenerunt itaq̄ eū in tēplo nō huc atq̄ illuc
leuiter (ꝓut mos ē pueris) diſcurrētē ſed tā-
q̄ ſapientie fontē (in medio doctorū) vt me-
li⁹ oēs audire ⁊ cū eis cōferre poſſet. Cōpo-
ſite (ſedentē) et tāq̄ exēplar hūilitatis prius
(audiētē illos et interrogātē) q̄ docētē. Ille
doctores interrogat in tēplo q̄ angelos do-
cet in celo. Ille doceri interrogando voluit
q̄ verbū ſcie ipis ſuis doctoribus miniſtrauit.
Interrogabat non q̄r indigeret vel vt addi-
ſceret: ſed vt nobis addiſcēdi ⁊ zelandi ſcri-
pturas ſacras formā daret: ⁊ vt ea q̄ nō in-
telligim⁹ interrogare non erubeſcam⁹ de q̄
tn̄ erubeſcunt multi ſupbi: eligentes poti⁹
in errore permanere q̄ inſtrui. Ad exēplum
q̄ʒ humilitatis pri⁹ audire q̄ inſtruere vo-
lebat: docens q̄d hoīes docti ꝓmptiores de-
bent eē ad audiēdū q̄ ad docēdū: q̄r q̄ prius
rn̄det q̄ audiat ſtultū ſe eē demonſtrat. Ad
ꝓbandū etiā q̄ de⁹ eſſet: eoſdē hoīes ſubti-
liter interrogat et ſapienter reſpōdet: ita vt
audiētes inde ſtuperēt. Vn̄ dr̄. (Stupebant
aūt) .i. valde mirabant̄ (oēs q̄ eū audiebant
ſuꝑ ei⁹ prudētia) interrogādo et opponēdo
⁊ in rn̄ſis ſoluēdo: q̄r alīs inauditū fuerat q̄d
puer talis etatis tā ſapienter locutus eſſet.
Stupor q̄ppe ē vehemēs ammiratio rei oī-
no incōſuete: ⁊ ſic fuit hic. Audiuit eīm hūilit̄:
q̄ſiuit prudent̄: ⁊ rn̄dit ſapiēt̄: cū tn̄ eēt puer.
Ipſe interrogabat: ipſe rn̄debat: ipſe ſuas et
illorū q̄ōnes ſoluebat: morē agens peritiſſimi
magrī q̄ nūc interrogādo: nūc rn̄dēdo diſci-
pulos inſtruit. vn̄ ſm Bedā. Ad oſn̄dēdū q̄d Beda.
hō erat oēs magr̄os humiliter audiebat: et
ad ꝓbandū q̄r de⁹ erat eiſdē loquētib⁹ ſub-
limiter rn̄debat. Stupebāt aūt vidētes ei⁹
infantiā: ⁊ tn̄ ſic ſublimia loquentē vidētes
cū corꝑe ⁊ etate paruū: ſed interrogationibus

⁊ rñſis magnũ hominẽ ⁊ nõ deũ cõſiderãtes
⁊ inter alta q̃ audiũt: ⁊ infima q̃ vident du-
bia ammiratione turbant̃. Nos autẽ nõ cũ
ſenioꝛib⁹ iudeoꝛũ ſup prudẽtia ⁊ rñſis eius
ſtupeamus neq̃ miremur: ſꝫ ipſum verum
deũ verũq̃ hominẽ eſſe credam⁹: a q̃ eſt oĩs
ſapiẽtia: ⁊ cũ quo fuit ſemp ⁊ eſt añ euũ ſciẽ-
tes ſm ꝓphetiã ꝙ ſic puulus nat⁹ eſt nobis
q̃ ꝑmanet de⁹ foꝛtis. (Et) parẽtes ei⁹ (vidẽ-
tes) eũ in tẽplo in medio doctoꝛũ ſedentem
(ammirati ſunt) valde ꝓpter rei inexperiẽ-
tiã: q꞉ nũq̃ fecerat rem talẽ vel ſimilẽ. Ma-
ter autẽ ei⁹ q̃ſi reuiuiſcens exhylarata deo
gratias egit immẽſas. At puer Jeſus videns
matrẽ venit ad eã: quẽ ipſa ſuſcipiẽs ⁊ dulci-
ter oſculãs ac deinde reſpiciẽs in faciẽ eius
decoꝛã dixit ad illũ. (Fili q̃d feciſti nobis ſic?)
Mater non Joſeph in terrogat x̃pz. — Quaſi diceret deſideratiſſime fili quare hoc
feciſti vt nobis ignorãtib⁹ ⁊ neſciẽtibus re-
maneres. Quid tam dilecte ⁊ tã diligẽti ma-
tri tantã materiã doloꝛis inferre potuiſti?
Peto fili hoc mihi indicari vt doloꝛ meus ex
hac re cõceptus valeat mitigari. quẽ virgo
mater per triduũ anxio doloꝛe q̃ſierat poſt
inuẽtionẽ inter meroꝛẽ ⁊ gaudiũ poſita pia
coꝛrectione increpauit. Joſeph autẽ licet pr̃
eius diceret̃ non fuit auſus illũ arguere cũ
firmiter crederet ipſum dei filiũ eſſe: ſed mr̃
ex maxima dilectione quã habebat ad filiũ
quẽ ſic q̃rebat. ſic arguebat illũ: q꞉ amoꝛ ex-
cellẽs neſcit modũ. Loquit̃ ergo ipſa ⁊ non
ioſeph: q꞉ in ea fuit maioꝛ doloꝛis affectus.
Grego. — vnde Greg. Maria maternis affecta viſceri-
bus quaſi cũ lamẽtis inq̃ſitionẽ doloꝛoſam
oſtẽdit ⁊ oĩa ſicut mater fiducialiter ⁊ humi-
liter ⁊ affectuoſe exprimit dicẽs. Fili q̃d feci-
ſti nobis ſic? Uñ ⁊ Anſel. Quid ſi duodenẽ
ꝑ triduũ cũ mr̃e q̃ſieris? O q̃ta copia fluũt
Anſel. — lachꝛyme cũ audieris matrẽ dulci quadam
increpatione filiũ verberantẽ ⁊ dicentẽ. Fili
quid feciſti nobis ſic? Uel poſſet dici ꝙ non
fuit increpatio: ſed pia de eius abſentia cõ-
queſtio. (Ecce pr̃ tuus) .ſ. nutriti⁹ (⁊ ego dolẽ-
tes) .ſ. de amiſſione tua ⁊ abſentia (quereba-
mus te) cuius p̃ſentia eſt nobis dulciſſima.
Moraliter. — Jn quo moraliter iſtruimur ꝙ dolere debe-
mus cũ ieſum .i. ſalutẽ eternã amittim⁹ qḋ
per peccatũ fit cũ peccamus. Et tũc eũ q̃ra-
mus per triduũ pnĩe .ſ. per cõtritionẽ cũ do-
loꝛe: per cõfeſſionẽ cũ pudoꝛe: ꝑ ſatiſfactio-
nẽ cũ laboꝛe ⁊ reinueniem⁹ eũ. Sꝫ heu mul-
ti plus dolẽt de amiſſione rerũ tranſeuntiũ
q̃ de amiſſione eterne ſalutis ſue ⁊ alioꝛum
Bern. — vnde Bern. Cadit aſina ⁊ eſt qui ſubleuet:
perit aĩa ⁊ nõ eſt qui ſuccurrat. Sacrata vir-
Joſeph cur pr̃ dictus. — go patrẽ eius appellat ioſeph tum propter
iudeoꝛum ſuſpitionẽ: tum ꝓpter eius edu-
cationem: tum propter genealogie explica-
tionem. Et nota ꝙ nũq̃ legimus ioſeph do-
mino fuiſſe locutũ: ſed hoc virgini dimitte-
bat: quia ad ipſam ſicut ad verã matrẽ ma-
gis pertinebat. Querendus eſt ieſus ſociali-
ter cũ maria ⁊ ioſeph qḋ notat̃ cũ dicit̃. Pa-
ter tuus ⁊ ego. Joſeph eñ iterp̃tat̃ augmẽ-
tum ⁊ ſignificat opera bona q̃ ſemp debent
augeri. Maria iterp̃tat̃ illuminata ⁊ ſignifi-
cat fidẽ q̃ eſt illuminatio mẽtis interp̃tat̃ et
ſtella maris ⁊ ſignificat charitatem: q꞉ ſicut
ceteris ſtellis occidẽtibus illa non occidit:
ſic ceteris virtutibus deficientibus illa non
deficit. Cũ tali igit̃ ſocietate ieſus eſt querẽ-
dus .ſ. cũ fide bona opatione ſolicita ⁊ cha-
ritate ſuccẽſa ⁊ tũc inuenietur. Si eñ alterũ
iſtoꝛũ defuerit inueniri non poterit. Debet
etiã queri lachꝛymabiliter qḋ notat̃ ex eo
ꝙ virgo dixit: dolentes querebamus te. (Et — Reſpõ. x̃pi qualis fuerit.
ait ad illos) nõ matrẽ exaſperãdo: ſꝫ potius
inſtruẽdo: dicens. (Quid eſt ꝙ me querebã-
tis?) .ſ. inter cognatos ⁊ conſanguineos cũ
potius deberetis me querere in tẽplo ꝙ eſt
domus pr̃is mei ⁊ in occupatione circa ſpi-
ritualia. Nõ eſt vox indignãtis ſꝫ humiliter
ſe excuſantis ⁊ myſteria detegẽtis. Non eñ
increpat ⁊ vituperat ꝙ eũ quaſi filiũ querũt
ſed quaſi coꝛrigẽdo verbũ matris q̃s ſibi ve-
rus pr̃ ſit: ⁊ q̃s potius eterno pr̃i debeat il-
lis ⁊ nobis inſinuat ſub lens. (Neſciebatis
q꞉ in his q̃ pr̃is mei) .ſ. dei (ſunt opoꝛtet me
eſſe) .ſ. in tẽplo: in doctrina ⁊ in operib⁹ q̃b⁹
manifeſtet pr̃ me⁹. q.d. Poti⁹ debeo reſpice-
re eũ cui⁹ ſum etern⁹ fili⁹ ſm naturã diuinã
q̃ te cui⁹ ſum fili⁹ ſm naturã humanã ⁊ io-
ſeph cui⁹ tñ ſum fili⁹ nutrit⁹. vñ nõ debetis
mirari ſi vos dimiſi ꝓpter patrẽ eternũ cui
plus teneoꝛ. Magis afficiebat̃ ieſus ad pa-
trẽ naturalẽ ⁊ eternũ q̃ ad matrẽ naturalẽ
⁊ patrẽ putatiuũ. Quãuis eñ parẽtes dili-
geret ⁊ eis obediẽs fuit tñ principalius deũ
honoꝛare voluit. Jn quo dat̃ doctrina ꝙ pie- — De⁹ parentib⁹ preferẽdus.
tas ad deũ pietati reſpectu parentũ eſt pre-
ferenda. Diſcas igit̃ ⁊ tu deũ ⁊ parentes di-
ligere ⁊ honoꝛare: eis obedire: ſꝫ in in oĩbus
deũ preferre. Nota etiã moralr̃ ꝙ per hoc ꝙ
x̃ps interrogationi rñdit: quaſi coꝛrigendo — Moraliter.
verbũ mr̃is q̃ ipſum doloꝛe inter cognatos
⁊ notos q̃ſierat omiſſionẽ vinculoꝛũ ſangui-
nis ꝑ parte ſuggerit oſtẽdens ꝙ nõ contin-
git metã ꝑfectionis attingere eum q̃ adhuc
vagat̃ in his q̃ coꝛpoꝛi cõferũt ⁊ ꝙ homo de-
ficit a ꝑfectione ꝓpter affectũ cognatoꝛum.
Et hoc innuit ꝑ primã clauſulã cũ ait (quid
eſt ꝙ q̃rebatis) .ſ. inter cognatos ⁊ carnalr̃
ꝓpinquos. Per hoc vero qḋ addit (neſcieba-
tis) ⁊c. docet nos nõ per infima gradi: ſed ad
ſuperioꝛa debere mentis oculos attollere.
¶ Moraliter per hoc ꝙ x̃ps cum coꝛreptus
eſſet hic a matre ſe dulciter ⁊ hũiliter excu- — Moraliter.
ſauit: alibi antẽ .ſ. in nuptijs cũ inuitat⁹ eſt
ad miraculũ dure rñdit ḋ dit nobꝫ exẽplũ ⁊c.
formã humilitatis vt malim coꝛripi q̃ lau-

dari. ¶ Et nota q̄ iſtud fuit primum verbū

Primū verbū xp̄i ſcriptū.

qđ ab ore ſaluatoris platū eſſe legit̄ in quo ſuā diuinitatē expreſſit. Et ipſum verbū tāte fuit altitudinis q̄ Maria ⁊ ioſeph ipſum nō intellexerūt. Et hoc eſt qđ ſubditur. (Et ipſi nō intellexerunt verbū qđ locutus eſt ad illos). i. qđ de patre dixerat: ⁊ q̄d per hoc verbum innuere vellet. Volebat eñ eis innuere q̄ ſicut ad patrē ita ad ipſum pertineret cura tēpli ⁊ ſpiritualiū: ⁊ oīm q̄ p̄ris ſunt gubernatio: q̄ amborū vna eſt maieſtas gloria ⁊ operatio ac vna ſedes: ⁊ domus non ſolū materialis ſʒ ⁊ ſpiritualis. Cū Maria et ioſeph ieſuʒ dei filiū crederēt nō tñ aduertūt q̄d dicat: nec diuine nature archanū intelligūt: q̄ talia ab eo audire adhuc aſſueti nō erāt: ⁊ de diuinitate ſua nondū ad eos loquentem audierāt. Vel intellexerunt q̄d dixit: ſʒ nō ita plene: vt poſtmodum.

I Deū et hoīeʒ ſe oſtēdit xp̄s.

¶ Ipſe vero ad matris requiſitionē ⁊ voluntatē redijt cū illis nazareth ad eorū conſolationē vbi erat cōceptus ⁊ educatus. vñ ⁊ nazarenus eſt vocatus. Nam q̄ deus ⁊ homo eſt vtrāq̄ ſuā naturā nobis hic cōmēdat ⁊ nūc excelſa deitatis: nūc infirma humane fragilitatis prefert. Itaq̄ q̄ſi hō cū parētib⁹ hieruſalē aſcēdit: ſʒ quaſi deus illis neſciētib⁹ in tēplo remāſit: q̄ſi homo ſeniores interrogabat: ſʒ quaſi de⁹ que ſeniores mirarētur rñdebat. Quaſi dei filius in tēplo p̄ris ſui cōmorat̄ quaſi filius hoīs cū parētib⁹ quo iubēt reuertit̄. (Et erat ſubdit⁹ illis) ad noſtrā inſtructionē ⁊ ſuperbie nr̄e confuſionē qui frequēter renuimus ſubijci ſuperiorib⁹ nr̄is. Erat q̄ppe ſubditus illis ſcilicet in ea natura qua a patre minor eſt.

Augu.

Quia vt dicit Aug. ſm formā ſerui puer xp̄s minor etiam parētib⁹ ſuis. Et tu ergo ſubditus eſto propter illū vt ad eū per obediētie laborem redeas: a quo per inobediētie deſidiā receſſeras. Hic eñ exemplū ⁊ formā obediētie ⁊ humilitatis xp̄s nobis prebuit ⁊ oſtendit dum ipſe imperator mūdi: ⁊ cui mūdus ſubiect⁹ eſt parētibus ſuis: ⁊ eorū imperio humiliter ſubdi voluit. Audiāt ergo hec ſubditi: ⁊ ſubditi eſſe nō dedignent̄. ſi quidē oībus prelatis ſubditus fieri nō eſt dedignatus.

Subditi interdū preſtāt plātis.

Prelati quoq̄ nō ſuperbiā ⁊ in ioſeph plato: ⁊ in xp̄o ſubdito intelligāt: q̄ ſepe fit vt maioris meriti ſint ſubditi q̄ prelāti. Qđ ſi intellexerit non eleuabitur ſuperbia q̄ eſt ſublimior dignitate ſciens meliorē ſibi ſubiectū eſſe.

Augu.

Et aduerte quanta fuit dignitas virginis q̄ ei ille ſubiectus eſt cui omnis creatura ſubijcitur.

K Bern. de eo q̄ xp̄s ſubditur.

vnde Aug. Hoc ſingulare priuilegium habuit virgo vt haberet ſibi ſubiectum quē nō ſolum humana creatura: verū etiā angelica reueretur ⁊ adorat multitudo. vñ Bern. Pertractās hoc idē verbum (⁊ erat ſubdit⁹ illis) mirare inq̄t vtraq̄: ⁊ elige dignationem ſiue matris excellentiſſimam id qđ amplius mireris ſiue filij benigniſſimā dignitatē. Vtrūq̄ ſtupor. vtrūq̄ miraculū q̄ femine de⁹ obtēperet̄ humilitas abſq̄ exemplo: q̄ femina deo principet̄ ſublimitas ſine ſocio. Et ſubdit. Diſce ergo homo obedire. diſce terra ſubdi diſce puluis obtēperare. Erubeſce ſuperbe cinis. deus ſe humiliat: ⁊ tu te exaltas. Deus ſe hoībus ſubdit ⁊ tu dñari geſtiēs hoībus: tuo te prepōnis autori. Quoties eñ hoībus preeſſe deſidero: toties deū meū preire cōtēdo. ⁊ tūc vere nō ſapio ea q̄ dei ſunt. hec Ber.

Que filius dʒ parētib⁹.

¶ Et nota q̄ filius multa dʒ parētib⁹. Primo amorē cordis. Scđo honorē opis. Tertio in neceſſarijs ſuſtentationem. Quarto in obſequij famulationē. Quinto reuerentiam in verbis. Sexto obediētiā in honeſtis. Septimo veniā in offenſis. Octauo tolerantiā in aduerſis. Sed q̄d fecit puer ieſus in illo triduo: Conſpice eū attēde q̄uo ſe ad aliquod hoſpitale pauperū reducit: ⁊ cū verecundia ſe ibi hoſpitari petit: ⁊ ibi cū pauperibus ieſus pauper hoſpitat̄ ⁊ comedit.

xp̄s mēdicaſſe aſſerit̄. Bern.

Mendicat etiā oſtiatim cū pauperib⁹: qđ ⁊ alr̄s q̄nq̄ feciſſe creditur. Vnde Ber. hoc querēs a dño eū alloquit̄. Domine inquit quis te in triduo ſuſtentauit? Et rñdet ſibimet ſic dicēs. Ut te dñe Jeſu xp̄e noſtre paupertati p oīa cōformares quaſi vnus in turba pauperū ſtipēdia per oſtia mēdicans queſiſti. Quis dabit mihi bucellarū illarū mēdicatarum participē fieri: ⁊ illius ſacri edulij reliquijs ſaginari? Hec Ber. Conſpice eum etiā inter doctores vultu placido ſapiēti ⁊ reuerēti: ⁊ q̄uo eos quaſi ignorans interrogat ⁊ audit qđ ex humilitate facit: ⁊ etiā ne illi ſuper mirabilibus rñſis eius verecūdarent̄.

L Moraliter ⁊ cōſanguineis vitādi.

Conſiderare autē potes moraliter in predictis tria valde notabilia. Primū eſt qui vult deo adherere nō dʒ inter conſanguineos cōuerſari: ſed potius ab eis diſcedere. Nā ⁊ puer ieſus dimiſit a ſe dilectiſſimā matrē cū operibus p̄ris intēdere voluit: ac etiā poſtea inter cognatos ⁊ notos queſitus inuentus nō fuit: q̄ caro ⁊ ſanguis eum non reuelauit: nec inuenit̄ in carnali ſocietate. Vñ Bern. Puer ieſus inter cognatos ⁊ notos querit̄ nec inuenitur. Fuge fratres tuos ⁊ tu: ſi tuā vis inuenire ſalutem ⁊ obliuiſcere populū tuum ⁊ domum patris tui: vt cōcupiſcat rex decorem tuum.

Pſalm. xliiij.

Et iterū. O bone ieſu ſi non inuentus es inter cognatos tuos: q̄uo te inueniam inter meos. Qualiter te inueniā in gaudio: quē vix mater tua dolens inuenit: hec Bernar. Nec inueniri poteſt in comitatu multorum: quia non inuenitur in multiplicitate mūdanorū: ſed in intimo corde mētis vbi dei eſt templum.

Derelicti qui ad

Secundum q̄ qui ſpiritualiter viuit non miretur ſi aliquādo

mente arida remanens videatur ſibi qđ a
[Tēp⁹a cõſolatiõe diuina.] deo derelictus ſit:cum etiam hoc matri dei
cõtigerit. Non ergo mēte tabeſcat:ſ3 ꝑ cõti-
nuū exercitiū in ſacris meditatiõib⁹ et oro-
nibus ac bonis operib⁹ ꝑſiſtēdo diligenter
[Orige. de querendo ieſu.] eū querat et eū ſi ſolicit⁹ fuerit reinueniet.
Nā ſm Orige. Oportet eū q̄ q̄rit ieſum non
negligenter ⁊ diſſolute tranſire:ſicut multi
querūt:⁊ nõ inueniūt:ſed cum labore et do-
[Bern. De eodem.] lore. vñ Bern. Si nolum⁹ fruſtra q̄rere q̄ra-
mus veraciter vt nõ ꝓ illo aliud ſerueenter
vt nõ cū illo aliud:ꝑſeueranter vt nõ ab il-
lo ad aliud cõuertamur. Facili⁹ eñ celū et
terra trāſire pñt ꝗ̄ vt ſic q̄rens nõ inueniat
[M Propri⁹ ſenſus vituperatur.] ſic petens nõ accipiat:ſic pulſanti non ape-
riat. Tertiū ꝙ non dꝫ q̄s eſſe propriū ſenſus
vel ꝓprie volūtatis. Nā cū dñs Jeſus dixiſ-
ſet oportere eum operibus patris intēdere
mutauit cõſiliū:⁊ matris volūtatē ſecutus
receſſit cum ea ⁊ nutritio ſuo:erat ſubditus
illis. Hinc etiā perpēde q̄tum debēt hoīes
obedire deo:qñq̄dē ipſe deus obedit homi-
[Maria conſeruāsola in corde ſuo.] nibus. Si eñ exēplo dñi obediēdū eſt hoīb⁹
multo magis oportet obedire deo:obedia-
mus igit̄ nõ ſolū deo ſed ⁊ hoībus q₂ dei fi-
lius obediuit nõ ſolū deo patri celeſti:ſed ⁊
parētibus. (Et mater ei⁹ cõſeruabat) quaſi
magna (oīa verba hec) q̄ nunc ⁊ al's audie-
rat ab eo:⁊ hoc (in corde ſuo) quaſi ſub ſigil-
lo.ſ.recõdens et ſignaculo. Niſi eñ ipſa cõ-
ſeruaſſet nos ea nõ haberem⁹:de eius nāq3
theſauris nos iſta ſuſcepimus. Oīa quippe
q̄ de dño vel a dño dicta vel facta cognouit
ſiue intellecta ſiue nondū intellecta in cor-
de ⁊ memoria quaſi rumināda ⁊ diligētius
ſcrutanda recondebat:vt tp̄e ſuo vniuerſa
prout geſta erant intelligeret ac euangeli-
ſtis ⁊ querentibus ſufficienter explicaret et
his tanq̄ regula ⁊ lege per totā vitā vteba-
tur:docēs vt nos crebra factorū ⁊ dictorum
dñi meditatione importunas cogitationes
repellamus ⁊ alios inſtruere laborem⁹. Et
ideo ſiq̄s indiget bonis ſermonib⁹ ad eam
recurrat:q₂ facta ⁊ v̄ba xp̄i in cuſtodia con-
[Moraliter.] ſeruat. Moralr̄ ex iſto habemus exēplū q̄lr̄
audiri debeāt v̄ba diuina.ſ.vt in corde con-
ſeruent̄ ⁊ ibidē ruminent̄:nõ vt intrent per
aurē vnā ⁊ exeāt ꝑ aliā. (Et ieſus ꝓficiebat
etate ⁊ ſapiētia ⁊ grā apud deum et hoīes.)
Etas ꝑtinet ad corpus:ſapīa ad aīam : grā
[N Proficere in gratia ⁊ ſapiētia.] ad vtriuſq3 ſalutē:proficiebat vtiq3 etate:ſi-
cut carnis eſt etatis incremēta ſuſcipere q₂
de infantia ad pueritiā:de pueritia ad iu-
uentutē:cõſueto hoīb⁹ creſcēdi ordine ꝑue
nit. Porro in ſapiētia ⁊ grā põt aliq̄s profi-
cere duplr̄. Uno mõ ſm ipſos habit⁹ ſapiē-
tie et grē augmentatos:⁊ ſic xp̄s in eis non
ꝓficiebat:q₂ ab inſtāti cõceptionis ſapien-
tia ⁊ grā plen⁹ fuit. Alio mõ ſm effectus in
q̄tū.ſ.aliq̄s ſapiētiora et virtuoſiora opera
facit:⁊ ſic xp̄s proficiebat ſapientia ⁊ grā ſi-
cut et etate:ſm ꝙ ꝑ ꝓceſſum etatis precio-
ra opera faciebat:et in his q̄ ſunt ad deū et
ad hoīes:et hoc eſt qđ addit̄ apud deum et [Ambr.]
hoīes. Uel aliter ſm Ambroſium. Proficie-
bat ſapiētia quo ad manifeſtationē ⁊ vſum
eius:q₂ ſuā ſapiētiā ⁊ gratiā paulatim ma- [Grego.]
gis ⁊ magis patefaciebat. Uel ſm Gre. Pro
ficiebat ĩ aliis q̄ doctrina eius ⁊ exēplo ꝓfi-
ciebant:ſicut magiſter in ſcholaribus dici-
tur ꝓficere:quia ſcholares ſub eo proficiūt.
Et hoc apud deum:id eſt apud laudē dei et
apud hoīes.i.ad vtilitatē hominū.vel ſm
Theophilum:apud deum ⁊ hoīes:q₂ prius [Theophilus.]
debet placere deo:et poſtea hominibus. Et
licet ieſus in ſe nõ proficiebat ſapiētia ⁊ co-
gnitione habituali:q₂ hec in eo augmenta-
ta non ſunt:ab inſtanti eñ cõceptionis ple-
nitudinem huius habuit:proficiebat tamē
⁊ in ſe cognitione ſenſuali et experimenta-
li:quia ſenſus eius cõuertebatur de nouo
ad aliquid ad qđ antea nõ conuertebatur.
Unde ſm aplm̄. Didicit ex his que paſſus
eſt obedientiā. Nõ tñ de nouo aliq̄d didicit
qđ prius neſciret q₂ qđ didicit prius noue- [Bern.]
rat ſciā diuina ⁊ inſpirata. vñ Bern. Ut ob
alienā miſeriā cor miſerum habeas op3 vt
tuā prius cognoſcas vt proximi mētē in tua
inuenias ⁊ ex te noueris q̄lr̄ illi ſubuenias.
Uerus quippe dei filius priuſq̄ ſe exinaniſ-
ſet formā ſerui accipiēs:ſicut miſeriā et ſub
iectionē expt̄us nõ erat ſic mīa3 vel' obediē
tiā experimēto nõ nouerat. Sciebat quide3
per naturā:nõ autē ſciebat ꝑ experientiam.
At vbi minoratus eſt vſq3 ad illam formam
in qua ⁊ pati ⁊ ſubiici poſſet in paſſione ex-
pertus eſt miſeriā:⁊ in ſubiectiõe obedien-
tiā. Per quā tñ experiētiā nõ illi ſciētia ſed [Eſa.liii]
nobis fiducia creuit dū ĩ hoc miſeris a gene
re cognitionis a quo lõge errauerāmus fa
ctus eſt propinq̄or nobis. Qñ enim illi ap-
propinquare auderem⁹ ĩ ſua impaſſibilita-
te manēti. Nūc aūt mõemur cū fiducia ad- [moralr̄]
ire ad thronū grē ipſius quem nimirum lā-
guores noſtros tuliſſe ⁊ dolores portaſſe co
gnoſcim⁹:⁊ in eo in quo paſſus eſt ipſe no-
bis cõpati nõ dubitam⁹. hec Bern. Morali-
ter ſicut ipſe ꝓficiebat ſapīa:etate et gratia
apđ deū ⁊ hoīes:⁊ paſſus ⁊ reſurrexit:et ita
intrauit ĩ glīam ſuā:ſic etiā ſuos ſequaces
oſtēdit ꝓficere v̄tutib⁹:⁊ ꝑ paſſiões ad gau
dia tranſmigrare debere. Hec autem facta
ē deo amabilis ciuitas nazareth in qua ver
bū caro factū ⁊ flos oīa vincēs aromata:in
vtero virginis germinauit. Unde ⁊ merito
flos interp̄tat̄ ĩ hoc ſuꝑ oēs alias ſpeciali
gaudet priuilegio ꝙ ſalutis noſtre dñs in
ea principiū procreauit:⁊ ipſe preterea nu-
triri ⁊ parentib⁹ ſubiici dignat⁹ eſt : cui ꝑſ
oīa q̄ ſunt ĩ celo ⁊ in terra ſubiecit. Oratio.

Domine ieſu xp̃e fili dei viui qui
per triduũ a parẽtibus tuis do⸗
lentibus queſit⁹: tandẽ in tẽplo
es inuẽt⁹ da mihi miſero te de⸗
ſiderare: deſiderando querere:
querẽdo inuenire: inueniẽdo amare: amã⸗
do mala mea redimere: redẽpta nõ iterare.
Et q̇ petẽti largiris: querẽti inueniris: pul⸗
ſanti aperiris nõ deneges mihi minimo qđ
oĩb⁹ ꝓmittis. Quiq; ad voluntatẽ parentũ
nazareth rediẽs ꝛ ſubdit⁹ eis exiſtẽs formã
oſtẽdiſti obediẽtie: da mihi duro voluntatẽ
propriã frangere: vt ſubiectus ſim tibi et ꝓ⸗
pter te omni humane creature. Amen.

Quid fecerit dñs ieſus ab anno duodecimo vſq; ad p̃ncipiuz anni triceſimi. Capitu.xvj.

A Luc.ij.



Reuerſ⁹ er⸗
go dñs ieſus a templo et
hierl'm cũ parentib⁹ ſuis
i nazareth (erat) vt dictũ
eſt ſubdit⁹ illis. Et ibidẽ
cũ eis vſq; ad principiuz
anni trigeſimi habitauit
nec in ſcripturis reperit̃
ꝙ in toto tpe iſto aliquid
fecerit qđ valde videt̃ mirabile. Quid igi⸗
tur meditabimur ipſum feciſſe? Stetit ne
Quid dñs Jeſus otioſus tanto tpe: vt nil faceret
a.xij. vſ dignũ ſcriptura et recitatione? Si eñi feciſ⸗
q; fere. ſet: cur (ſicut reliqua facta ſua) non ſcriptũ
xxx. an⸗ fuiſſet? Uno ſtupor videt̃. Forte ideo ſcri⸗
nũ' xp̃s ptura tacet: ne acta iuniorũ nimis ſe publi⸗
fecerit. cent. Sed attẽde hic bñ qꝛ patẽter poteris
videre: quia nihil faciẽdo fecit magnifica.
Nihil eñi de factis eius a miniſterio vacat:
ſed ſicut virtuoſe loquebat̃ ꝛ opabat̃: ſic vir
tuoſe tacebat et ſe ſubtrahebat. Credendũ
Grego. eſt eñi ſicut dicit doctor Grego. ꝙ añ ꝛ dein⸗
ceps abſq; oſtẽſione alicui⁹ famoſi ꝛ publi⸗
ci miraculi taliter inter hoĩes conuerſatus
fuerit: q̃ſi fuerit vn⁹ ex illis donec ad virilẽ
peruenit etatẽ. Unde de ip̃o dicit Joannes
Joh.j. baptiſta. Medi⁹ aũt vr̃m ſtetit quẽ vos ne⸗
ſcitis. Et totũ iſtud tp̃s breuiter complexus
eſt lucas ſub his verbis. Quia deſcendit cũ
Tho. eis ꝛ erat ſubditus illis. Unde ꝛ Thomas.
cur mi⸗ Medio tpe: ſcʒ a natiuitate vſq; ad baptiſ⸗
racula mũ nullũ miraculũ xp̃s opat⁹ eſt: ſed cõfor⸗
infans mis cõuerſatiõis aliis erat: ꝛ ſua virt⁹ igno⸗
non fe⸗ ta oĩbus exiſtebat. Ideo aũt nõ fecit mira⸗
cerit. cula medio tpe vt non putaret̃ miſteriũ in⸗
carnationis fantaſma eſſe: ſi nõ ſe habuiſ⸗
ſet ſicut alii etate infantes: et ideo demon⸗
ſtrationẽ ſcientie ꝛ virtutis ſue ad id diſtu⸗
lit tp̃s in q̇ alii hoĩes ſciẽtia ꝛ virtute vige⸗
re conſueuerũt. hec Thomas. Magr̃ hic ſum⸗
mus aliq̃ñ doctur⁹ ꝟtutes et viã vite cepit
a ſua iuuẽtute opa virtuoſa facere: ſed mõ B
mirabili ꝛ incognito ac retroactis tempori⸗ Modeſ⸗
bus inaudito: vcʒ ſe in cõſpectu inutilem et tie xp̃i
abiectũ ꝛ inſipientẽ reddẽdo vt deuote ꝛ ſi⸗ laus.
ne oĩ temeraria aſſertione cogitari: ꝛ medi⸗
tari poteſt. Et cũ hac modificatione oĩa ti⸗
bi affirmo: q̃ per autoritatẽ ſacre ſcripture
nõ ꝓbant̃ ꝓut etiã ſupra in ꝓlogo recitat̃.
Subtrahebat ergo ſe a conſortio hoĩm: et
tumult⁹ eorꝝ deuitabat crebriſq; orõnibus
intent⁹ erat. Ibat ad ſinagogã: id eſt eccle⸗
ſiã: ꝛ ſtabat ibi multũ in oratione ponẽs ſe
in loco viliori ꝛ magis humili. Redibat do⸗
mũ ꝛ cum mr̃e ac nutritio ſuo ſtabat et ali⸗
q̃ñ hos adiuuabat. Pertrãſibat eũdo et re⸗
deundo inter hoĩes: ac ſi non inueniret ho⸗
mines. Mirabant̃ cuncti: cernentes iuuenẽ
tam ſpecioſum nihil facere q̃tũ apparebat
laude dignum. Expectabat qđ faceret ma⸗
gnifica: ꝛ ꝓbi viri opa. Cũ eñi puer erat ꝓ⸗
ficiebat etate ꝛ ſapiẽtia ꝛ gr̃a apud deum ꝛ
hoĩes. Sed ecce creſcẽs ꝛ ꝑueniens vſq; ad
vigeſimũ annũ: ꝛ etiã vſq; ad vigeſimũq̇n⸗
tum et vltra nulla faciebat opera aliquam
ſpeciẽ probitatis ꝛ virilitatis pretendentia.
Stupebant vehemẽter ꝛ eum deridebant ꝛ Ps. xxi.
apud oẽs cõmuniter vilis ꝛ abiectus repu⸗
tabat̃. Qđ bñ ꝑ ꝓphetã in ꝑſona ipſi⁹ dictũ
fuerat. Ego ſum vermis ꝛ non homo oppro
brium hoĩm ꝛ abiecto plebis. Oẽs vidẽtes
me: deriſerũt me locuti ſunt labiis ꝛ moue⸗
runt caput. Reddebat ſe vilem oĩbus ꝛ ab⸗
iectum. Sed an tibi parũ hoc videt̃. Ipſe q̇⸗
dem nõ indigebat: ſed certe in operibus no C
ſtris nullũ maius aut difficili⁹ reputat̃: ad Humi⸗
altiſſimũ gradũ ꝑueniſſe videt̃ ac difficili⸗ litatis
mum q̇ ad hoc ꝑuenit: vt corde et aĩo ꝟe et cõmen⸗
non ficte ita ſe vincit ac dñatur aĩo ſuo ꝛ ſu datio.
perbo carnis ſue ſupcilio: ꝙ nolit alicuius
momẽti reputari: ſed vt abiect⁹ ꝛ vilis ſper⸗
ni. Uſq;quo) igit̃ ad hunc gradũ ꝑueneris
nihil tibi feciſſe videaris. Nam cũ in verita⸗
te iuxta verbũ dñi oẽs ſumus inutiles: etiã
cũ bñfecerimus quouſq; in hoc abiectionis
gradu nõ ſum⁹ nõdũ in veritate ſtam⁹: ſed
in vanitate cõſiſtim⁹ ꝛ ambulam⁹. Uñ non
ſeducam⁹ noſmetipſos: qꝛ ſm apoſtolum. Ga. vi.
Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cũ nihil ſit ip̃e
ſe ſeducit. In oĩ quidẽ cura quam pro ſalu⸗
te tua geris: nõ eſt vllum officiũ vel medica
mentum vtilius tibi q̃ teipſum vituperare
atq; contemnere. Quicumq; ergo hoc facit
adiutor tuus eſt: hoc enim agit qđ tu age⸗
bas: aut agere debebas vt ſaluus fieres.
Ad eum itaq; qui iniuriam tibi fecit priua⸗
tum magis te exhibe et affabilem: ad eum
vero cui tu feciſti ſupplicem et erubeſcen⸗
tem. Aduerſariuz tuũ ꝛ eum qui tibi mole⸗
ſtie aliq̇d irrogat amicũ ꝛ adiutorẽ eſtima⸗

lis pōt tranſire ex p̄cepto:tenetur nō habēti
exiſtēti in extrema neceſſitate dare:aliter ſi=
bi ſuū aufert:et vitā cum in tali neceſſitate
ſit ſupflua illi ſint tanꝙ debita ſua quātuꝫ
ad ipſi⁹ neceſſitatē ꝑtinet. Si ꝟo nō habēs
ſit circa extremā neceſſitatē tūc dare nō ca=
dit ſub p̄cepto:ſed ſub cōſilio:hic probatur
Grego. homo ⁊ apparet ī paruo q̇d facturus eſſet
in magno.vnde Grego.Qui tranquillitatis
tpe nō dat pro deo tunicā ſuā quō in perſe=
cutione daturus erit animā ſuā? Uirtus er
go charitatis vt inuicta ſit in perturbatiōe
nutriatur per miſericordiā in tranquillita=
te quatenus omnipotenti dño primū diſcat
ſua impendere poſtmodum ſe.vnde et Au=
Augu. guſt.Charitas vt perficiatur naſcitur:cum
fuerit nata nutritur:cum fuerit nutrita:ro=
boratur:cum fuerit roborata:perficit̄ cum
ad perfectionem venerit quid dicit̄. Mihi
Phi.j. viuere chriſtus eſt ⁊ mori lucrum. Optabā
diſſolui et eſſe cum chriſto. Incipit iſta cha=
ritas fratres vt de ſuis ſupfluis tribuant
egenti in anguſtiis aliquibus cōſtituto hāc
ita ceptam ſi verbo dei ⁊ ſpe future vite nu
trieris perueniens ad illā perfectionē:vt pa
ratus ſis aīam tuā ponere pro fratrib⁹tuis.
P hec Aug. Nō ergo pigeat diuites ſubueni=
Paupe re paupib⁹:q; ꝑ diuitū vtilitate pauperes
res ad deus fecit:vt per hoc qđ eoꝝ miſerent̄ ipſi
vtilita= miam cōſequent̄.vñ Chriſ. Ne putes q; ꝓ=
tē diui= pter vtilitatem pauperū deus diuites fecit
nam. q̄s ⁊ ſine diuitib⁹poterat ſuſtētare:ſꝫ ꝓpter
Chriſ. vtilitatē diuitū paupes fecit q; ſi fructuoſi ⁊
ſteriles erāt futuri niſi paupes ſcti fuiſſēt.
hec Chriſ.❡ Joānes itaq; turbis et rudib⁹ Luc.xj.
nondum difficilia.ſ.vigilias:ieiunia:et hu= Beda.
iuſmodi īponit:ſed opa mie ad dignos fru= Ordo
ctus pnie iniūgit:ſup q̄b⁹ dñs in iudicio di= p̄di=
ſceptabit ⁊ de q̄b⁹ alibi dt.Date eleemoſy= candi.
nā et oīa mūda vobis.vñ Beda. Ordo p̄di= Peni=
cādi aptiſſim⁹ eſt vt poſt pniam eleemoſy= tens iu=
na.i.op⁹ mie ſuggerere. Ille eīn iuſte a deo ſte.
penitēs vt ſui miſereat̄ impetrat qui ꝓximi
indigentis q̄tū valet ipſe miſereri non tar=
dat.Ac qui auertit aurē ſuā ne audiat pau
perē:oīo eius erit exccrabilis. Uñ ⁊ Joan=
nes bap.cū turbis ſuaderet ne merito ſue
ſterilitatis in ignē mitterent̄ : dignos pnie
fruct⁹ eē faciēdos mox cōſiliū ſalutis q̄rēti=
b⁹ adiūxit:atq; ait(q̇ hꝫ duas tūicas det nō
hñti ⁊ q̇ hꝫ eſcas ſilr̄ faciat.)Inter h̄ aūt vt
ait Grego.ſciēdū eſt q̄tū mie opa valeāt cū Grego.
ad fruct⁹dignos pnie ipa pre ceteris p̄cipiū
tur.Et bñ mēt.onē facit de tunica et eſca:q;
tunica q̄ iteri⁹ et de neceſſitate tegimur pl⁹
ꝙ palliū ē neceſſaria:⁊ adhuc magꝫ neceſſa
ria eſt eſca.Ad fruct⁹ ḡ dignos pnie ꝑtinet Fruct⁹
vt nō exteriora ⁊ minus neceſſaria:ſed etiā pnie.
ipſa valde neceſſaria cū ꝓximis diuidam⁹
vt eſcā qua viuim⁹ et tunicā qua veſtimur.
Hinc habetur argumētū qđ ſi hñs duas tu=
nicas p̄cipit̄ vnā dare non hñti:ḡ multo for
tius q̇ hꝫ duo bñficia tenet̄ vnum dimittere
non habēti:⁊ maxime iō q; duobus nequit
ſeruire altarib⁹.Et ſi hñs eſcas ſuperfluas
iubetur dare non hñti:ergo qui hꝫ duo fer=
cula qđ preter neceſſitatē eſt:vel ad minus
eque liberare tenetur de duobus erogare
egenti.Per tunicas pñt virtutes q̄ ſunt aīe Q
veſtes intelligi quas hñs debet applicare Publi=
ad bonū proximi.Et ꝑ eſcā poſſunt intelli= cani.
gi ſacre ſcripture que ſunt ſpūales eſce q̄s
hñs debet ꝓximū ſpūalr̄ inde paſcere.(Ue=
nerunt ergo et publicani (ſic dicti q; de ne=
gotiis ad publicum pertinentibus ſe intro
mittunt:vt qui publica vectigalia thelonea
pedagia ⁊ tributa colligunt ſiue qui hoꝝ et
reddituū fiſci:vel rerū publicaꝝ ꝯductores
ſunt:necnō ⁊ hi q̇ ſeculi hui⁹ lucra ꝑ nego=
cia ſcꝫ per mercatura firmas et huiuſmodi
q̄runt.Poſt minores peccatores venerunt
ēt maiores (vt baptizarentur) ab eo.(Et di=
xerunt ad illū.Magiſter quid faciem⁹)vt.ſ.
vitam eternā habeamus. (At ille dixit.Ni=
hil amplius)ſcilicet in tributis et vectiga=
libus ab aliquo exigatis (ꝙ quod conſtitu=
tū eſt vobis ſcꝫ a legib⁹ et conſuetudinibus
approbatis.Hoc autem dixit:quia collecto=
res taliū ſolent eſſe proni ad plus colligen=
dum ꝙ eis ſit permiſſum vel mandatum:vt
quod amplius fuerit eis remaneat.Nō pri⁹
monet eos de eleemoſynarum largitione
ſꝫ vt caueāt a rapina rei aliene in q̄ innuit

ſinuit ꝙ prius declinādū eſt a malo ⁊ poſtea faciendū bonū: ⁊ ſic primo reſtituēda eſt res aliena ꝙ̄ ſit faciēda eleemoſyna. vñ Beda. Publicanos ab agenda fraude coercet: vt dū primo ſe ab alienoꝝ tēperarēt appetitu tādē ad ꝓpria cū proximis cōicanda ꝑtingerēt. Per publicanos poſſunt intelligi officiales dñoꝝ ⁊ ꝑpoſiti qui nō debent a ꝑplo exigere niſi qđ cōſtitutū eſt ſcḋm ordinē iuſticie. (Interrogauerunt autē ⁊ milites. Quid faciemus et nos). ſ. vt ſalui ſimus. (Et ait illis neminē cōcutiatis). ſ. ſub pretextu officij veſtri: paupes q̄ ſe defendere nō poſſunt opprimendo vel corporaliter affligendo vel idebite terrendo (neq3 calūniā faciatis) falſum crimē diuitib⁹ ⁊ potētib⁹ imponēdo et eos i cām trahēdo ⁊ ſic pecuniā ⁊ bona eoꝝ que ꝑ aliā viā a talib⁹ rapere et hr̄e nō poteſtis extorquēdo (⁊ cōtenti eſtote ſtipēdijs veſtris) q̄ ꝓ defenſione patrie et reipublice habetis ꝑter hec etiā ſine oppreſſione ⁊ falſi criminis impoſitiōe a nullo tallias exactiones munerū vel ſeruitioꝝ exigēdo. Ad ꝑdicta aūt inducebat beat⁹ Joannes milites: q2 ad ꝯria proni eſſe ſolēt requirētes iſi diādo predā ab eis quib⁹ militādo prodeſſe debet. Vñ Petrus bleſen. Hodie militaris diſciplina prorſus euanuit. Olim ſe milites iuramenti vinculo obligabāt ꝙ ſtarent ꝓ reipublice ſtatu ꝙ in acie nō fugerēt ⁊ ꝙ vite ꝓprie vtilitatē cōem ꝑhaberēt. Sed et hodie enſes ſuos recipiūt de altari vt profitear ſe filios eccleſie atq3 ad honorē ſacerdotū ad tuitionē pauperū ad vindictā malefactorū et ad patrie liberationē et gladiū accepiſſe. Porro in ꝯtrariū res verſa eſt. Nā ex q̄ hodie militari cingulo decorant ſtatī inſurgūt in xp̄os dñi: deſeuiūt i patrimoniū crucifixi: ſpoliant et predant ſubiectos ſibi pauperes: ⁊ miſerabiliter atq3 imiſericorditer affligūt miſeros: vt in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant volūtates. hec Pe. Olim quippe rectores ⁊ gubernatores terrarū a milite vſq3 ad regem ⁊ imperatorē vtilitati reipublice magis ꝙ̄ priuate intēdebāt paupes ſe tueri nō valētes defendebāt. S3 ꝓch dolor hodie de republica ⁊ paupib⁹ parū curant terras ⁊ res alienas iuadūt ⁊ occupāt: vt alijs excluſis domū ſuā ditent ⁊ augeāt paupes miſerabiliter affligi ꝑmittūt (⁊ qđ plus eſt) ēt ipſimet imiſericorditer eos affligunt. Et iō timēdū eſt eis ne in poſterū a terra viuētiū alienent et a regno celoꝝ) qđ pauperū eſt) excludant. vt ēt dicit Aug. Quilibet q3 rectores q̄libet clerici ſi amplius ꝙ̄ decretū eſt eis q̄runt tāꝙ̄ calūniatores ⁊ cōcuſſores ioānis ſnīa ꝯdēnant: milites eñ xp̄i ſum⁹. Per milites ēt pn̄t ꝑdicatores intelligi q̄s armat aplūs di. Accipite armaturam dei et gladiū ſpūs qđ eſt verbū dei. Iſtis d3. neminem cōcutiatis nimis aſpere ꝑdicādo: ⁊ ſic ad deſperationē inducēdo neq3 calūniā faciatis ꝑdicationē ſubtrahendo: reputantes eos indignos exhortatiōis verbo: et cōtenti eſtote ſtipēdijs vr̄is q̄ ſunt reddit⁹ aſſignati ꝑdicatorib⁹. i. poſſeſſiōes habētib⁹ ⁊ eleemoſynā date medicātib⁹. O ꝙ̄ felices turbe mercatores ſeu publicani et milites eſſent ſi hanc doctrinā ioānis obſeruarēt. Sed q̄s eſt q̄ de duabus tunicis: imo de multis vnā det nō habēti? Quis ē q̄ ſine fraude mercationes faciat ⁊ qui aliena bona ſibi cōmiſſa nō inuadit? Quis ē ex maiorib⁹ q̄ minorib⁹ calūniā nō faciat q̄ ſeruos nō concutiat ⁊ q̄ ſtipēdijs ſuis cōtent⁹ exiſtat? Quis eſt officialiū qui vltra ſuū nō accipiat? Certe talis rarus inuenit. ¶ Et nota ꝙ Joānes ſcḋm audientiū diſpoſitionē effundebat ſermonē: vt dū minora pficerēt tandē ad maiora pertingerēt. vñ Chriſo. Volebat autē ioannes qn̄ publicanis ⁊ militib⁹ loquebat ad aliā maiorē perfectionē eos traducere: ſed q2 nondū erāt ad illā idonei minora referat ne ſi potiora ꝓferret: neq3 illis intēderent: ⁊ his ēt priuarent. hec Chriſo. Maiora aūt q̄ turbis ꝑceperat etiā ad publicanos ⁊ milites ac cōiter ad oēs pertinet. vñ Ambr. Singulis q3 gn̄ibus hoim ꝯueniēs tribuit ſanct⁹ baptiſta rn̄ſum vnū oib⁹ ita. Publicanis ne vltra preſcriptū exigāt: militibus ne calūniā faciētes ꝑdā reqrāt. Sed hec ⁊ alia officioꝝ ꝑcepta ſinguloꝝ mia cōis eſt vſus: iō cōe ꝑceptū oībus officijs: oib⁹ etatib⁹ neceſſariū: ⁊ ab oib⁹ deferendū eſt. Non publicanus: nō miles excipit: non agricola vel vrbanus diues et pauper: oēs in cōi admonent: vt cōferāt nō habēti. Mia eñ plenitudo virtutū eſt: ⁊ iō ab oībus eſt ꝓpoſita ꝑfecte forma virtutis ne veſtimētis alimētiſq3 ſuis parcant. Miſericordie tn̄ ipſi⁹ pro poſſibilitate conditionis humane menſura ſeruatur: vt non ſibi vnuſquiſq3 totum eripiat: ſed qđ habet cum pauperibus partiatur. hec Ambro.

Beda. — Militaris diſciplina Pe. bl. — Augu. — Predicatores. — Ephe. vi. — Chriſo. — Ambr. de miſericordia a ioanne precepta. — Miſericordie laus.

¶ Oratio.

Beatiſſime ioannes baptiſta precurſor xp̄i et virgo ſctiſſime qui pn̄iam pctōribus verbo ꝑdicaſti et eā nihilomin⁹ exēplo demonſtraſti. ſ. auſterā in victu et veſtitu vitam ducēdo ⁊ te a mūdi illecebris elongando obſecro te obtine pro me tuis ſacris ꝑcibus: vt donet mihi dñs cōgruentē abſtinentiā cibi ⁊ potus cogitationis locutionis atq3 opis: cuſtodiat me ab oī pollutiōe mētis ⁊ corporis: concedatq3 mihi ꝙ̄diu in hac vita tpali ſubſiſto ſegregari a vitijs: ac militare ſibi ⁊ ita dignos fruct⁹ penitētie facere vt valeā oim pctōꝝ meorū veniā cōſequi et ad vitam eternam peruenire. Amen.

Ꝯ De eo ꝙ Joãnes nõ ꝑ ſeipm ſed a deo miſſus venit ad publicum. Correſpondet euág. Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat ioannes. Capitu.xviij.

A Joã.j. Luc.ij.



Quod autē Joannes officiū baptiſmi nõ ꝓpria autoritate vſurpauerit ſed ad teſtificãdū xp̃i maieſtatē miſſus teſtat̄ ioãnes euãgeliſta di. (Fuit hõ miſſus a deo cui nomē erat Joannes.) Qꝛ eñ Lucas dixerat: factū eſt verbū dñi ſup Joãnē zacharie filiū i deſerto: quid hoc ſignificet ioannes hic declarat cū dicit. (Fuit hõ).i.viuēs vita hoīs ſm dictamē recte rõnis (miſſus a deo).ſ.de deſerto ad baptizandū ꝛ teſtimoniū phibēdū de xp̃o. Ubi obediētie virt⁹ in ioãne cõmēdat̄: nõ eñ a ſemetipſo.i.a ſua p̄ſumptione venit ſed a deo miſſus (cui nomē erat ioannes) ꝛ cõuenit hoc nomē rei. ioannes eñ dr̄ in quo eſt grã et iõ fuit idoneus ad p̄currēdū añ illū q̄ eſt autor grẽ. (Hic venit i teſtimoniū (ſcꝫ) vt teſtimoniū phiberet de lumine) ſcꝫ xp̃o (vt per illū).i.p eius teſtimoniū (oēs crederēt) in xp̃m. Ꝯ Et nota ꝙ euãgeliſta qͦꝗ hic mutat nomē ꝟbi: nũc eñ appellat lumē: nunc lucē: ꝛ hoc ideo: qꝛ lux dicit claritatem in puritate ſua ſine alterius nature adiūctione. Sed lumē dicit claritatem cū aliq̄ re cõiuncta ſicut claritas aeris. Et qm̄ ioãnes miſſus fuit nõ ē lux ſꝫ lumē. Et qm̄ ioãnes miſſus fuit vt teſtimoniū phiberet de xp̃o in q̄ eſt vnio hũane nature cū ꝟbo: ideo dicit euãgeliſta eū phibere teſtimoniū de lumine. Sꝫ qꝛ iudei eſtimauerunt de ioãne ne forte ille eſſet xp̃s. Jõ eoꝝ falſam opinionē remouet euãgeliſta dicēs. (Non erat ille lux).ſ.vera per eſſentiã ꝛ ex ſe naturalr̄ lucēs et ad illuminãdū alios luce grẽ p ſe ſufficiēs: ſꝫ lux per participationē: et a luce vera illa q̄ lucē inhabitat inacceſſibilē illuminatus vt de ea luce vera ꝛ ſole iuſtitie.ſ.ꝟbo q̄ eſt ſubſtantia p̄ris: luxꝗ in q̄ tenebre nõ ſunt vlle teſtimoniū phiberet. Joãnes q̄dē ꝛ ſcti nõ ſunt lux illumiñas effectiue: ſed lux illuminata a luce prima. Eſt eñ lux illuminans effectiue q̄ eſt lux p eſſentiã: et ſic ſolus de⁹ eſt lux illuminans. Et eſt lux illumiñas diſpoſitiue q̄ eſt lux p participationē: et ſic ſcti ſunt lux q̄ illuminãt ꝟbo ꝛ exēplo. Jpſa autē lux de qua teſtimoniū phibebat erat ab eterno lux vera ſine falſitate ſine vmbra ꝛ ſine participatione: ſꝫ per eſſentiã que illuminat lumine grẽ oēm hoīem venientē in hũc mũdum tenebroſuꝫ ꝛ quēlibet vere illuminandū: qꝛ ſm Aug. null⁹ eſt de oīb⁹ q̄ illuminatur q nõ p hãc lucē illumineť. vel ſm Chriſ. Illuminat oēm hoīem q̃tū in ſe eſt: ꝛ ad eū ptinet. Qꝛ ſi aliq̄ nõ ſunt illuminati hoc iõ eſt: qꝛ ſe ſubtrahũt ab influētia hui⁹ lucis. Si eñ q̄dã mētis ſue oculos claudētes nolunt ſuſcipere lucis hui⁹ radios nõ a lucis natura obtenebratio ē illis: ſꝫ a malicia eorū q̄ huic illuminationi obicē ponũt ꝛ a luce ſe reuertētes volũtarie ſeipſos grẽ dono priuãt. Et iõ inexcuſabilis ē hõ q̄ ſe ad gratiã recipiendã nõ p̄parat. Et quidē verbū ꝛ lux illa.i.ſapia dei p quã fact⁹ eſt mũdus.i. vniuerſitas rerum ꝛ oīs creatura in mũdo erat ab ipſo.ſ.mũdi exordio ſicut cã in effectu ꝛ ars oīpotētis dei p quē oīa facta ſunt in facto: hoc eſt in vniuerſis creaturis lucebat rõne creãdi ꝛ gubernãdi eas: de⁹ eñ eſt p̄ñs vbiꝗ p potētiã: qꝛ ei⁹ virt⁹ ad oīa ſe extendit ſicut rex eſt in toto regno ꝛ p p̄ſentiã qꝛ oīa nuda et apta ſunt oculis ei⁹ ſicut eſt rex in aula ſua: qꝛ oīa q̄ ſunt ibi patent eius aſpectui ꝛ p eſſentiã: qꝛ nõ ſolū dat reb⁹ eſſe ſꝫ reb⁹ creatis iã exiſtēs ꝯſeruat eas i eſſe qd nõ facit niſi p ſeipꝫ vbiꝗ: p eſſentiã p̄ñtialr̄ exiſtentē: ſicut rex eſt in ſuo loco determinato cui corpus ſuū ē ꝓportionatū. (Mũdus) in q̃tū (p ipm fact⁹ ē) ſua bonitate: vt eſſent q̄b⁹ ſuã grãm ipartiret. (Et mũd⁹).i.homo mundū inhabitãs (eū nõ cognouit) ꝛ iõ neceſſariū erat ꝙ ipſe creator p carnē i mũdū veniret vt p ſeipm cognoſceret̄ vel mũd⁹.ſ. mũdani ꝛ mũdi amatores eū non cognouerunt qꝛ mũdane impreſſiões i cordib⁹ taliū ipediũt a cogitatiõe diuinoꝝ. Qui autē dei amici erãt eū etiã añ corpalē p̄ñtiã cognouerũt. Et iõ lꝫ eēt i mũdo ſicut de⁹ vlr̄ eſt i reb⁹ creatis hoc tñ nõ ſufficit: vt cognoſci poſſet a rudib⁹ ꝛ mũdanis. Quapropter vt ad ſenſus ab oīb⁹ videri poſſet carnē iduit: ꝛ ſic p icarnationē ſeu carnis aſſũptionē (in ꝓpria venit).ſ.in mũdū q̄ ſu⁹ ꝓpri⁹ ē ſicut creatura ſua quã ip̄e fecerat p quē facta ſunt oīa: qꝛ in mũdo apparuit p hũanitatē quã fecerat p diuinitatē. Et ſpãliter venit in iudeã q̄ dicebat̄ terra dei ꝛ ad iudeos de q̄b⁹ oriundus fuerat q̄s pre ceteris i pplꝫ peculiarē ſibi elegerat: qꝛ ſemē abrae apprehēdit dum exiuit a p̄re ꝛ venit i mũdū carnē aſſumēs. Jn mũdo erat p deitatē: ſꝫ in mũdū venit p hũanitatē. Uenire q̄ppe vel abire ē hũanitatis: ſꝫ manere deitatis: vñ ſenſus ē: venit. i.viſibiliter apparuit: ꝛ venit nõ propter ſe: ſed ꝓpter nos: ꝛ hoc bñ innuit euangeliſta: qꝛ eñ non cognoſcebat mũdus ſublimitatē diuinitatis apparuit in hũilitate hũanitatis. (Et ſui eū) per fidē et approbationē (nõ receperũt) id eſt homines quos ad imagi‑

Joan. miſſus a deo nõ a ſe baptizauit ꝛc.

Lux. Lumē.

B Lux illuminans omnez hoiem.

Chriſ.

Cõſeruatio rerum.

Mũd⁹ varie acceptus.

Uenire et Abire.

nē ⁊ ſimilitudinē ſuā fecerat: magna ex parte
in eū credere noluerūt:vel(ſui) i. iudei (eū)
per fideꝫ ⁊ charitatē(non receperunt.) Sic
⁊ hodie clerici q̇ reſpectu oim xp̄ianorū ma
Moraliter. gis ꝓprie ſunt ſui:q꞉ de ſorte dei ſunt ꝑ ma
gna parte eū nō recipiūt ſꝫ prauis ſuis mo⸗
rib⁹ magis q̄ laici eū abijciunt. ¶ Morali⸗
ter de⁹ in ꝓpria venit:q꞉ venit in mentes ho
minum qui ſe totos deo dedicauerunt et
ſeipſos abnegātes deo ſe totaliter ꝓpoſue
runt:vt iam nō ſibi:ſed deo viuāt.(Et ſui
eū nō receperūt).i.illi qui ſunt ſuimet que⸗
rentes que ſua ſunt nō q̄ dei:tales em̄ eū nō
recipiūt nec venit i tales mētes.Et ſic volēs
deū in ſe venire opꝫ ꝙ ſit fili⁹ dei ꝟbū enim
cuius propriū eſt qđ eſt fili⁹ nō venit niſi in
ꝓpria.i.i oēs q̇ ſunt filij dei:qui credūt i no⸗
mine ei⁹ cui⁹ nomē ꝓpriū eſt filius. Aliqui
tn̄ de ſuis ⁊ pauci cōparatiue receperūt euꝫ
ꝑ fidē charitate informatam:filiū dei a pře
miſſum:ac verū deū ⁊ hominē credentes in
cōfitentes ſibiqꝫ per charitatē inherentes.
Sed q̇d eis profuit ꝙ eū receperunt? Mul⸗
tum quippe ꝓfuit eis:q꞉ vniuerſaliter quot
quot abſqꝫ diſtinctione ſtatus:aut conditio
nis ſexus aut etatis ⁊ ſine diſcretione perſo
narū receperūt eum per fidem(dedit eis po
teſtatē filios dei fieri)ſcꝫ adoptionis per re⸗
generationē baptiſmi ⁊ gratiam adoptiōis
(his qui credunt in noīe eius).i.in re vel ve
ritate noīs qđ eſt xp̄s deus vngens ⁊ homo
vnctus. Nomē quoqꝫ eius eſt emanuel:id ē
nobiſcum deus.⁊ ideo ille credit in nomine
eius q̇ credit eū deū ⁊ hoīem:⁊ hic eſt fili⁹
Joā. v. dei.vnde Joan. Omnis qui credit qm̄ ipſe ē
D filius dei ex deo natus eſt. ¶ Et notandum
Filios dei fieri ꝙ nō dicit fecit eos filios dei:ſed ait.dedit
eis poteſtatem filios dei fieri.⁊ hoc ſignan⸗
Chry. ter ſm̄ Chry. Primo ad oſtendēdū ꝙ multo
ſtudio opus ſit:vt imaginē filiationis dei i
baptiſmo formatā incontaminatam ſemꝑ
cuſtodiamus. Secundo ad ſignificandum
ꝙ hāc ꝑtātem nullus nobis auferre poterit
niſi noſmetipſi auferamus. Tertio ad oſten
dendū ꝙ hec gratia nō daṫ niſi volentibus⁊
ſtudentibus:ita ꝙ hoc eſt in operatiōe gra⸗
tie et in poteſtate liberi arbitrij. Nam hoc
quidem eſt dei:ſcilicet dare gratiam.illđ au
tem hoīs.ſ.prebere fidē. Poteſtas ergo filios
dei fieri nō datur niſi profitentibus fidem
chriſti ꝑ ſe ſi ſunt adulti vel alijꝫ ſi ſint par
uuli. Per filiū em̄ naturalē ⁊ ꝑ credulitateꝫ
in eū hmōi filiatio acq̇riṫ:non ꝑ carnis pro
pagationē. Ecce quantus fructus aduētus
filij dei:q꞉ ex hoc hō fit fili⁹ dei per adoptio
Ro.viij. nis gratiā qđ ipſe eſt per naturā. Et hic eſt
magnus fructus:q꞉ vt dicit apoſtolus:non
filij ⁊ heredes:heredes quidem dei cohere⸗
des aūt xp̄i. Ubi larga miſericordia dei oſtē
ditur quando qui ſerui nō fuerunt digni ēt
filij dei ſint ⁊ nominenṫ.vnde Aug. Magna
beniuolentia vnius:natus eſt ⁊ noluit ma⸗ Augu.
nere:vnus nō timuit habere coheredes:q꞉
hereditas eius non fit anguſta ſi multi poſ
ſederint. Et ne quis putaret hanc natiuita⸗
tem carnalē eſſe ⁊ nō ſpiritualē ſubiungit
euāgeliſta modū quo aſſequimur iſtā filia⸗ E
tionē di.(Qui non ex ſanguinibus).i.ex ma
teria ſeminū patris ⁊ matris:pluraliter em̄
ſm̄ grecos dicēdo ex ſanguinibus. viri pa⸗
riter ⁊ femine cōmunionē oſtendit:qđ etiā
exponendo ſubdit(neqꝫ ex voluntate).i.cō⸗
cupiſcentia ⁊ delectatione(carnis).i.mulie Caro ꝑ mulie⸗
ris:q꞉ em̄ caro minus fortitudinis habet et re.
ab oſſibus ſuſtētaṫ:ideo ꝑ eā ſex⁹ infirmior
deſignaṫ(neqꝫ ex volūtate).i.ex cōcupiſcen⸗
tia ⁊ delectatione(viri ſꝫ ex deo nati(ſunt)
ꝑ baptiſmi ſacr̄m ⁊ ſpūalē gn̄ationem ⁊ filij
adoptionis facti ſunt q꞉ nō fit ꝑ modū car⸗
nalis gn̄ationis:ſed ſpūalis inq̄ꝫtū hoīes a
deo recipiētes gratiā trahunṫ quodā mō ꝑ
naturā diuinā:q꞉ ꝑ donū gr̄e efficiunṫ con⸗
ſortes diuine nature. Moraliter hic collige Morali
ꝙ nihil hūanū ⁊ ꝑ ꝯn̄s nihil mūdanū neqꝫ ter.
creatū dꝫ ſe gignere in nobis vt nō ex illo ſꝫ
ex ſolo deo nati ſum⁹. Deinde oſtēdit ⁊ ma⸗
nifeſtat modū quo verbū venit in mundū:
q꞉ nō venit locali aduentu ⁊ vbi prius non
erat ſed q꞉ nouo modo ibi eſſe incepit ſicut
rex q̇ pri⁹ eſt in aliqua ciuitate ꝑ ſolā ſui po
tētiā qn̄ venit illuc ꝑſonalr̄ incipit ibi eſſe
nouo modo.ſ.per ſui p̄ſentiā ſic dei filius q̇
erat prius in mūdo per potentiā:p̄ſentiā:et
eſſentiā venit ibi nouo modo ſcꝫ humilian⸗
do ſe ꝑ carnis ⁊ noſtre infirmitatis aſſum⸗
ptionē vt filij adoptiui efficeremur per filiū
naturalē:⁊ hoc eſt qđ dꝛ.(Et verbū caro fa⸗
ctū eſt).i.carni vnitum eſt ſeu carnē aſſum⸗
pſit:hoc eſt hominē aſſumptū in vnā ꝑſonā
ſibi copulauit. Caro em̄ hic dꝛ hō accipien⸗ Caro ꝑ
do ſinecdochice partē ꝓ toto:ac ſi diceret fa hoīe to⸗
ctum eſt caro.i.homo. Factū eſt vtiqꝫ verbū to.
caro:nō ꝙ verbū mutareṫ in carnē:ſꝫ q꞉ car
nē aīa rōnalis animatā ſuſcipiēdo ex diui⸗
nitate ⁊ humanitate vna ꝑſona facta eſt vt
ſint due nature in vna ꝑſona inconfuſibili⸗
ter integre ⁊ indiſtincte vnite:nō vna in aliā
cōuerſa:ſed ambe in vna perſona deus⁊ ho
mo. Natura ergo hūana aſſumpta eſt a ver
bo nō in vnitate nature:ſed in vnitate ſup⸗
poſiti vel perſone:⁊ ideo ſenſus eſt. Uerbū
caro factū eſt:ac ſi diceret:deus homo fact⁹
eſt.vn̄ Aug. Filius hoīs hꝫ animā hꝫ corp⁹.
Filius dei qđ eſt verbum dei habet hominē Augu.
tanq̄ anima corpus ſicut anima habēs cor⸗ Qđ fili⁹
pus non facit duas perſonas ſed vnum ho⸗ dei hꝫ
minem ſic verbum habens hominem non hoīem.
duas perſonas ſed vnum chriſtū. Quid eſt
homo? Anima rationalis habens corpus q̇
eſt Chriſtus? Verbum dei habens homi⸗

ne. hec Aug. Perfectā ergo in ſe naturā ho-
minis dñs demōſtrauit q2 totū hominē ſal-
Chriſ.
uare venit. vñ Chriſ. Nā q2 iādudū propter
pctm̄ hō totus ſentētiā mortis incurrerat ꝛ
in corpore ꝛ in aīa neceſſario dñs vtrunq3
ſuſcepit vt vtrunq3 ſaluaret. hec Chriſ. No-
luit aūt euāgeliſta nolare totū: vt oſtende-
ret ſingularē ꝛ maximā vnionē verbi ad ho
minē q̄ tāta eſt vt nō ſolū verbū ſit hō ꝛ hō
verbū: ſ3 etiā ſeparatis partib9 hoīs. ſ. car-
ne ꝛ aīa verbū eſt vnaqueq3 partiū ꝛ q̄libet
pars eſt verbū. Et l3 aīa ſit nobilior ꝛ ꝑſtan-
tior carne nolat tñ carnē magis ꝙ aīam: q2
vt magis nos certificaret: ideo partē indi-
gniorē expreſſit de qua magis dubium eſſe
poterat qđ verbū ipſam aſſumpſerit. Mora-
liter autē maluit dicere caro ꝙ aīa ad cō-
mēdandū inenarrabilē cōdeſcēſum benigni-
tatis ꝛ humilitatis dei. vñ partē viliorem
nolauit. In quo ſupbiā multorū ꝑcutit qui
req̄ſiti de cognatione ſua rñdent nolando
aliquē tenentē ſtatū dignitatis etiā in linea
remota dicētes ſe eſſe nepotes talis epī pre
poſiti vel decani aut hmōi ꝛ tacēt de paren
tib9 ꝛ alijs q̄ magis ſunt ꝓpinq̄. Exemplū
ad hoc fabuloſum narrat̄ de mulo q̄ req̄ſi-
tus q̄s eſſet pr̄ ei9 rñdit dextrari9 eſſe: eius
auūculus tacēs ꝛ erubeſcēs ꝙ aſinus eſſet
pr̄ eius. (Et) ſic v̄bū (habitauit in nobis). i.
in nr̄a natura inſeparabilr̄ vt ampli9 nul-
laten9 ab ea diſiungeret̄. Nō eſt intelligēdū
ꝙ habitauit i nobis quaſi in vnitate ſuppo-
ſiti in quolibet nr̄m ſicut in xpo: ſ3 intelligē
dum in vnitate nature humane quā cōem
nobiſcū habuit: cū q̄ mãſionē ꝑpetuā inijt.
vel (habitauit in nobis). i. īter nos in mūdo
ſm̄ illud Baruch. In terris viſus eſt ꝛ cum
hoībus cōuerſat9 eſt. Moralr̄ pōt ēt itelligi
de inhabitatione mētali qua de9 mētē iha-
bitat p̄ grām. Et hec v̄bi inhabitatio mēta-
lis bñ ſequit̄ ei9 ihabitationē carnalē: qua
vc3 factū eſt caro ſicut effectus ſequit̄ ſuam
cām. Ex eo eñ ꝙ v̄bū eſt incarnatū ꝓuenit
nobis illud bonū ꝙ idē verbū nos inhabi-
tat mētaliter. (Et vidimus gloriā ei9). i. co-
gnouimus maieſtatē glorioſam diuinitat3:
quaſi. i. vere vnigeniti a pr̄e vni9 ꝛ eiuſdem
cū eo nature. Uidere accipit̄ ꝓ viſione cor-
porali ꝛ ꝓ cognitiōe itelligibili ꝛ vtroq3 mō
vidēdi habuit Joānes ꝛ alij apłi notitiā ver
bi incarnati: q2 cū ipſo fuerūt corporaliter
cōuerſati: ꝛ ſic viderūt ſenſibiliter opa virtu
tis totius nature excedētia: ex quibus viſu
mētis acceperūt ꝛ intellexerunt diuinitatis
eius excellētiā in carne latētē quā ꝓ īfirmi-
tate carnis viſibilis ſuperbi credere nolue-
rūt. Gloriā q̄ppe verbi cognouerūt diſcipuli
in ſapiētia doctrine: ꝛ q2 erat docens ſicut
poteſtatē habēs ꝛ ꝓpria autoritate loquēs:
ſimiliter in miraculorum operatione: et q2

F Caro potiꝰ ꝙ aīa factuz dr̄ verbū.

Moraliter.

Cōtra eos q̄ d̄ parentibus gloriant̄.

Multi parentes.

Baruc. iij.

Moraliter.

Inhabitatio verbi.

G Uidere ꝛ q̄uō viderunt gloriaz Chriſti apłi.

creature obediūt ei ad nutū ſicut dño ꝛ crea
tori: necnō in trãſfiguratione: in paſſione: in
reſurrectione: in aſcēſione: ꝛ in ſpūſſcti miſ-
ſione. Propter qđ dicēs (ꝛ vidim9 gloriā ei9)
ſubdit q̄ſi exponēdo hāc gloriā (quaſi vni-
geniti a pr̄e). i. nō per adoptionē: ſed reuera
vnigeniti per naturā ꝛ naturalr̄ ab eo ꝓce-
dētis ꝛ p̄ cōſequēs eādē naturā numero cū
ipſo habētis. Et attēdeꝙ ly quaſi non ponit̄
hic ad ſignificādū ſimilitudinē filiatiōis di
uine q2 nō eſt hic exp̄ſſiuū ſimilitudinis vel
cōparationis: ſ3 v̄itatis ꝛ exp̄ſſionis: ac ſi di
cat ſm̄ Chri. Uidim9 gloriā qualē decebat ꝛ
cōueniēs eſt hr̄e vnigenitū filiū. Et eſt mod9
loquēdi ſm̄ eūdē: ſicut ſi aliq̄s vidiſſet regē
valde ornatū: ꝛ in multiplici gloria incedē-
tē ꝛ incipiēs de hoc alijs narrare: nec valēs
totū apparatū ꝛ ornat9 claritatē enumera-
re diceret alijs ſic. Quid oportet multa dice
re quaſi rex ibat: ſicut decebat regē. Ita et
hic euāgeliſta cū nō poſſet ſub breui ſermo-
ne oīa q̄ de gloria verbi cognouerat enarra
re: puta q̄mō angeli ipſum glorificauerāt: vt
ſerui: paſtores: magi adducti p̄ ſtellā: demo
nes de corporibus expulſi: mortui ſuſcitati:
infirmi curati et alia iam ſupra memora-
ta. Et breuiter oīs creatura cognouit ꝛ cla-
mauit regē celorū aduenīſſe: imo ꝛ pater de
celis ſpiritusſanctus ſuper ipſum veniens
hec teſtati ſunt. Hec ꝛ infinita alia gloriam
verbi atteſtātia breuiter cōprehēdens ioan-
nes dicit (ꝛ vidimus gloriā eius quaſi vni-
geniti a pr̄e). i. talē qualē decet vnigenitū
dei. Eſt ergo dei filius iuxta diuinitatis ex-
cellentiā vnigenitus a patre. iuxta fraternā
vero ſocietatē primogenit9 in grā. Inde eſt
ꝙ frater nuncupat̄ ꝛ dñs frater: q2 primoge-
nitus dñs: q2 vnigenitus. Cognitio autem
verbi incarnati quā habuerūt apłi ꝛ credē-
tes fuit ꝙtū ad vtrãq3 naturā. ſ. diuinam et
humanā ꝙtū ergo ad diuinā dicit (ꝛ vidim9
gloriā eius quaſi vnigeniti a patre). ſ. ꝙtū
ad humanam. ſubiungit (ꝛ vidimus eū ple-
num gratie). i. cariſmatib9: q2 oīa dona ſan
cti ſpūs abſq3 mēſura recepit (ꝛ veritatis) q2
ꝓmiſſa adimpleuit. ꝛ dicit plenum grē ad
exhauriēda pctā: ꝛ plenū veritatis ad implē
da promiſſa. Et vere plenum: q2 in xpo habi
tat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.
¶ Et notandū ꝙ illud euāgeliū cum ſit al-
tiſſime intelligētie ꝛ contineat profundiſſi-
ma myſteria ꝛ precipue vbi dicit. verbū ca-
ro factū eſt cuius myſterij modum explica-
re ille ſanctiſſim9 ioānes ſe fatet̄ indignum
non dubiū quin verba ſint magne efficacie.
vñ cōſuetudo laudabilis eſt qđ in fine miſ-
ſe iſtud euāgeliū legit̄ de cui9 euāgelij effi-
cacia breuiter recito q̄dā exēpla. ¶ In aq̄ta
nia fuerūt duo demoniaci ambo mēdici et
vidēs vn9 ꝙ alteri plus daret̄ elā vni facere

Quaſi vnigeniti. Chriſ.

Plenū grē ꝛc.

H Euāgeliū de incarnatiōe v̄bi ꝑſtātia.

Demonia per euāge.

Joan. effugata per illud verbum caro factū est.

dote dixit. Si feceris id qd tibi dixero: scilz q illud euangeliū. In principio erat verbū legeris in aure socij mei: me tamen non audiente pro certo fugabit demon ab ipso. Intelligēs aūt sacerdos versutiā demonis alte illud euangeliū legit. Et cū diceret. Uerbum caro factū est: statim demones euolauerunt et ambo liberati sunt. Itē narratur diabolū dixisse cuidā sctō hoī esse quoddam verbū euāgelij valde tremebundū demonibus: quo interrogāte qd esset illud verbum noluit dicere. Uir aūt ille cū produceret in mediū plures autoritates: diabol⁹ rñdit ad singula nō esse illud. Tandē interrogat⁹ an esset illud. Uerbū caro factū est: nō respondit: sed cū clamore disparuit. Item cuidam abbati apparuit diabolus in forma mulieris pulchre alliciens eam ad concubitū: cū soli essent in quodam viridario & aduertēs abbas maliciam diaboli signauit se dicēs. Uerbū caro factū est & habitauit in nobis: et mox demon cū magno strepitu disparuit.

I Genua flectenda sunt dū dicitur. Et ⱱbū caro factū est.

¶ Item legit de quodā monacho q cū audiens legi istud euāgeliū. In principio erat verbū & perueto ad verbū caro factū est: nō genu flecteret nec aliquā reuerētiam faceret diabolus ei alapā dedit dicens. Si legeret verbū demon factū est: nos nunq genu flectere cessarem⁹. Et experimēto ptz q (vidimus eū plenū grē & veritatis) q: de plenitudine eius nos oēs accipim⁹ grām p gratia. q.d. etiā nos oēs duodecim & ois plenitudo fideliū: & q nūc sunt et futuroꝝ de plenitudine ei⁹ accepimus: et ideo plenū fuisse dicere possumus.

Plenitudo multiplex.

Ubi sciendū q multiplex distinguit plenitudo. Una est vniuersitatis siue & innumerositatis & corporeitatis: que gnalr fm diuersas psonas est in eccła cui nullū donū deest. Alia est sufficientie q fuit in stephano & in alijs sctis & est i singłis iustis in vnoquoqz p sua capacitate. Tertia est prerogatiue siue abūdantie q fuit in btā ⱱgine q oēs sctōs excedebat in donis grē. Uñ sicut i sole de⁹ posuit ⱱtutes oim sydeꝝ ita & in maria ⱱtutes oim sctōꝝ. Quare nō sufficit ei hře cū alijs plenitudinē sufficiētie nisi hēat eā cū singulari prerogatiua & in tāta abundātia q possit supefluere et redundare sup pctōres cui⁹ tñ grē autor est xp̄s. Quarta ē plenitudo ɔsummatiōis siue excellētie & supefluētie q fuit in xp̄o & de q dicit hic ioānes. Non solū eñ habuit plenitudinē in alijs reptā: sz etiā in alios redundantē: q: de hac plenitudine donoꝝ quam habuit oēs nos electi tāq hui⁹ capitis mēbra qsi p puos riuulos qsdā supra merita nřa accepim⁹. s. grām p grā. Gratiā recōciliationis & salutis p grā fidei q in eū credimus: grām vite eterne p grā puenīēte & iustificāte: gratiā remuneratiōis p grā meriti: dedit eñ nobis gratiā vt p eā gloriā cōsequamur q ē grā ɔsūmata & breuit qcqd de grā addit grē puenīēti totū est grā p grā. vñ est illud. Quicqd habes meriti puentrix grā donat. Nil de⁹ in nobis pter sua dona coronat. vñ Aug. Quā grām pmo accepimus? Fidē: vocatur eñ grā q: gratis datur hanc ergo accepit gratiā pmā peccator vt ei⁹ peccata dimitterent. Et iterū (gratiā pro gratia) .i. p hac grā in q ex fide viuim⁹ recepturi sum⁹ aliā .i. vitā eternā: vita enim eterna qsi merces est fidei. Sed q: ipa fides grā est vita eterna grā est pro grā. Et q: (vt dictū est) de plenitudine ei⁹ oēs grāꝫ accepim⁹) in fonte autē pleno vas accipere pōt aquā quātū pōt fm suā capacitatē: et si parū accipiat nō est defectus fontis sed vasis. sic in xp̄o q est fons vite plen⁹ nos grām recepim⁹ fm cordiū nřoꝝ capacitatē. Sed videm⁹ q pl⁹ capit vas bassum & latū q vas altū & strictū: sic cor bassum p humilitatē et latū p charitatē pl⁹ recipit & magis est capax grē q cor altū p supbiā & strictū p auaritiā. Uñ ex pte dātis nō est defect⁹ sz ex pte nřa est defect⁹ si nō accipim⁹ p hūilitatē et dilectionē qtū possumus. vñ Isido. Nullo magis dei & hoim grām meremur q si hūiles in sinu charitatis esse studeam⁹. vt autē dicit Aug. Non erat ista gratia in vete. test. q: lex minabat nō opitulabat: iubebat non sanabat lāgnorē ostēdebat medico vēturo cū grā & veritate: & ideo modū acceptionis grē determināns subiūgit. (Q: lex per moysen data est) q est annunciatio salutis (grā) quā dat in virtutib⁹ & donis & sacramētis & qua fit salus hoim (& veritas) ipletionis figurarū & promissionū (per iesum) saluatorē (xp̄m) vnctū spūsancto (facta est) in se & per se sufficiēter. vñ Aug. Mortē eñ tēporalē et eternā occidit mors dñi tui: ipsa est gratia que promissa et non habita erat in lege. Et Chris. Ea eñ que in no. test. pficiēda erant in vete. test. figuris pscripserunt quas christus veniēs adimpleuit: vñ figura data est p moysen ⱱitas p xp̄z facta est. Qualr aūt h grā q ⱱitas facta est ostēdit cū subdit (deū) vt ē (nemo) .i. nulla creatura (vidit vnq) .s. visione cōprehēsionis: quia vt dicit Chris. Nec angeli nec ipsa seraphin essentiā dei viderūt: vel deū nemo .s. mortaliū vidit vnq. vñ Grego. qdiu hic mortaliter viuit videri per quasdā imagines deus potest: sed per ipsam nature sue speciem nō potest vt aīa nřa spirit⁹ afflata p figuras quasdā deū videat: sed ad ipsam vim ei⁹ essentie nō ptingat. Si vero a quibusdā potest in hac corruptibili carne viuentibus eterna claritas dei videri: hoc ab hac sententia non abhorret: quoniā quisquis sapientiam (que deus est) videt: huic vite fundit⁹ moritur: ne iam

Augu: grā vñ dicta. Joā. j. Isido: Augu. Augu: Chris. Chris:

L Deum nemo vidit. Grego:

Augu. eius amoꝛe teneat. Et Augu. Niſi enim ab hac vita quiſq̄ quodāmō moriat nō in illā rapit ꝛ ſubuehit viſionē. Et ſubdit de eo a quo cōpꝛehendit (vnigenit⁹) .ſ. filius (q̄ eſt) et manet (in ſinu) .i. in intimis ſecretis (pa-
Chriſ. tris) eterni. Per qd ſm Chriſ. Signat fami-liaritas ꝛ eternitas eius apud patrem (ipſe enarrauit) fidelibus qd vidit: qꝛ eos de ſe-cretis diuinitatis docuit vt de myſterio tri-nitatis ꝛ de multis aliis q̄ nō fuerūt ita ex-plicite tradita in lege et ꝓphetis ſicut xp̄s explicauit ſicq̄ eos in fide et grā fidei fun-dauit ac viā ſalutis oīb⁹ oſtēdit et in ſe ap-
Beda. paruit. Vn̄ Beda. Homo factus enarrauit qd de trinitatis vnitate ſentiendū qualiter ad eius cōtemplationem properandū qui-bus actibus ſit perueniendum. ¶ Oratio.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui q̄ es lux vera q̄ illuminas oēm hoiez venientē in hūc mundū ego mi-ſer q̄ tenebris denſis obfuſcoꝛ te adoꝛo deprecās miam tuam: vt aiam meā illumines: mētē infoꝛmes cogita-tiones diſponas: ſenſus cōponas ſermones ꝛ act⁹ dirigas q̄tenus iniq̄tatis autoꝛ ꝛ tene-braꝛū amatoꝛ nō me ſurripiat nec in me ſi-gnū ſuū recipiat: ſed veriſſime lucis fulgoꝛe ꝑcuſſus procul a me recedat: vt ꝑ clarā ꝛ re-ctā ſemitā ad te lucis autoꝛē tendēs ad tuā gloꝛiam perueniam ſempiternam. Amen.

¶ De eo ꝙ Joānes cōfeſſus eſt ſe nō eſſe chꝛiſtum ſed eius pre-curſoꝛem ꝛ nuncium. Capi.xix.

A Joannes cur putet xp̄s.



Omnib⁹ aūt exiſtimantib⁹ et cogitāti-bus in coꝛde ſuo de Joanne ne foꝛte eſſet xp̄s ꝉ lege promiſſus: tum ꝓpter mi-rabilē eius cōceptū et oꝛtū: tum ꝓpter ſctē vite ei⁹ meritū: tū ꝓpter doctrine ei⁹ pꝛudentiā efficacē tum propter baptiſmi nouitatē: phariſei audita
Joā.j. opinione quā turba habebat de Joāne mo-ti contra eum ꝙ ſibi baptizandi officiū pre-ter oꝛdinē legis ꝛ traditionē eoꝛum aſſum-pſiſſet indebite: ꝛ dubitātes an meſſias eēt (miſerūt ab hieroſolymis) ad ioannem de ſtirpe ſacerdotali exiſtentē (ſacerdotes ꝛ le-uitas in lege ſapiētes) (vt interrogarent eū q̄s eſſet) ꝛ quare baptizaret. Sapiētes tn̄ et ſcribe ſcire poterant eū nō eſſe xp̄m: qꝛ xp̄s
Queſtiones q̄tuoꝛ vtiles. ꝓmiſſus fuit ex tribu iuda ioānes aūt fuit ex tribu leui. Joāni in vtero ſctificato mo-uet qō q̄s ſit. Rōne cui⁹ nota q̄tuoꝛ qōnes cuilibet de ſe mouendas .ſ. qd ſit in natura quid in ꝑſona: qualis in foꝛma: quantus in ſtatura. Prius ergo de his teipſum interro-ga vt videas quid interroganti deo poſſis reſpondere. ¶ Prima ergo queſtio eſt: quid ſis in natura. Ad hoc trina eſt rn̄ſio. Es eīn homo ratione coꝛpoꝛis: terra vt humilieris contra ſuperbiam. Es ratione anime ſpiri-tus: vt ſurſum coneris contra auaritiam. Es ratione homo: id eſt animal rationale: vt rationabiliter conuerſeris contra luxu-riam. Hec ergo querit a te de⁹. (Tu q̄s es) O ſupbe denaturaſti: nō es terra te hūiliās ſed aer te exaltās nō ſpūs q̄rēs ſpūalia ſed caro ſapiens terrena: nō homo rōne vtens: ſed beſtia brutaliter viuens. Secunda que-ſtio eſt quis ſis in perſona: ꝛ hoc queret a te qn̄ pulſaueris ad ianuaꝫ dicens. dn̄e aperi nobis. Et foꝛte rn̄debis: xp̄ianus ſum. Sed vt dicit Ambro. Mendaciū eſt ſe xp̄ianū di-cere ꝛ opa xp̄i non facere vel foꝛte rn̄debis amicus eſt. Sed attende q̄d dicit. Vos ami-ci mei eſtis ſi feceritis q̄ precipio vobis. Si ergo neuter es audies. Amen dico vobis ne-ſcio vos. Tertia q̄ſtio eſt: qualis es: ſcilꝫ in foꝛma moꝛū et actionū interius et exterius vt attendas diligenter q̄ tū proficias vel q̄ tū deficias. Quarta queſtio eſt. q̄tus ſis: ſcꝫ in ſpūali ſtatura q̄ paruus ꝑ hūilitatē: vt ſciat an poſſis ꝑ anguſtā poꝛtā intrare ad vitā: q̄ magnus ꝑ charitatem: vt ſciat q̄tus tibi locus in celo debeat. Interrogatus er-go q̄s eſſet (confeſſus eſt) veritatem (et non negauit) hoc enim eſſet negare ipſum xp̄m qui eſt ipſa veritas. vn̄ ſequitur. (Et confeſ-ſus eſt qꝛ non ſum ego xp̄s.) In quo magis ad mentē ꝛ intentionē querentiū q̄ ad ver-ba et q̄ſtionē reſpondit: ad hoc eīn q̄rebant quis eſſet: vt reſponderet eis ſi eſſet xp̄s an nō. vn̄ licet expꝛeſſe nō quererēt an ipē eſſet xp̄s. hoc tn̄ ſm Chꝛiſ. Intendebant in coꝛ-de: vt ptꝫ ex Joannis reſponſione. Cōfeſſus eſt ſe non eſſe qd non erat: nō negauit ſe eſ-ſe quod erat. Confeſſus eſt ſe nō eſſe xp̄ꝫ qd opinio vulgi publica habebat: et non nega-uit ſe eſſe xp̄i precurſoꝛem ꝙ erat confeſſus eſt ſe non eſſe iudicē non ſe negauit iudicis preconē cōfeſſus eſt ſe nō eſſe eccleſie ſpon-ſum: nō negauit ſe ſponſi amicū. Confeſſus eſt ſe non eſſe verbū: non ſe negauit eſſe vo-cem. Elegit ſolide ſubſiſtere in ſe ne huma-na opinione inaniter raperet ſup ſe. Ma-gis eīn voluit infirmitatē ſuam humiliter recognoſcendo inter mēbra xp̄i numerari: q̄ eius nomē immerito vſurpando ab ipſo chꝛiſti coꝛpe abſcindi. Hic ergo nobis ioā-nis humilitas (qua nihil maius eſt) com-mendatur qui cum tante virtutis eſſet et autoꝛitatis apud iudeos vt eum crederent chꝛiſtum: non eſt tamen eleuatus in ſu-perbiam vſurpans nomen: et honoꝛem alienum: vt enim ait Chꝛiſoſtom⁹. Deus

Prima.
Beda.
Ambro.
Jo.xv.
Math. xxv.
tertia.
Quarta.
Chriſ.
B Cōfeſſio vera ꝛ humilis Joannis.

ti famuli eſt nō ſolū nō rapere gloriam dñi: ſꝫ ꝛ oblatā a multis reſpuere:ſꝫ hāc ioānis humilitatē lucifer non habuit qui gloriam diuinitatis vſurpare ſibi voluit. Hanc etiaꝫ hūilitatē primi parētes nō habuerunt q̄ diuine ſapiētie ſimilitudinē ſibi vſurpare voluerūt. Hāc igiť hūilitatē ille malignus nō habebat qui ſe extollens diuinū ſibi honorē vſurpabat. Et adhuc hodie q̄dā imitanť luciferū vt tyranni:q̄ ſeuiēdo violenter preſūt ꝛ ambitioſi qui ſe extollendo nequiter ſuperioritatem querūt. Quidam imitantur prothoplauſtum vt heretici ꝛ homines mūdane ſapientie qui volunt plus ſapere q̄ oportet ſapere. Quidā vero prefigurāt antichriſtum:vt hypocrite ſimulantes ſanctitatem ac mendaces ꝛ doloſi negantes veritatem. Igitur quia iudei eſtimabāt ioannē eē xp̄m in lege ꝓmiſſuꝫ ptꝫ q̄ ſm ſcripturas ſcilicet Nō auferet ſceptrū de iuda. ꝛ hm̄oi dominice incarnatiōis tp̄s adeſſe tūc eis fuit notū Sed mira cecitas iudeorū qui cū crederent ioānē eſſe xp̄m credere nolebāt ipſo ioanne atteſtante xp̄m eſſe ſaluatorē tot ſignis ac ꝟtutibus approbatū. Et q꞉ ſicut a populo iudeorū expectabať xp̄s vēturus ita ꝛ helyas ipſum p̄ceſſurꝰ. ſicut enim aduentꝰ xp̄i fuerat iudeis ꝓmiſſus ita etiā helye aduentꝰ ꝛ iō videntes qui miſſi erant q̄ ioannes nō confitebatur ſe eſſe xp̄m querebant ſi eſſet helyas. Propter duo querebant ſi eſſet helyas:quorū vnū eſt ſimilitudo habitus ꝛ vite auſteritas. aliud ſimilitudo officij precedendo aduentū xp̄i ꝛ r̄ndit ſe nō eſſe helyaꝫ ſicut ioānes fuit angelꝰ nō natura ꝛ perſona:ſed officio ꝛ vita:ſic etiā hic ſe negat heliā eſſe corpore ꝛ ꝑſona:ſꝫ alibi xp̄s dicit eū eſſe helyā officio ꝛ vita. Non fuit ergo helyas in perſona ꝛ corpore:ſed in ſpiritu ꝛ virtute:q꞉ ſcꝫ in ſuis operibꝰ oſtendebat ſimilitudinē helye:ſicut eīm helyas aduentū domini preueniet ſcd̄m: ita ioannes preuenit primū. Ille p̄curſor vēturus eſt iudicis. Iſte precurſor factus eſt ſaluatoris. Et ſicut helyas in deſerto morabať parco cibo vtebať ꝛ duris veſtibꝰ operiebať:ſic ꝛ ioannes ambo in deſerto conuerſati ambo victu parci: ambo veſtitu inculti. Et ſicut helyas magni zeli fuit:ſic et ioannes zelo veritatis mortuus eſt:ambo reges arguebant:ambo regum inſaniā tolerabant. Ille iordanem celū petiturꝰ diuiſit:hic ad lauacrū quo celuꝫ petitur multos cōuertit. ¶ Et quia ioānes negauit ſe eſſe helyam quē ante xp̄i aduentū nouerant eſſe venturū:querebāt ſi ꝓpheta eſſet. ſ. ille de quo moyſes locutꝰ eſt quē etiā fama tunc erat eſſe venturū ante xp̄m erat eīm famoſa opinio tunc tp̄is per anti xp̄m veniret vnus magnꝰ propheta ſingularis pro eo q̄d ſcriptū eſt. prophetam ſuſcitabit deus de fratribus veſtris:ipſum tanq̄ me audietis. q̄d ſm veritatem intelligendū eſt de chriſto:licet iudei intelligerent de propheta alio. ꝛ ideo interrogauerūt eū ſi eſſet ille propheta. Et reſpondens negauit ſe eſſe illum prophetam de quo ſcriptura predicta intelligitur:ſed nō negauit ſe eſſe prophetā abſolute nec prophetam miſſum ante xp̄m. Si eīm fuit plus q̄ ꝓpheta ſequitur q̄d fuit ꝓpheta:q꞉ minus includiť in maiori. ¶ Cum igiť ioannes tam famoſus eſſet : vt poſſet ſi vellet xp̄s putari noluit nō ſolū xp̄s ſꝫ nec helyas nec propheta alius reputari. ꝛ hoc eſt contra eos qui ſe iactant de genere:vita ſcientia ꝛ huiuſmodi. ¶ Deinde cum inſtarēt ꝛ quererēt quis eſſet ꝛ q̄d de ſe diceret ne ad illos qui eos miſerūt abſq̄ reſponſo redirēt reſpondit dans de xp̄o teſtimoniū afferendo ſe eius eſſe precurſorem ꝛ dicit. (Ego vox) non quidē in perſona ꝛ corpore:ſed in officio ꝛ ſimilitudine. vox inq̄ verbi ꝛ xp̄i ꝑ me (clamantis in deſerto dirigite viam dñi ſicut dicit Eſa. propheta). i. ego ſum ille de quo ſcriptura Eſaie dicit q̄ in deſerto iudee clamare debet vt hoīes ad chriſti aduentū in mundū ſe preparent.

Eſa.xl.

D Quare vox ioānis.

Prenuncius xp̄i in deſerto clamabat:quia iudee a gratia dei deſerte ꝛ deſtitute ſeu derelicte ſolatium redemptionis annunciat. Et bene deſignatur ioānes in proprietate vocis q꞉ erat annunciator verbi diuini. i. xp̄i qui ſm diuinitatem eſt verbum patris ſicut vox humana eſt expreſſiua verbi mētalis. vox ergo vocať ioānes:q꞉ verbū vocať xp̄s ſicut eīm p̄cedit vox verbū:ita ioannes precedit xp̄m. Nam ſtatim vt ex ore loquētis ſonus in qualeſcunq̄ ꝓcedit vox eſt. verbū aūt nondū eſt:ꝛ omne verbū aliq̄d ſignificat. Et ſicut vox manifeſtat verbū ſic ioannes xp̄m:q꞉ propterea venit vt eū in iſrael manifeſtaret. Itē vox propinquior eſt verbo q̄ ſonus:q꞉ primo audiť ſonus:deinde percipiť q̄d vox eſt:ꝛ deinde verbū q̄d dicit ꝑ vocē ſic ioānes ꝓpinquior eſt xp̄o q̄ alij ꝓphete:quorum ꝓphetia fuit quaſi ſonus reſpectu ioānis:q꞉ illi de remotis:iſte de propinquo, xp̄m indicauit dicēs Ecce agnus dei. Merito ergo ioannes precurſor dñi vocať:q꞉ ꝛ naſcēdo ꝛ baptizando ꝛ predicando ꝛ moriendo ꝛ ipſe ſui nominis appellatione chriſtum precurrebat.

Precurſor dñi Joan. mat.iij. Luce.

¶ Sed quid clamabat alius euangeliſta ſic narrat dicens (parate) id eſt preparate (viā domini). ſ. quo ad mandatorum impletionem (rectas facite ſemitas eius). ſ. quo ad conſiliorū ſuperogationē vt ipſe ad vos venire digneť ꝛ in vobis habitare q̄ niſi ꝑ viā ꝛ ſemitas rectas neſcit icedere vł ad hoīes itrare. vñ i p̄s. Vias tuas dñe demōſtra mihi:ꝛ ſemitas tuas edoce me. primū clamabat ad omnes:ſecundum ad proficientes. Et he ſe-

Pſalm. xxiiij.

ſemite dhi, mitte p quas cito cōpendioſe puenit ad pa
triā melius reficiant in ſolitudine.i.in mū
danorū elōgatione:⁊ olmoda tpaliū abſtra
ctiōe:ne per colles deuios mūdane oblecta
tionis cōtingat oberrare.has autē ſemitas
q̄dā obliquāt:q̄ ſpeciē ſanctitatis pretendē
tes vel habitū religionis geſtātes in obſer
uātijs religionis ⁊ cōſilijs euāgelicis non
recte ambulāt nec ſeipſos in illis rectificāt.
Uel per vias q̄ aptiores ſunt poſſunt intelli
gi actiones per ſemitas que magis occulte
ſunt cordis intētiones.Uñ(parate viā dñi)
per mali deſertionē ⁊ boni operationē(re
ctas facite ſemitas eius).i.intentiones cui
eas facite rectas nō diſtortas:ſcʒ p eternis
nō pro terrenis faciatis.Reformatio imagi
nis in mēte in hoc attēdit q facies mentis
incuruata ad terrā per terrenorū oblecta
tionē erigat ſurſum ⁊ rectificet per celeſtiū
cōſiderationē ⁊ dilectionē.Unde in cāticis.
recti diligūt te.vbi ſm Ber.Recti intelligū
tur q̄ a terrenis ſunt abſtracti ac cōtēplatio
E ne ⁊ dilectione toti ad ſuperna erecti.vnde
dicit q querere ⁊ ſapere q̄ ſunt ſup terram
curuitas aie eſt:meditari ſo ⁊ deſiderare q̄
ſurſum ſunt rectitudo.Cui etiā rectitudini
Canti. ſm eundē Bern.atteſtat ſtatura erecta cor
Bern. poris hūani.Quid eñi indecēti⁹ q̄ curuū re
Rect. cto corpore gerere animū:Peruerſa res eſt
⁊ feda luteū vas qd̄ eſt corp⁹ de terra ocu
los habere ſurſum celos libere reſpicere:ſpi
ritualiter vero celeſtēqʒ creaturā ſuos econ
trario oculos.i.internos ſenſus atqʒ affect⁹
trahere deorſum in terrā.¶Et ſubdit.(Oīs
vallis).i.ppl's gētilis vel q̄cūqʒ hūilis(im
plebit)bonis ſpūalib⁹:ſcʒ gr̄a in pñti:⁊ gl'ia
in futuro ⁊ oīs mōs ⁊ collis).i.iudaic⁹ ppl's
vel q̄cūqʒ ſuperb⁹(humiliabit).i.euacuabi
tur:q̄ gratiā ⁊ gloriā amittet.de⁹ eñi ſuper
bis reſiſtit:humilib⁹ autē dat gratiā.Et qui
ſe exaltat hūiliabit:⁊ q̄ ſe hūiliat exaltabit.
Iac.iiij. Mōs dicit q̄tū ad maiores:⁊ colles q̄tū mi
Lu.xiiij. nores.(Et erūt praua).i.corda malorū p iu
et.xiiij. ſtitiā diſtorta erūt(indirecta).i.p eq̄tatē iu
ſtitie rectificabunt ⁊ ad iuſtitie regulā diri
gent(ad aſpa).i.mētes iracūde ⁊ immites
(in vias planas).i.p infuſionē gr̄e ad man
ſuetudinē cōuertent:⁊ corda cōtra xp̄m in
durata mollificabunt(⁊ videbit)oculo cor
porali in p̄mo aduētu(oīs caro).i.oīs hō tā
gētilis q̄ iudeus(ſalutare dei).i.xp̄m dei fi
liū.Diuidebat eñi tūc cōitas hoim in duas
ptes.ſ.i iudeos ⁊ gētiles:⁊ multi de his oib⁹
hoib⁹ viderūt eū in mūdo inter hoies cōuer
ſantē.Pōt etiā hoc verbū itelligi de viſu ſpi
rituali quo vidēt eū conuerſi ad fidē catho
licā ex oībus gentib⁹ totius mūdi.Uel vi
debit eū in forma hūana oīs hō tā reprobi
q̄ electi in ſecūdo aduentu.ſ.in die iudicij.
¶Et cum miſſi a iudeis audirēt a ioāne q

nō erat aliq̄s triū predictorū quos expecta
bāt tāq̄ perſonas ſolēnes queſierūt ab eo Io.i.
dicētes.(Quid ergo baptizas)nouū ritū in
ducēdo ⁊ officiū alienū vſurpādo(ſi tu non
es xp̄s)qui poteſtate ppria baptizabit.(neqʒ
helyas)q̄ in trāſitu iordanis baptiſmum ſi
gnificabat(neqʒ ppheta)cui⁹ officiū eſt ba
ptizare:vt patet de helyſeo q̄ naamā bapti
zari miſit.Quaſi dicerent.Quare tibi offm̄
baptizandi vſurpas cum vicē perſonarum iiij.Re
quibus ſcriptura baptizare cōcedit non ge gum.v.
ras:ſicut pprio ore confeſſus es.Notandū F
autē q licet ioānes nō eſſet xp̄s:poterat tñ Bapti
baptizare q̄ erat precurſor eius ⁊ ideo de zare po
buit parare viam illius.Item licet nō eſſet terat
helyas perſonaliter:erat tñ virtute.Item ſi ioānes.
nō erat propheta ille ſingularis:erat tamē
plus q̄ propheta communis:⁊ ideo bapti
zare potuit.Et reſpondit eis ioannes teſti
monium de xp̄o iterum perhibēdo:q̄ ſicut
precurrebat predicationem xp̄i ſua predica
tione ⁊ denunciatione:ita baptiſma xp̄i pre
cedebat ſuo baptiſmate:ſicut ⁊ prophete an
tiquitus aliquādo denunciabāt futura nō
ſolū verbis ſed etiā factis.vñ dicit.(Ego ba
ptizo in aqua)in penitētiā nō in ſpiritu in
remiſſionē peccatorū docēs vos penitere nō
potēs vos abſoluere(Ego baptizo in aqua) Bapti
preparatiue corpora tantū lauādo ad ſigni zare in
ficandū illū qui venturus eſt baptizare in aq̄ et in
ſpirituſancto auctoritatiue etiā aīas abluē ſpiritu.
do.q.d.Non debetis imputare audacie qd̄
ego nec mirari ſi ego qui non ſum xp̄s neqʒ
helyas:neqʒ ille ppheta ſingularis baptizo
q̄ baptiſmus me⁹ nō eſt cōpletus ⁊ pfect⁹.
Nam ad cōpletionē ⁊ pfectionem baptiſmi
exigit lotio corporis ⁊ aie:⁊ corp⁹ q̄dem ſm
naturā lauat aqua aīa vero nō niſi ſpiritu.
Uñ ⁊ ego baptizo in aqua tm̄ i penitētiā.i.
in ſignū pnīe purgātis aīas:corpe lauo cor
pus ⁊ inſtitutū baptizādi vſum parans viā
fortiori mō donec veniat q̄ abluit aīas per Ambr.
ſpm̄.vñ Amb.Ego inquit vos aqua bapti
zo.Cito pbauit ſe non eſſe xp̄m q̄ inuiſibili
operet officio.Nā cū ex duab⁹ naturis hō.i.
ex aīa ſubſiſtat ⁊ corpore.viſibile per viſibi
lia.inuiſibile per inuiſibile myſteriū conſe
cratur.aqua eñi corpus abluit:ſpiritu aīe
delicta mūdantur.Et ideo aliud fuit baptiſ G
ma pnīe aliud eſt baptiſma gratie.Iſtud ex
vtroqʒ illud ex vno.Nam cum delicta cōia
ſint mētis ⁊ corporis purificatio quoqʒ de
buit eſſe cōis.Et bene non verbo ſed ope de
clarauit nō eſſe ſe xp̄m opus enim hominis
eſt gerere pnīam delictorū dei mun⁹ eſt gra
tiā implere myſterij.hec Amb.Ioānis ergo Act.xix
baptiſmus vmbra ⁊ figura erat melioris ba Baptiſ
ptiſmi q̄ ſignificatio ⁊ preparatio quedam m⁹ ioā
erat futuri pter qd̄ vt hr̄ i actib⁹ forma ba nis p a
ptiſmi ioānis erat in noīe venturi.Nec pu fuit.

tot eſſent baptiſmi quot baptiſte. Quarta eſt excellentie: puta ꝙ vnus baptizaret efficaci⁹ alio qḋ etiam nemini eſt conceſſum. Quinta eſt inſtitutionis quā habuit xp̄s ſolus q̄ hoc ſacramētū inſtituit. Sexta eſt preparationis quā habuit ioānes cui⁹ baptiſmus erat q̄dā ꝓparatio ⁊ ſignificatio futuri. Septima eſt miniſterii exterioris quā dedit eccl'ie miniſtris. Neſciebat igit̄ eū tā alte: tā ſubtiliter quē ſpū i eo deſcēdēte cognouit. Tūc eīn didicit ꝙ ſicut alioꝝ ſacramētoꝝ ſic ⁊ baptiſmi ſui ptātē dñs eēt ſibi retenturus: ⁊ nulli eā ſerui daturus. Sic ergo xp̄o veniēte ad baptiſmū didicit fm̄ Chriſ. qḋ iſte in ꝑſona ille erat quē ꝓdicauerat vēturū. fm̄ Aug. ꝟo didicit ꝙ haberet in baptiſmo ptātē auctoritatis ⁊ excellētie quam ſibi retineret ſiue preſens in terra corpe ſiue abſens corpe: ⁊ ꝑſens maieſtate: ꝙ ergo xp̄s ptātē baptiſmi retineret hoc ioānes neſciuit: ſʒ per colūbā didicit. vñ ſubdit̄ (ſed q̄ miſit me). ſ. deus ⁊ tota trinitas: cuius opa ſunt indiuiſa (baptizare in aqua) nō in ſpū (ille etiā mihi dixit) per ſubiectā creaturā ſcʒ angelū vel inſpirationē. (Super quē) inter multos q̄s baptizabis (videbis ſpm̄ dei deſcēdētē ⁊ manētē ſup̄ eū) in ſigno viſibili colūbe (hic) ſol⁹ (eſt q̄ baptizat) autoritate ⁊ ptāte (in ſpūſancto). ſ. in remiſſionē pctōꝝ q̄ eſt ꝑ ſpm̄ſctm̄ qḋ eſt ꝓprium ipſius dei. ſ. lauare aīas ꝑ gratiā ſpūſſctī: aliis ꝟo nō poteſtatē cōtulit ſʒ miniſteriū cōmiſit. Miniſter eīn miniſtrat: ſed xp̄s baptizat: quapropter ſiue a clericis ſiue a laicis ſiue etiā a mulierib⁹ neceſſitate imminēte baptiſmus detur: nō tñ iterat̄. Et fm̄ Bedā ſiue heretic⁹: ſiue ſciſmatic⁹: ſiue facinoroſus q̄ſq̄ʒ in confeſſione ſctē trinitatis baptizet̄ valet: ⁊ non dʒ ille a catholicis rebaptizari: ne confeſſio vel inuocatio tāti noīs videat̄ annullari. poteſtas quidē a dño in neminē trā̄ſit: ſʒ miniſteriū in bonos ⁊ malos: ne q̄s ergo exhorreat maloꝝ miniſteriū reſpiciat in dñi ꝓpoteſtatē: veritas eīn ſacramētoꝝ nō minuit̄ merito miniſtroꝝ. Et ſubiūgit. (ego vidi). ſ. ſpm̄ſanctū ꝓdicto mō deſcēdētē ſup̄ ieſum (⁊ teſtimoniū ꝑhibui: q̄ꝛ hic eſt fili⁹ dei) vnicus nō adoptat⁹. In quo oſtēdit̄ q̄d baptiſta ex hac viſiōe itellexerit. ſ. ꝙ xp̄s eēt fili⁹ dei verus ⁊ naturalis: ⁊ ꝑ ꝯñs eādē virtutē habēs cū pr̄e. Hic teſtat̄ dei filiū quē iā ſupra dixerat virū: vt ab eo habeatur triuſꝗ nature teſtimonium. Quadripartitum autem habuit dñs teſtimonium: habuit enim teſtimoniū a prophetis: quia hic eſſet xp̄s: habuit teſtimonium ioannis: ecce agnus dei: habuit teſtimoniū patris: hic eſt filius meus dilectus: habuit ⁊ teſtimoniū operū: ſi nō facio opera que nemo ⁊c. Meditari h̄ potes quō dñs ieſ⁹ a ioāne alacriter ſuſce-

Chriſ.

Augu.

E Miniſter baptiſmi. Beda de baptiſmo nō iterando.

Teſtimoniū q̄druplex de dño.

ꝓtus ſibi aliquãtulum ſubſtitit ꝛ illa cruda heremi cibaria cõedit cũ eo. Tu vero aſtãs ibidẽ ꝛ aſpiciẽs extende manũ ſicut mendicus eleemoſynã petẽs inſinua quaſi tabefact⁹ famẽ ſi forte vocari merearis ad refectionẽ. Tandẽ recreatione habita et gr̃arũ actione pacta dñs Joãni valefecit ꝛ ad tp̄s ab eo diſceſſit: tũc aũt ſequẽs ieſum ꝛ in aduẽtu ꝛ in diſceſſu genuflecte Joãni deoſculãs pedes ei⁹ ac bñdictionẽ petẽs recõmẽda te eidẽ: excellẽs eñ ꝛ magn⁹ ẽ valde: ip̄o etiã dño teſtimoniũ de hoc ꝑhibẽte. Oro.

Domine de⁹ agn⁹ dei fili⁹ p̄ris qui tollis peccata mũdi ꝑ merita illius q̇ hoc teſtimonio te oſtendit mũdo: tolle peccata mũdi q̇ contrax̄i ĩ mũdo: ꝛ tu ſancte Joãnes q̇ oſtẽdiſti mũdo tollẽtẽ pctã ſua ꝑ gr̃aȝ tibi datã fac mihi hanc miam vt tollat pctã mea. Tu de⁹ tollis pctã mũdi: tu amice ei⁹ dicis: hic tollit pctã mũdi: ecce añ vos onuſtus peccatis mũdi ꝓbate mihi ĩ metu actũ tuũ tu ei magn⁹ dñs ꝛ tu magn⁹ corã dño q̇ eſt ĩeternũ miſericors ꝛ ſuꝑ oĩa bñdict⁹ de⁹.

¶ De teſtionio Joãnis de xp̄o ac de p̄ma diſcipuloꝝ vocatiõe ꝛ occulta xp̄i p̄dicatiõe. Ca. xxiiij.

A
Joã. j.



Adhuc autẽ Jeſu in partib⁹ illis manente (altera) .i. q̇dã alia ſeu vna (die) q̇ ad heſternã nõ refert: nõ eñ ſemꝑ reſpectiue ponit (iteꝝ ſtabat ioannes) iuxta iordanem imobilis in culmine ꝑfectiõis nec flectẽs ſe a rectitudine veritatis tanq̄ꝫ parat⁹ ad exercendũ officiũ ſuũ teſtificãdo de xp̄o ac baptizando ꝛ docẽdo et oẽs ad ſe veniẽtes de ipſo inſtruẽdo. Supra q̇dẽ perhibuit teſtimoniũ de xp̄o ad turbas: hic vero ad diſcipulos. (Et) ſtabãt cũ eo (ex diſcipulis eius duo) firmiter inherentes eius magiſterio: quorũ vn⁹ andreas memorat ſed alterius (q꞉ inſigne nõ erat) nomẽ tacet. Unde ſicut ſtephan⁹ eſt primus martyr poſt xp̄m: ita et andreas erat p̄m⁹ xp̄ian⁹ ꝛ ſilr̄ p̄m⁹ xp̄i diſcipul⁹: q꞉ de duob⁹ p̄mo adherẽtib⁹ p̄ncipalis extitit et p̄mus. Quidã tñ dicũt q̄ alter duorũ fuit ioãnes euãgeliſta: q꞉ modus eſt ſcribentiũ tacere laudẽ propriã vel ſaltẽ loq̇ de ſe tanq̄ꝫ de alio ad vitandã arrogãtiã. ¶ Et vidit ioãnes (ieſum ambulantẽ) tanq̄ꝫ in ſalute nr̃a ꝓcurãda ꝓficiſcẽtẽ (iuxta iordanẽ) .ſ. prope locũ vbi Joannes ſtabat: q꞉ ieſus poſtq̄ꝫ a ioanne eſt baptizatus ad tp̄s prope locũ illũ morabat: et fact⁹ eſt Joãni familiaris: vt ſic ioannes frequenter teſtimoniũ in ſui p̄ñtia diceret: et ſic xp̄s ab aliis cognoſceret. In quo cõmẽdat ioãnis cõſtantia: q꞉ nõ vna die nec ſemel tm̃ ſȝ plurib⁹ dieb⁹ ꝛ multotiẽs xp̄o ꝑhibebat teſtimoniũ. Uñ ſubdit eius teſtimoniũ iterato factũ: q꞉ cũ viderat ieſum dixit. (Ecce agn⁹ dei) ecce veruex q̇ ſequẽdus ẽ ſicut dux gregis: breuiter repetit euangeliſta teſtimoniũ qđ fuerat ſuperius dictũ ꝛ ideo omittit reſiduum qđ ſupra dictũ eſt .ſ. q̇ tollit pctã mũdi ſicut ſupra eſt habitũ ꝑ Joãnẽ p̄dicator euangelij deſignat: ꝛ ꝑ hoc qđ dr̄ hic ſtabat et vidit ieſum ambulãtẽ ꝛ dixit: ecce agnus dei ſignificat q̄ p̄dicator euãgelij dȝ eẽ cõſtãs in p̄dicatiõe vbi dei ꝛ diligẽter cõſiderare ꝓceſſum vite xp̄i: et nõ ſolũ cõſiderare ſȝ etiã p̄dicare ꝛ audiẽtes debẽt deuote recipere talẽ predicationẽ: ꝛ dñs ieſus ad tales cõuertit ꝑ clementiã: ꝛ recipit ꝑ gr̃aȝ ꝛ eos inſtruit de neceſſariis ad ſalutẽ: vñ ſubdit fruct⁹ teſtimonij. Et audiẽtes illi duo diſcipuli crediderũt magiſtro loquẽti: ac cõmendanti ieſum et de eo teſtimoniũ perhibenti (et ſecuti ſunt ieſum) ad verbum ioãnis vt potius illũ audirent q̄ ioannẽ gaudẽtes ſe tandẽ inueniſſe illũ de quo totiẽs ioãnẽ audierãt loquentẽ. Relinquẽtes ioãnẽ ſecuti ſunt nõ tm̃ paſſib⁹ pedũ: ſed etiã deuotione fidei ꝛ imitatiõe operũ cum quẽ ipſi⁹ teſtimonio cognouerũt ipſi⁹ quoq̄ꝫ Joãnis eſſe magiſtrum: deſiderãtes ei adherere et eius doctrinã audire admirare ſimplicẽ et humilẽ ꝛ facilẽ diſcipuloꝝ vocationeȝ ſine ol obiectiõe ꝛ ꝑſcrutatiõe facta. ¶ Benignus autẽ dñs ſitiens coꝝ ꝛ olm ſalutẽ (cõuerſus ad eos) ex ſua benignitate q̇ ſemꝑ conuertit ad eos qui ad ſe cõuertunt et recipit venientes: videnſq̄ꝫ oculis miſericordie et benignitatis eos ſe ſequẽtes vt daret eis de ſe fiduciã ꝛ audaciã (dicit eis q̇d q̄ritis) .q.d. parat⁹ ſum ad veſtrã voluntatẽ. Non dicit quẽ q̄ritis: q꞉ de ꝑſona illuminati ꝑ ioannẽ erãt: ſed dicit q̇d queritis? q꞉ ſciuit q̄ de ſalute aliq̇d diſcere querebãt. Nec petijt hoc ex ignorantia: vt aliq̇d diſcat: ſed vt ꝑ interrogationem magis familiares faciat: et vt eorum reſponſione cõueniẽtius eos dirigat q̄ dñs ad eos conuertit q̄ eos reſpicit: et cũ eis loquit clemẽtie ꝛ bone volũtatis eſt indiciũ. Sciebat eñ quo affectu ſeq̇bant eũ. In quo datur nobis intelligi q̄ olbus qui xp̄m ſequi incipiũt puro corde dat fiduciã ꝛ ſpem miſericordie ꝛ ad eos ſe conuertit vt opem miſericordie ſue eis impendat. Unde Chriſ. Hinc erudimur: quia cum nos bene velle inceperimus: tunc multas dat nobis ſalutis occaſiones. Unde et Theophilus. Uide autẽ q̄ ſequentibus ſe dominus conuertit faciem et reſpicit: quia niſi per bonã

Andr.

B
Vocatio diſcipulorũ chriſti.

Quid ꝛ quis.

Cõuerſio dñi ad ſe ſequẽtes Chriſ.
Theophilus.

operationē ipſum ſecutus fueris ad viſio-
nem faciei ei⁹ nunq̄ pertinges: neq̄ ad do-
mum ei⁹ poteris puenire. (Qui dixerūt ei
rabi). i. magr̄ (vbi habitas). q. d. magiſteriū
Math. viij. tuū ⁊ doctrinā tuā querim⁹. Ecce paucis vo-
luntatē ſuā ⁊ cur eū ſequerent̄ inſinuāt: ſa-
pienti em̄ multa ex paucis innoteſcūt. (Ubi
habitas). q. d. vbi eſt hoſpitiū tuū vbi tāq̄
q̄ trāſeunt cōuerſaris: de hoſpitiolo querūt
nō de domo eius quā nō habebat: q̄ filius
hoīs nō habebat vbi caput ſuū reclinaret.
Nihil habuit dn̄s in terra p̄ter vnicū titulū
pilati ⁊ nobis plures tituli non ſufficiunt.
Moraliter. Moralr̄ xp̄m interrogāt vbi habitas quaſi
vellent ſcire quales debēt eſſe hoīes qui di-
gni ſunt vt xp̄s in eis habitet vt exēplo eo-
rum ſe tales exhibeāt in quib⁹ habitare ve-
lit. Miſtice aūt delectabilis eſt iſta q̄ſtio cō-
templantiū lucē in qua de⁹ habitat. vn̄ p̄s.
Pſal. xxvij. Dn̄e dilexi decorē dom⁹ tue et locū habita-
tionis glorie tue. Querebant ergo habita-
C Cur habitationē querebant. tionē eius ſicut ſtudioſi diſcipuli vt poſſent
ad eū frequēter venire: et cum eo frequēter
loqui ⁊ ab eo inſtrui. vnde Beda. Nolebāt
trāſitorie magiſterio veritatis pfrui ſed mā-
ſionē q̄rebāt vt pleni⁹ ab eo poſſent inſtrui
Beda. ſed nos quoties incarnatiōis xp̄i trāſitum
ad mentē reducimus ſolicito corde eū ro-
gemus vt māſionis eterne habitationē no-
bis dignet̄ oſtēdere. ¶ Ipſe vero liberaliter
cōdeſcendens eoꝝ petitioni r̄ndit eis. (Ve-
nite ⁊ videte) venite teſtimonio ioannis ab
onere legis ad fontē gr̄e et videte reuelata
Alchu. venite et videte. fide tandē viſuri ſpecie. q. d. ſm Alchuinū.
Habitaculū meū explicari non pōt ſermo-
ne: ſꝫ ope demonſtrat̄: venite ergo credēdo
et bene operādo ⁊ videte intelligendo. Vel
Orige. ſm Orige. p̄ hoc qđ dicit venite ad actionē
inuitat: per hoc aūt qđ dicit videte ad con-
tēplationē. Non dixit in illo vel in illo loco
habito qđ ſi dixiſſet potius locū oſtēdere q̄
eos inuitare videret̄. Et duxit eos ad domū
in quā tunc in partibus illis ſe reducebat:
quia ꝓpriū habitaculū nō habebat (⁊ man-
ſerunt ibi apud eum die illo) hoc eſt diei
illius reſiduo: ⁊ ſequentis ſue noctis ſpacio
audiētes verba vite ab eo dicit autem die:
quia vbi eſt xp̄s lux virtutum et ſol iuſtitie
ibi nulle tenebre p̄nt eſſe. O q̄ beatā diē et
q̄ beatā noctē duxerūt audiētes ⁊ videntes
eum quē multi videre ⁊ audire volētes nō
viderunt neq̄ audierunt. Quis eſt q̄ nobis
nunciet q̄ audierunt a dn̄o? Edificem⁹ ergo
et nos in corde nr̄o vbi habitet et in nobiſ-
metipſis faciamus domū quo veniat et no-
bis colloquat̄ et nos doceat. (Hora autem
erat q̄ſi. x.) i. prope veſperā: vbi inſinuat cō-
mendationē xp̄i ⁊ diſcipuloꝝ. Hora em̄ de-
cima eſt in occaſu diei ex quo ⁊ xp̄s cōmen-
dat a diligētia q̄ tā ſtudioſus ad docēdum

fuit q̄ nec propter tēporis tarditatē eos do-
cere diſtulit ⁊ diſcipuli cōmēdant̄ a feruo-
re audiēdi xp̄m q̄ q̄uis tarde eſſet ⁊ adhuc
forte ieiunarent nō t̄n retardabantur aſſe-
quēdo eū ⁊ cū hora veſpertina ſoleāt hoīes
reuerti ad domicilia ꝓpria t̄n oībus dimiſ-
ſis manſerunt cū eo vſq̄ in craſtinū deſide-
rio audiendi ip̄m ſm Chriſ. Hinc docemur Chriſ.
oē tp̄s ponere ad diuinā auditionem: q̄ oē
tp̄s ad eam aptū eſt ⁊ nullū intēporaneum.
Vn̄ et Theophilus. Non fruſtra tp̄s nota- Theophilus.
uit euangeliſta vt tā doctores q̄ diſcipulos
erudiret q̄ doctrina ꝓpter tp̄s nō eſt p̄ter-
mittēda. hec Theophi. Horum igit̄ exēplo D
nullā horā p̄termittamus ad diſponēdum Tēpus
nos vt xp̄m recipiamus: ⁊ cū eo habitemus nullum
q̄ neſcim⁹ q̄n dn̄s ſiue in nocte: ſiue in die: preter-
ſiue in mane: ſiue in ſero: ſiue in gallicantu mittendum.
vēturus ſit iuxta mare hui⁹ mūdi iudicare
⁊ dānare amaritudinem peccatoruꝫ que fe-
cimus. Queramus ergo in nocte culpe vbi
chriſtus habitet ſequamur eum per veram
penitentiam vt nos clementer reſpiciat: ro-
gemus eum ſolicito corde vt habitationem
manſionis eterne nobis dignetur oſtende-
re: ⁊ vt nos ſecum habitare faciat in cuius
domo beati qui habitāt: per decimā etiam
horam exprimuntur illi diſcipuli fuiſſe ob-
ſeruatores decalogi: q̄ venerat hora ipſum
implendi. vnde et Augu. Numerus etiam Augu.
iſte legem ſignificat: quia in decē preceptis Decē hore ſignificatio.
data eſt: venerat tempus vt impleretur lex
per dilectionē que a iudeis impleri nō po-
terat per timorem. ſm Chriſ. Non alterius
alicui⁹ cauſa vel gratia chriſtū ſecuti ſunt Chriſ.
q̄ propter doctrinam qua ita copioſe volu-
tati ſunt in nocte vna vt cōfeſtim alteruter
et ad aliorum venationē veniret. vnde An-
dreas audita chriſti doctrina ſtatim iuit ad
querendū fratrē ſuum ad audiendū ieſum
chriſtū: ⁊ hoc eſt qđ ſequit̄. (Inuenit hic) ſ.
andreas (primum ſimonē fratrē ſuum) cui
ex cognatione carnis plus tenebat̄ q̄ aliis
nō inuenit eum a caſu ſed diligenter queſi-
tum deſiderans eum habere fratrē in reli-
gione fidei ſicut ⁊ in propinquitate carnali
cōtra illos qui proprios amicos retrahunt
ab ingreſſu religionis vel aliquos a via ve-
ritatis et virtutis (et dixit ei. Inuenim⁹) ſi- E
cut lapidē p̄cioſum ⁊ ſicut theſaurū abſcō- Meſſias.
ditū (meſſiam) in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſum
ac diu expectatū ⁊ q̄ſitū (qđ eſt interp̄tatuꝫ
xp̄s). i. vnctus: ⁊ bn̄ dicit inuenim⁹: q̄ ſuffi-
ciēter fuerat a xp̄o inſtruct⁹ q̄ ipſe erat ve-
re xp̄s. Et vt dicit Beda. Hoc eſt vere dn̄m Beda.
inuenire vera illius dilectione feruere: fra- De inuētiōe dn̄i et ductione eius.
terne quoq̄ ſalutis curam gerere. Meſſias
hebraice: xp̄s grece: et vnct⁹ latine dr̄. Xp̄s
em̄ a chriſmate. i. vnctus ab vnctiōe dr̄ a q̄
omnes chriſtiani vnguntur. Ille autē ſin-

gulariter vnctus eſt oleo inuiſibili.ſ. ſpiri-
tuſſancti pre participib⁹ ſuis. Participes em̄
eius ſunt omnes ſancti: q2 iſto oleo vngun-
tur et ipſi: ſ3 ille eſt ſingulariter ſanct⁹: ſin-
Cyrill⁹ gulariter vnctus. vnde Cyril. Fuit autē vn-
ctus ſaluator ſpūſancto humanitus in for-
Ch̄s rex et ſacerdos. ma ſerui: vngens vt deus ſpirituſancto cre-
dētes in eū. Chriſt⁹ ergo eſt rex ⁊ ſacerdos
vnctus nō vnctiōe humana ſed diuina: q2
in hūanitate ꝓ nobis aſſumpta fuit vnct⁹
a deo patre: ⁊ imo a tota trinitate plenitudi-
Albin⁹ ne grē: ſicut reges ⁊ ſacerdotes in veteri te-
ſtamento vngebantur corporali vnctione vt
dicit Albinus. In fide nō querit annorum
multitudo nec paucitas. Andreas minor
erat ſymone etate: et tn̄ ieſum primo inue-
nit: ſtatimq3 inuentū nunciat fratri traditu
rus ei bona que ſuſcepit: vt ſicut ſanguine
ſic germanus eſſet ⁊ fide: vera pietas ſtatim
theſaurū fratri nunciauit: quia cum primū
inuenit et ſi alium prius inueniſſet ei nun-
ciaſſet et ad ſaluatorē eū adduxiſſet. nulli⁹
enim bono inuidit. (Et adduxit eū ad. ieſu3
i. ſaluatorē q2 nō confidebat de ſe ꝙ poſſet
eum ſufficienter inſtruere. Et ex hoc acce-
pit eccleſia ꝙ in ſacramento baptiſmi et cō
Patrinorum origo. firmatione vtitur adducentibus qui preſen
tent ſuſcipientes ſacramētum qui patrini
ſolēt vocari. Jeſus vero alacriter eu3 ſuſce
pit: ſciebat em̄ quid de ipſo facturus eſſet.
Uide hic petri humilitatē ⁊ obedientiā: q2
nō dedignatur maior ſequi minorē: ſed con
feſtim occurrit et nihil tardans obedit. (In
tuitus aūt eū ieſus) oculo mētis nō ſolū exte
ri⁹ ſed ⁊ interi⁹ vidēs deuotionem eius q2
cor intuet (dixit ei. Tu es ſymō) .i. vere obe
diēs. q. d. nomē tuum eſt ꝓprietati tue con
ſonū (filius ioāna) ſeu bariona. i. eius l quo
eſt gratia ſeu fili⁹ colūbe. q. d. hoc cognomē
cōſonat tuo noi: q2 ille qui eſt vere obediēs
Symō Joāna Bariona. eſt filius gratie ſpirituſſancti qui per colū-
bā deſignat merito ſymon filius ioāna ſeu
bariona dr ſiue vocat. Symō enim interpre
tat obediēs: ioāna grā: bar. filius et iona co
lumba: quaſi ei diceret tu es obediens fili⁹
gratie vel filius columbe. i. ſpirituſſancti q2
hūilitatē de grā ſpūſſancti accepiſti: vt vo-
cante andrea videre me deſideres. Cōgruūt
ergo hec noia miſterio vt inſinuetur ꝙ obe
dientia neceſſaria eſt conuerſis ad xp̄m per
fidem ⁊ ꝙ homines ꝑ gratiam veniunt ad
Cephas fidē: et ꝙ ꝑ ſpiritūſanctū firmamur in amo
re dei. (Tu vocaberis cephas) qđ latine in
terpretat petr⁹: ⁊ in greco caput ſiue capita
Nois mutatio. neus: ⁊ congruit miſterio. vt ille qui debeat
alioꝝ eſſe caput et xp̄i vicarius firmitate3
habeat quā deſignat petrus. Symon quip
pe erat nomen eius ante vocationem et cō
uerſationē: ſed poſt impoſitū fuit ſibi nomē
petrus: ſicut etia3 quādo baptizatur adul-
tus ⁊ qn̄ aliquis in papam eſt creatus mu-
tatur nomen eius. Symon ergo eſt propriū
nomē. Petrus vero eſt cognomē. Bariona
eſt hebreum ⁊ ſonat filius iona: ſed ſecun-
dum alium euangeliſtam dicit filius ioan-
na: q2 ſm̄ quoſdā idē erat nomē patris io-
na ⁊ ioāna: aliqualiter tn̄ ꝓpter ſubtractio-
nem vnius ſyllabe diuerſificatū ſicut in la-
tino nicolaus ⁊ colinus. Uel dicendū ꝙ pa
ter petri erat binomius: ⁊ ſic iona ⁊ ioanna
ſunt duo noia: ⁊ hoc videtur ex eoꝝ inter-
pretatione diuerſa: q2 ioanna interpretatur
in quo gratia: ⁊ iona interpretat columba Petr⁹.
Cephas hebreum eſt ⁊ ſyrum. Petrus gre-
cum ⁊ latinum ⁊ in vtraq3 lingua nomē pe-
tri a petra eſt deriuatū. vocat em̄ petrus ꝙ
interpretat firmus ob robur mentis et fir-
mitatem fidei ⁊ propter fidelē cōfeſſionem
chriſti qua dixit. Tu es xp̄s filius dei viui: Math. xvj.
cui tanꝙ ſolidiſſime petre firmiter adheſit.
Utrum autē hoc nomen modo ei impoſuit
an promiſit imponēdū eſt incertū. Tutius
tn̄ dici pōt ꝙ modo ꝓmiſit: q2 cū dicitur vo-
caberis nō impoſitio eſt ſed predictio quaſi
de futura nominis impoſitione loquendo:
⁊ tunc impoſuit cū dixit. Tu es petrus ⁊ ſu- Math. xvj.
per hanc petram edificabo eccleſiam meā:
vel in electione. xij. vbi dicitur. Et impoſuit Marc. iij.
ſymoni nomē petrus: ſicut ⁊ claues ante re-
ſurrectionem promiſit: ſed poſt dedit. Si ve-
ro nomen modo impoſuit tunc in ſequenti-
bus confirmauit: ⁊ ſic hi predicti diſcipuli
primo ad fidem vocati in aliqualem noti-
tiam ⁊ familiaritatem ieſu venerūt ⁊ dein-
de ad propria redierunt. (In craſtinum au-
tem) poſt petri ⁊ andree vocationē (volens
ieſus) de iudea large dicta vbi ioannes ba-
ptizabat redire (in galileam) de qua patria
diſcipulos vocauit ⁊ ad matrem quam ibi
reliquerat (inuenit philippum) qui erat de
(bethſaida ciuitate) ſupra mare galilee cō-
ciuis (petri ⁊ andree) Et hoc congruit my-
ſterio. Bethſaida enim domus venatorum bethſaida.
interpretatur vt oſtendat quod de domo
venatorum congrue venatores ad capien-
das animas ad vitam vocaret non a caſu
vel quaſi ignotum: ſed ex ſua preordinatio-
ne ⁊ ex intentione queſitum inuenit eum
vt eum illuminaret et ad fidem vocaret.
Unde ſequitur (et dixit. Sequere me) hoc
eſt doctrinam et exemplum imitare vt di- Sequi quē vis
cit Alchuinus. Sequitur eum qui imita-
tur humilitatem et paſſionem eius vt ſit Alchuinus.
ſocius reſurrectionis ⁊ aſcenſionis qui ſta- Philippus.
tim ſine vlla cōtradictione ſicut bonus obe
diens ſecutus eſt eum. Secundum hec di-
cta primus omniū apoſtolorum philippus
videtur eſſe vocatus. Hic quatuor predicti
ſcilicet andreas ⁊ alter cuius nomē tace-
tur ac petrus ⁊ philippus fuerunt diſcipu-

li ioānis: qui vidētes ꝙ ioānes de ieſu teſti moniū dederat cōiuncti ſunt ei. Philippus autē a xp̄o inſtruct⁹ iuit ad querēdū nathanaelē fratrē ſuū deſiderās eū hr̄e fratrē in fide ſicut in carne: ⁊ inuenit eū ſub ficu nō caſu: ſʒ diligenter q̄ſitū (⁊ dixit ei. Quē ſcripſit moyſes in lege ⁊ ꝓphete nūciauerūt inuenimus) diu expectatū (ieſum; ſalutis autorē) (filiū ioſeph). ſ. putatiuum (a nazareth) q: ibi cōcept⁹ ⁊ nutrit⁹ erat. ⁊ q: de eo ꝑ ꝓphetas audierat q̄m nazare⁹ vocabit̄. philipp⁹ ſm̄ cōem loquēdi modū loquit̄: q: filius ioſeph eū deſpōſata mr̄ ei⁹ erat putabat̄. Et mirat⁹ nathanael ꝙ de galilea non

Miche.v. de iudea ſurgeret ꝓpheta: ⁊ q: ſcriptura michee dixerat xp̄m in bethleē naſciturū ait

Chriſ. negatiue ⁊ dubitatiue. ſm̄ Chriſo. (A naza

Mat.ij reth pōt aliq̄d boni eſſe) quaſi diceret non.

Judi. Uel q: iſte le iſperit⁹ legerat in propheta

xiij. alio nazare⁹ vocabit̄: ⁊ ſigna dn̄ici aduētus

Augu. forte notauerat qn̄ audiuit a nazareth ſtatim erectus in ſpe dicere volebat. ſm̄ Aug. Affirmatiue ⁊ aſſertiue nūc tādem a nazareth pōt aliq̄d boni eē ⁊ q: Philippus non erat ita pfecte inſtruct⁹: ⁊ iō duxit eū ad Jeſum: vt ab illo pleni⁹ audiret ꝓpter qd̄ ſeq̄tur. (Dicit ei philipp⁹ veni ⁊ vide). i. ab eo addiſce ꝑ experimētū virtutē q̄ eſt i ipſo: ⁊ ad

Chriſ. duxit eū Philipp⁹ ad ieſum vt dicit Chriſ. Trahit q̄dē eū ad xp̄m ſciēs de reliquo eū nō cōtradicturū ſi v̄ba ⁊ doctrinā illi⁹ gu

Natha ſtauerit. Nathanael iterp̄tat̄ donum dei

nael. ⁊ qd̄ aliq̄s ad xp̄m cōuertit̄ ex dono dei eſt. Et (vidit ieſ⁹) ītuitu dilectiōis (nathanaelē ad ſe veniētē) ⁊ magis intus q̄ extra appropinquātē: q: nō ſolū vidit corp⁹ exteri⁹: ſed etiā cor ipſius interi⁹ (⁊ dixit de eo) circūſtātib⁹. (Ecce vere iſraelita) deū vidēs in quo dolus) ⁊ ſimulatio (nō eſt) nā ſine intētione doli ⁊ falſitatis veniebat vt v̄itatē agnoſceret ſi eī̄ hʒ peccata confitet̄ ea. non igit̄ negat eū eſſe peccatorē: ſed laudat in eo cōfeſſionē. Doloſi q̄ppe ſunt q̄ ſe p̄dicāt bonos ⁊

Doloſi. iuſtos cū ſint mali ⁊ peccatores. Magn⁹ vir iſte nathanael cui ipſe dn̄s tale teſtimoniū

Jſrael. phibet. Jſrael interp̄tat̄ vidēs deū. vn̄ dr̄ ver⁹ iſraelita. Primo ex fide qua iā deū videre ⁊ in eū credere incipiebat: q: inſtruct⁹ in lege ꝑ fidē ⁊ intelligētiā ſcripturarū ſaltē ꝑ ſpeculū ⁊ in enigmate deū videbat. Secū. do ex cōfeſſiōe quā xp̄o r̄ndēdo faciebat. Uidēs ergo nathanael ꝙ cōditionē ſue mētis ei p̄ſſerat q̄ſiuit vn̄ ipm̄ ſciebat dicēs (vn̄ me noſti). i. ex q̄ virtute eū hoc ſit ſupra virtutē humanitatis. Et xp̄s r̄ndit ei per reuelationē alterius occulti dicens. (Priuſq̄ te philipp⁹ vocaret) ⁊ tibi de me loqueret̄ (cū eſſes ſub ficu vidi). i. cognoui (te) ⁊ ꝓpoſitū cordis tui. Ad literam ſub quadam ficu ſederat forte cogitans de futuro ſaluatore

vbi philipp⁹ ſuperueniēs de xp̄o cū eo ſingulariter nullo alio p̄ñte loquebat̄. Et ideo ꝓpter hoc ſignū ⁊ p̄cedēs nathanael ſtatim cōfeſſus eſt ipm̄ eſſe xp̄m. vnde ſeq̄tur. (Reſpondit nathanael ⁊ ait. Rabbi tu es filius dei et rex iſrael). i. xp̄s expectatus ab iſrael in regē ⁊ defenſorē. Expectabāt eī̄ oēs iu

dei meſſiam temporalem regē futurum et expecta

hoc. modo videt̄ loqui iſte nathanael: quia tio iu

non habebat adhuc cognitionem perfectā deorū.

de chriſto: non enim videtur intellexiſſe tūc ipſius diuinitatem: quia non dixiſſet tu es rex iſrael: ſed totius mundi: ⁊ propterea cū dicit. Tu es filius dei non fuit cōfeſſus ei⁹ diuinitatem: ſed intellexit hanc filiationē per quandam gratie excellentiam: vnde di

cit Chriſo. Quod adhuc credens eſſe ſapiē Chriſ.

tem qui ex aliqua reuelatiōe dei ſecreta nouerit confitetur eum eſſe filium dei non per naturam: ſed per adoptionis gratiam: quia adhuc non erat plene illuminatus de fide trinitatis. Alij tamen dicunt ꝙ hoc ex corde credidit ſicut ore confeſſus fuit: ſed primum probabilius eſt ſicut inferius patebit Un̄ dn̄s docet eū amplius eleuans eum ad maiora. ſ. ad diuinitatis ſue cognitionem per obſequiū angelorum ſibi tanq̄ ſuperiori exhibendū. nulla enim natura eſt ſupra angelicā niſi diuina: ⁊ hoc eſt quod dr̄. (Rn̄dit ieſus ⁊ dixit ei: q: dixi tibi vidi te ſub ficu credis) me eſſe chriſtum q̄tū ad excellentiā

gratie (maius his videbis) cognoſcendo vir Chriſ.

tutem diuine ſubſtantie. vbi Chri. q. d. Magnū tibi viſum eſt hoc eſſe quod dixi et propterea me regē iſrael cōfeſſus es. Quid igitur dices cum maius videris? Et quid ſit illud mai⁹ oſtendit ſubdens. (⁊ dixit eis). ſcʒ

philippo ⁊ nathanaeli. (Amen amen dico Amen.

vobis.) Amen idem eſt quod fideliter: ⁊ idō duplicatū eſt ſignum maxime certitudinis ⁊ firmitatis. (Uidebitis celum apertum et angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcendentes ſuꝑ filiū hoīs) in obſequiū deitatis in humana latētis natura. Jn paſſione eī̄ apparuit angel⁹ de celo cōfortās eū: et in reſurrectione viſi ſūt āgeli circa ſepulchrū ei⁹: ⁊ i aſcēſiōe aſtiterūt tāq̄ duo viri i veſtibus albis. Sʒ ⁊ an̄ hoc acceſſerūt ⁊ miniſtrabāt ei: et

euāgelizabāt ei⁹ natiuitatē. vbi Chriſ. Ui Chriſ.

de q̄l̄r paulatim eū a terra ſubducit et facit ꝙ nō vltra eſtimet eū hoiem ſolū: cui eniʒ angeli miniſtrāt q̄l̄r hic hō purus eſſet? per hoc igit̄ ſuadet angelorū ſe eē dn̄atorē. hec

Chriſ. Uerūetiā q: nathanael doctiſſim⁹ J

⁊ pitiſſim⁹ erat i lege noluit eū dominus i Natha

aplm̄ cū alijs eligere: nec ēt nichodemū de nael

quo. J. dicet̄ eo ꝙ ipſe perit⁹ ⁊ doct⁹ eēt ne ꝓ cur nō

pter ſuā ſciētiam ſe electos dicerent vel p̄ſu ſit apo

merēt. Uoluit eī̄ xp̄s aplos p̄mos funda ſtolus,

tores eccl̄ie ydiotas ⁊ ſimplices hoies eli

gere ne doctrina fidei ⁊ ꝑma cōuerſio hoīm humane ſapiētie aſcriberet̃ ſʒ diuine. Ħ etiā ideo fecit: vt mūdū ⁊ ſapiētes ei⁹ cōfunderet. Fuerūt tñ nathanael ⁊ nichodem⁹ a pn̄cipio ad fidē vocati ne doctrina fidei quaſi a ſolis ſimplicib⁹ recepta haberet̃ cōtēptui ⁊ ne ſi a pn̄cipio oēs fuiſſent ſimplices crederent̃ per oppoſitū ꝑ ignorantiam decepti poſtq̄ vero fides catholi. radicata fuit paulus ad aplatū vocat⁹ eſt q̄uis literat⁹ eēt. Per andreā ⁊ philippū q̄ a xp̄o edocti de ſalute fratrū ſuorū ſoliciti fuerūt ſignificant̃ illi q̄ ꝓximos ſuos q̄tū bono mō pn̄t ad ſequelā xp̄i īducūt qđ eſt cōtra multos q̄ non

Lu.iiij.

ſolū nō inducūt: ſʒ ꝑ poſſe ſuo auertūt. (Et regreſſus eſt Jeſus) cū philippo (in galileā: ⁊ veniēs nazareth) ad matrē ſuā cū īdicibili gaudio receptus eſt ꝑ eā. Attende ꝙ poſt baptiſmū poſt victoriā tētationum xp̄s redijt nazareth: qđ interpretat̃ flos: ⁊ ſignificat ꝙ hō q̄tūcūq̧ lot⁹ ſit a pctīs: q̄tūcunq̧ tētationes ſupauerit: vel q̄cunq̧ bona fecerit ſꝫ dʒ ſe reputare in flore: ⁊ ī pn̄cipio eē. ⁊ deinceps ꝑ illū annū ieſus in galilea remāſit nec aliq̄s euāgeliſta ponit q̄d iterū vſq̧ ad nuptias fecerit. Jn anno em̄ a baptiſmo vſq̧ ad nuptias nihil aliud legit̃ xp̄m feciſſe: niſi qđ legit̃ de ieiunio in deſerto: ⁊ de tētatiōe a diabolo: ⁊ de teſtimonio baptiſte: ⁊ de diſcipulorum conuerſione.

xp̄i poſt hāc vocationē q̄etio.

¶ Oratio.

O Bone ieſu redēptor pditorū ſaluator redemptorū: ſpes exulū: pauperū ſpiritu dulce ſolatiū: laborantiū fortitudo laſſorū recreatio: triūphātiū corona: ſupnorū ciuiū vnica merces ⁊ letitia vera: īclita ꝓles ſummi dei: ⁊ fruct⁹ ſublimis vteri virginalis: fons grārū oim. de cui⁹ plenitudine nos oēs accepim⁹ in te: vt finē oim tendēs ⁊ ſperās: ⁊ amās ferar deſiderate Jeſu ad te adducar te ſequar: q̄ tu ſolus ſufficis: tu ſol⁹ ſaluas: tu ſol⁹ bon⁹: ſuauis es te q̄rētibus ⁊ diligentibus nomen tuum. Amen.

¶ De mutatione aque in vinū. Capitu. xxv.

A Joā. ij.



Deinde anno ſequenti ſcʒ. xxxj. cepit Jeſ⁹ ſignis mirificis mūdū illuſtrare. Et p̄mo approbās cōiugiū nuptias intrauit: ⁊ aquā ī vinū cōuertit: qđ eadē die q̄ baptizat⁹ fuit. f. anno reuoluto fecit. Dn̄s ſua corpali pn̄tia: ac nihilomin⁹ ſignorū ſuorū initio nuptias q̄s īſtituit tā q̄ licitas ⁊ honeſtas honorare ⁊ cōmēdare voluit: ne eas heretici deſpicere ⁊ dānare p̄ſumerēt. Uñ Beda.

Nuptiarum honoratio Beda.

Q: bona ē caſtitas cōiugalis: melior cōtinētia vidualis: optima mūdicia v̾ginalis: ad ꝓbādū oim electionē graduū diſcernēdū: tñ meritū ſingulorū ex īt emerate Marie virginis vtero naſci dignat⁹ ē. a ꝓphetico anne vidue ore mox nat⁹ bn̄dicit̃ a nuptiarū celebratorib⁹ iā iuuenis īuitat⁹ hos pn̄tia ſue v̾tutis honorat. (Die) itaq̧ tertia. i. tertio ab euāgeliſta notata poſt p̄mos duos q̄bus Jeſus poſt regreſſum a deſerto ad ioānē venit q̄uis iter eos multi dies fluxerint (nuptie facte ſunt ī chana galilee). i. in q̄dā vico ſeu villa ꝓuincie galilee ſic dicta: quānis aūt dubiū ſit cui⁹ nuptie fuerūt: tñ nos mediteriur eas fuiſſe ioānis euāgeliſte ſicut in ꝓlogo ſup ioānē hiero. vr̄ affirmare quē volētē nubere xp̄s de nuptijs vocauit: ⁊ ex tūc ioānes xp̄o ꝓpter mūdiciā cōtinētie v̾ginalis magis familiaris fuit. Hoc ēt vr̄ ex eo ꝙ xp̄s nō legit̃ fuiſſe ī nuptijs alijs ⁊ ꝓ h (mr̄ Jeſu erat ibi) tāq̄ ī nuptijs ſui nepotis. Nō em̄ ē veriſile ꝙ ipſa veniſſet niſi multū ſibi attinuiſſet ſicut iuit ad elizabeth cognatā ſuā: nec legit̃ ī tali caſu iuiſſe ad aliā: in ipſis ergo nuptijs dn̄a nr̄a fuit nō tanq̄ extranea inuitata ſʒ tanq̄ p̄mogenita ⁊ dignior iter ſorores fuit in domo ſororis q̄ſi in domo ſua. Cū em̄ ſoror eius Maria ſalome vxor zebedei vellet facere nuptias filio ioāni vadēs ad dn̄am noſtrā in nazareth quarto a chana miliario intimauit hoc ei: et ſic ipſa ante oculos venit ad p̄parationē nuptiarū. Uñ legit̃ ꝙ (mater Jeſu erat ibi) ſed de Jeſu ⁊ diſcipulis ei⁹ dr̄ ꝙ fuerūt vocati q̄ tñ diſcipuli adhuc firmiter nō adherebāt: ſʒ ſequebant̃ grā familiaritatis imbui cupiētes ei⁹ doctrina. De ioſeph autē ſpōſo virginis nō fit mētio. Nā quidā dicūt eum tunc mortuū fuiſſe ⁊ virginem in cuſtodiam filij trāſiſſe: q̄ nec ēt deīceps de eo legit̃ in euāgelio: ꝙ ſi nōdū mortuus fuit: tñ in paſſione dn̄i ſine dubio mortuus erat q̄ vxor illi⁹ alij cōmēdata eſt. Cōſpice igit̃ dn̄m Jeſum inter alios ſicut vnū quēuis de pplo comedētē ⁊ hūiliter in loco infimo nō inter maiores ſedētē. Nā doctur⁹ erat in poſterum. Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias recūbe ī nouiſſimo loco. ¶ Jpſe v̾o pri⁹ cepit facere q̄ docere. Cōſpice etiā dn̄am obſeq̄oſam et in cūctis recte ⁊ ordinate faciendis ſolicitam. Cūq̧ ꝓpe finē cōuiuij cognoſceret vinū deficere: iuit ad filiū ⁊ dixit ad eū (vinū nō habent.) Non caſu nec fortuitu accidiſſe putādum eſt: vt dn̄o veniente ad nuptias vinum deficeret: ſed eo magis vt occaſio miraculi fieret. vñ intelligēs ſctā dei genitrix iā tp̄s ꝑfecte etatis q̄ ꝑ miracula ſeipſum deū mūdo innoteſceret ⁊ nō fili⁹ ioſeph: ſʒ dei ⁊ Marie virginis crederet̃ ait (vinū non habent) ſcʒ ad ſufficiētiā. q. d. fili mi vinum hic deſi-

Nuptie Joānis euāgeliſte.

B ioſeph obitus.

Luce xiiij. Actu. j.

Vini defectus.

eſt. Solū inſinuat defectū nihil petēs ſciēs ꝙ amanti ſufficit ſolū inſinuare neceſſitatē abſq; vlla petitione. vnde nō dicit. Da eis vinū vt reuerētiā filio ſeruet: ⁊ in liberalitate filij ⁊ miſericordia ſpē ponēs tm̄ defectū ꝓponit. Ex corde em̄ pijſſimo voluit preuenire totalē defectū ne confuſio appareret: ⁊ ideo inuitauit filiū quē ad hoc potentē ſciebat. Plena quippe ſpūſancto iam tūc illud miraculū preuidebat: qd filiꝰ eius facturꝰ erat: qd ergo facere cogitabat hoc illa vt faceret ammonebat: ſm Hiero.

Hiero.

Congruū eſt ꝙ vbi deꝰ inuitat̃ tꝫalis vinum iocūditatis deficere debeat. hoc em̄ vino ſancti nō delectant̃: qꝛ inebriat ad dei obliuionē: ⁊ incendit ad cōcupiſcētiā: nec dubiū eſt quin xp̄s ad delectantes in vino iocūditatis nūꝗ introiſſet: ⁊ iō cōgruū eſt vt in nuptijs ſanctorum deficiat.

C Augu. Mulier. Maria

Rn̄dit ieſus (Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier) qd me moleſtas? ſm Aug. Maria mulier dicta eſt nō corrupta ꝟginitate: ſꝫ appellatione gētis ſue: mulieres em̄ oēs feminas illi appellauerūt ꝓprietate lingue hebree. vñ ⁊ mulier de eua ꝟgine cū adhuc in paradiſo eſſet dicit̃ mulier quam dediſti mihi ſociā ⁊c.

Orige.

ſm Orige. Cōgrue vocat Mariā mulierē pro ſexu ⁊ ꝓprietate cordis per miſericordiā emolliti: qm̄ mīa emollita mollia ſenſit de nuptijs celebrātibꝰ q ex paupertate vini in ꝓmo manifeſtanda verecūdati fuiſſent: ⁊ addidit.

Nondū venit hora.

(Nōdū venit hora mea) i. nondū vini defectū ſentiūt qui aſſunt. ſine ergo eos prmū hoc ſentire: qꝛ cū neceſſitatē cognouerint magis reputabūt bñficium qd recipiūt.

Chriſ.

Nā ſm Chriſo. Beata virgo ex pietate mota voluit ꝑoccupare tp̄s debitū faciēdi miraculū. ⁊ qꝛ iſtud miraculū inter miracula xp̄i erat prmū ⁊ ad cōfirmationē diſcipulorū: ideo debuit eſſe notū ibidē exiſtētibꝰ ⁊ gratū ipſis cōuiuātibꝰ. hoc autem magis fuit ex eo ꝙ factū eſt poſt totalē vini defectū ꝙ̄ ſi ante fuiſſet factū. Et qꝛ vt dictū eſt mater ieſu voluit preuenire totalē defectū ⁊ ꝙ ſtatim anteꝙ̄ eſſet oportunū xp̄s faceret miraculū: ideo xp̄s matrē haud dubiū ſapiētior eā repreſſit dicēs (quid mihi ⁊ tibi eſt mulier?) quaſi dicat. Scire tp̄s aptū ad faciendū miraculū fiendū nō eſt mihi ⁊ tibi cōe: ſed mihi ſoli cōuenit: propter qd ſubdit̃ (nondū venit hora mea). i. hora conueniēs faciendi miraculū a me ſolo cognita:

D Augu. Miracula facere.

ſꝫ ſm Augu. Facere miracula cōpetebat xp̄o ſm diuinā naturā quā a matre non habuit. et ideo ꝑdicto modo rn̄dēdo matri oſtendere voluit ꝙ in hoc non tenebatur ei obedire: quia in natura diuina nihil habuit a matre: nec ꝑ cōſequēs cū ea aliqd cōe: ideo dicit (qd mihi ⁊ tibi eſt mulier) quaſi dicat vis fieri miraculū: ſꝫ ad hoc agēdū quid cōmune habeo tecum. q. d. ex natura cōmuni tecum hoc nō ago: ſꝫ ex eo qd habeo a patre: qꝛ virtutē faciēdi miracula a patre habeo nō a te. Sed qꝛ humanitatē in qua paſſus eſt traxit a matre: ideo addidit.

Hora xp̄i.

(Nondū venit hora mea) a me diſpoſita hora. ſ. volūtatis nō neceſſitatis. i. tp̄s patiēdi ex cōmuni mihi ⁊ tibi ſcilicet in natura quam a te habeo: ⁊ tūc te recognoſcā: ⁊ tibi condeſcendā. vnde cū veniſſet hora quavt homo moreret̃ de cruce cognitā matrē recōmendauit diſcipulo: quem pre ceteris diligebat. Prime tm̄ ſentētie ſcilicet Chriſ. magis cōſonat litera ſequens: qꝛ mater ieſu ex eius rn̄ſione non oſtendit petitionē ſuā repulſam: ſed conuenienter dilatā. vnde de dn̄i rn̄ſione nō diffidens: ſed de ſua benignitate preſumens redijt ad miniſtros q ſeruiebāt in nuptijs illis: ⁊ fiducialiter mittēs illos ad filium ſuū dixit eis (quodcūq; dixerit vobis facite) expectans hora cōueniēti a filio ſuo cognita impletione petitionis ſue. q. d. Licet abnegare videat̃ tm̄ faciet intellexit em̄ in illis verbis dn̄i ſe nō exaſperatā. ⁊ ideo fiducialiter imperauit miniſtris vt ꝑcepta implerēt filij iubētis. Sciebat em̄ eum tāte mie ⁊ pietatis ꝙ cōpateret̃ indigētibꝰ ⁊ faceret ꝙ petebatur: licet aſpere loqui ⁊ negare videretur.

Marie doctrina.

Sana doctrina virginis marie vt ſemper debeamus xp̄o obedire: ⁊ ꝑ hoc etiam monemur de dn̄o non deſperare ſi nobis cū oramus videat̃ de facto durius rn̄dere: ſed cum beata virgine fiducialiter eius miſericordiā expectare. Sed cum xp̄s maximā reuerentiā matri detulerit mirū videt̃ qd ſic extranee ei rn̄dit.

Augu.

Dura quidē videt̃ predicta dn̄i rn̄ſio ſed ſm Aug. Inſtructoria eſt: qꝛ in diuinis que dei ſunt matrem recognoſcere nō debemus.

Bern̄. Mariā nō eſſe xp̄o extraneā.

Et ſimiliter ſm Bern̄. ad inſtructionē noſtrā fuit qui de hoc loco ſic dicit. Quid tibi ⁊ illi dn̄e: nonne qd filio ⁊ matri: quid ad illā pertinens queris: cū ſis benedictus fructus vētris ſui immaculati. nonne ipſa eſt q ſaluo pudore concepit: ⁊ ſine corruptione te peperit: nonne ipſa eſt in cuius vtero. ix. mēſibꝰ moratus es: cuiꝰ virgineis vberibꝰ lactatus es: cū qua. xij. annorū factus de hieruſalē deſcendiſti ⁊ eras ſubditus illi dicis. Quid mihi ⁊ tibi: multū per omnē modū: ſed manifeſte iam video ꝙ nō velut indignās aut cōfundere volēs virginis ⁊ matris tenerā verecūdiam dixeris: quid mihi ⁊ tibi cū veniētibus ad te iuxta preceptū eius miniſtris nihil cūctatus facias qd ſuggeſſit. Ut qd ergo fratres vt qd rn̄derat prius: vtiq; ꝓpter nos ⁊ conuerſos ad dn̄m vt iam nō ſolicitet carnalium cura parentū ⁊ neceſſitudines ille nō impediant exercitiū ſpūale. Quādiu em̄ de mundo ſumus debitores nos cōſtat eſſe parētibꝰ. At poſtꝙ̄ reliqmꝰ noſmetipſos: multomagis

E religioſi mortui ſūt mūdo.

ab eorū ſolicitudīe liberati ſum⁹. Uñ legimus fratrē quēdā in heremo conuerſantē: cū ad eū carnalis frater auxilij gratia aduentaſſet rñdiſſe: vt adiret alterū fratrē eorū cū ille vtiq̧ iā obijſſet. Cū admiratus q̄ venerat rñderet quia ille obijt heremita: ſe quoq̧ ſiliter obijſſe rñdit. Optime ḡ nos docuit dñs ne ſoliciti ſimus ſup ꝓpinquos carnis noſtre pluſq̄ religio poſtulet qñ ipſi

mat.xij

matri et tali matri rñdit. (Quid mihi et tibi eſt mulier?) Sic et in alio loco cū ſuggereret ei q̄dā: qm̄ mr̄ eius et fratres eius foris ſtarēt querentes ei loqui rñdit. Que eſt mr̄ mea ⁊ fratres mei vbi mō ſunt q̄ tā carnaliter et inaniter ſup carnalibus propinquis ſuis ſoliciti ſunt ac ſi adhuc viuerēt et ipſi cū eis. hec Ber. (Erant aūt ibi lapidee

Lu.viij

hydrie.

hydrie ſex poſite ſm purificationem) .i. ſm morē ⁊ ritū purificatiōis (iudeoꝝ) hoc ē vaſa aquatica ⁊ aquarum receptui parata: ab hydor qđ eſt aqua ſic dicta vt ſi forte contigiſſet aliquē de cōuiuis vel miniſtris lauare ſe vel vaſa aquā ad hoc inueniret ⁊ haberet paratā. Crebro eñ manus et vaſa epulatoria iudei baptizabant .i. lauabāt ⁊ purificabant: ⁊ ſi caſu immūdū aliq̄d tetigiſſent niſi ṗus loti nō comedebāt. (Capiebāt) aūt (ſingule) hydrie (metretas): id eſt mēſuras (binas vel ternas) a metron qđ eſt mēſura ſic dicta ſm Iſidorū. Metreta q̄dā menſura eſt cōtinēs .x. ſextarios: ⁊ ſm eūdē ſextarius continet tm̄ duas libras qui bis aſſumptus vocatur bilibris. (Et dixit ieſus) miniſtris. (Implete hydrias aqua.) Aliq̄d eñ de aq̄ prius poſita inde aſſumpſerant ad purificationem vaſorū et iō iuſſit ieſus ſuppleri qđ fuerat amotū. Euntes igiť miniſtri hauſerūt aquā de puteo q̄ adhuc ibi eſſe dr̄ et ex vi

Metreta.

Sextarius.

Aque i vinum mutatio ſine verbo.

culū (⁊ ipleuerūt hydrias) vſq̧ ad ſummū. Que cū fuiſſent iplete: aqua conuerſa eſt in vinū diuina ṽtute: nō dr̄ hic ꝙ aliqua ṽba ad h̄ dixerit: ſicut in tranſſubſtātiatione panis et vini in corpus ſuū ⁊ ſanguinē: ſed occulta ṽtute diuinitatis hoc opatus eſt ſine ergo ol ṽbo ſola dñi volūtate in optimum vinū aqua cōuerſa eſt: cū tñ alia miracula et ṽbo ⁊ tactu corporeo et aliqñ fletu perfecerit. Et dixit eis ieſus. (haurite nunc ⁊ ferte architriclino). In hoc duo notantur. Primū diſcretio dñi: qꝛ primo miſit magis honorabili: nec in hoc fuit pſonarū acceptor: qꝛ ſm Aug. Nō cū hoīes diuerſo mō ꝓ ſuis gradibus honoram⁹ tūc timēdū eſt ne pſonas accipiamus. Scđm hūilitas dñi: qꝛ pꝫ ꝙ ſedebat longe ab architriclino: cum diceret ferte illi: quaſi ab eo remoto: ⁊ cū ille ſederet in magis honorabili loco colligiť qđ dñs nolens ſedere ibi nec iuxta eum. elegit ſibi humiliorē locū. Tricliniū eſt locus vbi ſunt tres ordies mēſurarū: ſm grad⁹ ſupiores et inferiores ordinatarū: ſicut ſolet eſſe in refectorijs religioſorum: et dr̄ tricliniū a triplici ordine lectorū ſup quos ſedendo recūbentes comedebāt. Cline eñ grece lectū latine ſigt. Nā antiquit⁹ in lectis ſedētes et accūbentes comedere ſolebant vt ex labore fatigatiōis interiꝫ dū cib⁹ ſumiť: mēbra q̄eſcerēt: ⁊ iō in ſcripturis dicunť comedentes accūbere: vel recūbere: ſeu diſcūbere: qđ eſt q̄ſi iacēdo comedere. Architriclinus eſt ṗnceps ⁊ primas tricliniij .i. ṗncipalis ⁊ ṗmus inter cōuiuātes in triclinio. Et probabile eſt ꝙ fuerit aliquis ſacerdos illi⁹ tp̄is qui nuptijs intererat ad bñdicēdū ⁊ ad oñdēdū q̄liter debeāt procedere ſm legē et ſtatuta ſeniorū. Uoluit ḡ dñs nr̄ qđ ṗncipalior inter cōuiuas ṗmo de vino illo guſtaret vt preſidentis ſentētia acceptabilior eēt: ⁊ ex ipſi⁹ cōmēdatiōe miraculū notius fieret. Sic ⁊ nos debemus noſtra examinatori p̄lato offerre ad ꝓbandū ea (vt aūt guſtauit architriclinus aquā vinū factā) .i. mutatā in vinū (⁊ non ſciebat vñ eſſet). ſ. ꝑ xp̄i ṽtutē (vocat ſpōſum) q̄ſi ad arguēdū ipſum (⁊ dr̄ ei. Ois hō) rōnalis ⁊ prudēter agēs (in principio bonū vinū apponit) conuiuantibus: qꝛ tunc ſenſus eſt viuax et pōt diſcernere vini bonitatem ⁊ acceptare (⁊ cuꝫ inebriati fuerint tūc) apponit id ꝙ deterius) .i. aquoſi⁹ ⁊ debili⁹ ad mitigationē ebrietatis: qꝛ tunc nō ſic ſciunt diſcernere inter bonū et deterius. (Tu autē) contra conſuetudinem faciens (ſeruaſti vinū bonuꝫ vſq̧ adhuc) ita ꝙ mō ſapor eius diſcerni nō poteſt. q.d. arguendo cū inordinate et imprudenter feciſti contrariū. Iſte tñ (vt p̄dictū eſt) ignoranter loquebať. Miniſtri ergo q̄ dederant vinū illi et alijs diuulgauerunt miraculū: qꝛ ipſi ſciebant qūo fuerat factuꝫ. Cōmendauit architriclinus vini bonitatem et poſt in cōi cōmendauerunt miraculi nouitatē. Nō dubium quin melior erat mutati vini natura q̄ nati. vnde Chri. Fecit aquam in vinum: non ſimpliciter autē vinū: ſed vinum optimum. Talia eñ chriſti miracula multo his q̄ per manum perficiunť ſpecioſiora et potiora quodāmō ſunt ita et in alijs qñ mēbrū dixerit corpis claudicās ſanis demōſtrabat hoc melius. ⁊ iterū. Gñale eſt in oībus xp̄i miraculis qđ ſemp ad aliq̄d meli⁹ terminať q̄ poſſit fieri ꝑ naturā. h̄ Chriſo. Hoc miraculū ṗmo a xp̄o fcm̄ ē ad manifeſtādū ṽitatē diuininitatis in eo latētē ⁊ ad cōfirmandū eoꝝ fidē: et hoc eſt qđ dr̄. (Hoc fecit ieſus initium ſignorū) ꝑ ſe factorū: qꝛ añ hoc fuerūt ſigna ꝑ p̄rēꝫ facta circa ip̄m ⁊ iō falſum eſt qđ dr̄ de ſignis puerilibus in lib. de infantia ſaluatoris ⁊ in euāge. nazareorū. Fecit aūt hoc (in chana) villa quadā ꝓuincie (galilee) in q̄ villa oſtendit loc⁹ vbi

F Augu. Acceptio pſonarū non timēda.

Triclinium.

Clin:

Archi triclinus.

G Chriſ: vini miraculo ſi bonitas.

chana

ſteterunt hydrie: ⁊ triclinium vbi ſteterunt mēſe: ⁊ deſcendit ad ea p plures grad⁹ ſub terra: ſicut eſt in plurib⁹ alijs locis ſanctis ꝙ forte accidit ꝓpter frequētes deſtructiones ⁊ ruinas factas in illis. (Et manifeſtauit) p hoc ſignū (gloriam ſuā) .i. glorioſam latentē in carne deitatē: et p deitatis potētiā p quā hec fecit ⁊ ꝙ glorioſus eſt oſtendens p effectū diuine ꝟtutis ꝙ ipſe eēt dñs ꝟtutū ⁊ rex glorie: ⁊ qđ ipſe eſſet ſpōſus eccleſie ⁊ qđ ipē eſſet q̇ cūcta ex nihilo potuit creare q̇ etiā ſicut dñs qñ voluit potuit elementa imutare. ſm Chriſ. Oſtēdēs qm̄ ipſe eſt q̇ in vineis aquā trāſmutat: pluuia p radicē in vinū vertit: qđq; in plāta p multum tpis fit hoc repēte ſimul in nuptijs opat⁹ ē. (Et) viſo miraculo (crediderunt in eū diſcipuli eius) .ſ. magis firmiter ⁊ pfecte ꝙ ante miraculū. Habebat eñ paucos diſcipulos ſicut ⁊ ioannes q̇s familiariter docebat: nō tñ ſic inſepabiliter adherentes ⁊ pfecte cre dētes ſicut poſt miraculū: ſed q̇ illi fuerunt neſcim⁹. Vñ dicunt̄ diſcipuli ꝓpter notitiā ⁊ ſequelā et mutuū inter xp̄m ⁊ ipſos amorē: vel q: poſt futurū diſcipuli erāt: ad verbū eñ ioannis plures eū occulte audiebāt q̇ poſtmodum oīno eū ſecuti ſunt. Pōt ēt dici ꝙ aliq̇ de nouo in eū crediderunt: et illi q̇ prius crediderant vt andreas ⁊ alij per hoc in fide ſolidati fuerunt. vbi Aug. Scriptura non ſolū illos duodenos appellat diſcipulos ei⁹: ſed oēs q̇ in eū credētes magiſterio eius ad regnū celoꝝ erudiebant̄. Notādū hic qđ ſm q̄druplicē ſenſum ſacre ſcripture quadruplices ſunt nuptie .ſ. carnalis copulatiōis: ſm ſenſum lr̄alē diuine icarnatiōis ſm ſenſum allegoricū: ſpūalis ꝯiūctionis: ſm ſenſum tropologicū ⁊ beāte fruitionis ſꝫ ſenſuꝫ anagogicū. De pmis nuptijs ad lr̄am ē euāgeliū p̄ſens. Iſtis nuptijs intereſſe debent mater ieſu: et ieſ' cū diſcipulis ſuis. Per tres iſtos intelligunt̄ tria bona mr̄imonij. Primum bonū eſt fides caſtitatis qđ ſigt caſta mr̄ dñi. Scđ'ꝫ eſt ſacramētū: ſigt eñ cōiunctionē diuinitatis ⁊ hūanitatis in xp̄o: vel xp̄i et eccleſie quā ſacram rem ſigt et efficit xp̄s qui interfuit nuptijs. Tertiū eſt ples ſuſcipiēda ⁊ educāda in fide xp̄i quod ſignificant xp̄i diſcipuli. Scđe nuptie allegorice ſunt diuine icarnatiōis. In his nuptijs ſpons' eſt fili⁹ dei ꝟbū eternū: ſponſa ꝟo humana natura. In his nuptijs totaliter fuit mater ieſu: et ipſe ieſus ⁊ diſcipuli ei⁹ futuri quos elegit in ipſo ah mūdi ꝯſtitutionē. Harum nuptiarū proles ſunt oēs qui credunt in eum. Aliter iſte nuptie allegorice dicunt̄ eē int̄ xp̄m ſpōſum et eccleſiā ſpōſam: quaꝝ nuptiarū proles ſunt oēs fideles ⁊ redit in idē cū iā p̄miſſis. Tertie nuptie ſunt tropologice ſpūalis videlꝫ

Vini in vineis productio.

Diſcipuli domini.

Augu.

iiij nuptie q̄druplices.

Bona matrimonij. ephe. v.

cōiunctiōis dei ⁊ aīe. in his nuptijs cōſiſtūt tria bona cōiugij fides: ples: sacr̄m. Quarte nuptie ſunt anagogice et celeſtes in q̇b⁹ gaudiū nr̄m erit plenū. vñ i Apoc. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ dem⁹ gloriā deo (q: venerunt nuptie agni ⁊ vxor ei⁹ p̄parauit ſe. Ad has nuptias nō intrant niſi hi q̇ ad cenā nuptiarū agni vocati ſunt: q̄les ſunt ꝟgines prudētes q̇ intrauerūt cū ſpōſo ⁊ clauſa ē ianua. Sicut ḡ ſunt nuptie hoīs ⁊ hoīs in carnali copulatione: ita ſunt nuptie dei ⁊ hoīs in naturaꝝ ꝯiunctiōe ⁊ ſpūs creati ⁊ ſpūs increati ſocietate. et hoc in gr̄a ⁊ gl'ia. Prime nuptie dei ⁊ hoīs facte ſunt: cū hūanā naturā diuie nature in vnitatē pſone copulauit. Scđe ſunt dei ⁊ hoīs in vno ſpū in gr̄a charitatis ꝯiūcti. Tertie ſunt dei ⁊ hominis in gloria: qñ fidelis anima ingredit̄ thalamū ſponſi in ſecreto celeſtis luminis. In oībus aūt his aqua terrene conſolationis inſipide trāſit in vinū iocūditatis eterne in dei ſapore et ſocietate. Poſſumus etiā dicere qđ per nuptias de quib⁹ ſm ſenſum lr̄alē dr̄ coniūctio xp̄i ⁊ eccleſie intelligit̄ et qđ iſtud matrimoniū in vtero ꝟginali initiatū fuit qñ deus pr̄ filio humanā naturā in vnitate pſone vniuit: ⁊ ſic thalam⁹ hui⁹ coniunctiōis fuit vterus virginalis. publicatū autē fuit qñ eccleſia ſibi per fidē coniuncta eſt: conſummatū vero erit qñ ſpōſa .i. eccleſia introducet̄ in thalamum ſponſi in celeſtē .ſ. gloriā. ⁊ ſm Bed. nō vacat a miſterio ꝙ die tert. a nuptie facte referuntur. Primus nāq; dies eſt tp̄s legis nature quo patriarchaꝝ exēplo. Secund⁹ tp̄s legis ſcripte: quo ꝓphetarū ſcriptis. Tertius tēp⁹ gr̄e quo euangeliſtaꝝ p̄conijs quaſi tertie diei luce mundo refulſit: in quo dñs i carne natus apparuit ⁊ nuptias celebrauit. vnde Oſee. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos ⁊c. Sꝫ ad hoc quod in chana galilee .i. zelo trāſmigratiōis eedem nuptie facte phibent̄ ſignificat, eos gratia dei dignos eſſe q̇ zelo deuotionis feruere ac de vitijs ad virtutes: et de terrenis ad eterna norūt trāſmigrare. Et ſm Augu. miſteria q̇ in illo dñi miraculo latent videamus oportebat implere in xp̄o que de illo ſcripta erant. Illa erant aqua. Fecit autē de aqua vinum cum apperuit eis ſenſum ⁊ expoſuit. Sic enim ſapit qđ non ſapiebat et inebriat quod nō inebriabat. vt autem dicit Alchuinus: miniſtri ſunt doctores noui teſtamenti q̇ ſcripturas ſpiritualiter alijs interpretant̄. Architriclinus vero eſt aliquis legiſperitus: vt nichodemus: gamaliel ſaulus. Dū ergo talib⁹ euangelij verbū cōmittit̄ ꝙ in litera legis occultatur: quaſi vinū de aq̄ factū architriclino ꝓpinat̄. Et bñ in domo nuptiarū tres ordines. diſcumbētiū altitu-

Apoc. xix.

Math. xxv.

I Aqua inſipida trāſit in vinū.

Beda.

Dies tertiꝰ.

Oſee. vj.

Augu. allegorice.

alchuinus.

ordines dine inter se distātes describunt: q2 ecclesia
fideliu3 tribus ordinibus fideliū cōstat. s. cōiugato
tres. rū continētiū ⁊ doctorū. Optimū autē vinū
xp̄s vsq3 adhuc cōseruauit: id est euāgeliū
suū vsq3 in sextā etatē distulit. Sed aliis ꝓ
pter plixitatē vitandā omissis de nuptiis
tropologicis ꝓpter moralitatē aliquantu
lū latius videam⁹. Spūaliter ergo in cha
R na galilee fiūt nuptie qn̄ intra sanctā eccle
Morali siam siue conuersatione bonā per feruorē
ter. xp̄o fideles aīe sociant. Chana em̄ iterp̄re
Luce. j. tat zelus ⁊ significat feruorē dilectionis: ga
lilea vo interp̄retat transmigratio facta et
designat ecclesiā ex qua interp̄retatione h̄
ostendit q illi feliciter ad has spirituales
nuptias veniūt ⁊ discūbētes digni xp̄o sunt
q̇ feruore dilectionis ⁊ zelo amoris dei tacti
mala opera respuere ⁊ bona amare didice
runt: ac de vitiis ad virtutes ⁊ de statu cul
pe ad gratiā: necnō de terreno amore ad ce
leste desideriū ⁊ a seipsis in deū trāsmigra
uerunt. In sancta nāq3 ecclesia siue in spi
ritualis vite cōuersatione honesta respuen
tes mala amam⁹ bona: ⁊ postponētes trāsi
toria transmigramus ad eterna. Ad hoc fa
Luce. j. cit q ille eximie nuptie in annūciatione qn̄
beata virgo celi nupsit architecto sunt i ga
lilea facte ad insinuandū q mens apta nu
ptiis spiritualib⁹ d3 esse in trāsmigratione
in his nuptiis iesus saluator. i. q̇ populum
suū saluat a pctīs eorū aquā cōuertit in vi
nū qn̄ cōuertit impiū ⁊ facit piū qn̄ aufert
culpā ⁊ cōfert gratiā: s3 ad p̄ces beate vir
ginis q̇ semꝑ cōpatit miseriis implent hy
drie: ⁊ aqua tristicie cōuertit in vinū cōso
latiōis ⁊ deuotiōis eterne. Sex hydrie sunt
q̇nq3 sens⁹ corpis cū vno simplici sensu aīe:
s3 hydrie dicunt lapidee: q2 sensus nr̄i ab
gratiā obdurati sunt ꝑ culpam. Istas hy
drias aqua implem⁹ qn̄ fletu nr̄e cōpun
ctionis oēs sensus nr̄os a culpa transacta
ꝑfecte lauam⁹ tali aq̄ purificant iudei. i.
vi cōfessores xp̄i q̇ nō tm̄ confitent eū voce
oris: s3 etiā ope manuū in veritate cordis.
Capiūt aūt hydrie metretas binas vel ter
nas binas qn̄ flem⁹ q̇ cōmisim⁹ delectatiōe
⁊ cōsensu ternas vero qn̄ fletib⁹ purgamus
nō solū dilectionē prauā ⁊ cōsensum: verum
etiā opus malū: aqua deniq3 in vinū cōuer
tit qn̄ fletū culpe iocunditas gr̄e sequit vel
etiā qn̄ in mēte hoīs opus dei qd̄ laboranti
prius nō sapit per spiritualē negligentiam
L illuminato dulcescit. (Omnis autē homo
vini bo primū vinū bonū ponit) q2 hoies ea q̇ ad vi
ni posi num pertinēt: sc3 delectabilia amat ⁊ que
tio. runt in p̄senti: deinde qd̄ deterius est: q2
amara inuenient ⁊ recipient in futuro. Sic
ergo diabolus p̄mo suggerit aliq̄ sub spe
cie boni: ⁊ cū quis ꝑ cōplacentiā inebriat⁹
fuerit: tunc qd̄ deterius est scilicet enormi
tates diuersas in pctīs superinducit: s3 xp̄i mat. ij.
stus nō primo vinū bonū ponit: sed in poste ij. ti. iij.
rum seruat: q2 a principio amara ⁊ dura ꝓ
ponit: q2 arcta est via q̇ ducit ad vitam. Et
omnes qui pie volunt in xp̄o viuere amari
tudines ⁊ tribulationes patiunt: sed in fu
turo delectationes ⁊ gaudia consequunt: ⁊
parua sunt bona que nobis tribuit in p̄sen
ti tp̄e ad cōparationē futurorū q̇ bonis da
turus est in eternitate. Bonus medicus nō
q̄ dat bonū ⁊ purū vinū ifirmo vel illi q̇ eua
sit de ifirmitate q̄ diu est debilis donec per
fectā habeat sanitatē: sed dat sibi vinū aqua
mixtū. ideo sic hoīe existente in vita ista q̄
uis euaserit infirmitatē peccati: tamen de
bilis est et pōt recidiuare. dat dn̄s vinū mi
xtum aqua tribulationis: sed in fine qn̄ ha
bebit ꝑfectā sanitatē tunc dabit vinum pu
rum eterne cōsolatiōis. De p̄dictis hydriis
⁊ metretis sic dicit Ber. Sex hydrie posite M
sunt his q̇ post baptismum in peccata labū ber. hy
tur. Prima hydria ⁊ p̄ma purgatio in con drie sex
punctione est de qua legim⁹: q̄m in quacū Scd̄m
q3 hora ingemuerit peccator omnes iniqui aliam
tates eius non recordabunt. Scd̄a vero cō transla
fessio est: ola si quidem in cōfessione lauau tionē.
tur. Tertia elemosynarū largitio hinc em̄
habes in euangelio. Date elemosynam ⁊ Lu. xj.
ola mūda sunt vobis. Quarta est remissio
iniuriarū sm̄ qd̄ orātes dicim⁹. dimitte no
bis debita nr̄a sicut et nos dimittim⁹ debi
torib⁹ nr̄is. Quinta est afflictio corporis. vn̄
exoram⁹: vt mundi per abstinentiā deo ca
namus gloriā. Sexta est obediētia p̄cepto
rū sicut audierūt discipuli q vtinam merea
mur audire ⁊ nos: vos mundi estis ꝓpter
sermonē quē locut⁹ sum vobis. Nimirum:
q2 nō erāt sicut hi de q̇b⁹ sermo d2. Sermo Jo. xv.
me⁹ nō capit in vobis: sed in auditu verbi Joan.
ac etiam confitentes ⁊ admirãdo dicentes.
(Qualis eſt hic)⁊.q̃t⁹.i.q̃ magn⁹:q̃ potẽs:
Chriſ. ⁊ quãte dignitatis ⁊ poteſtatis.q.d.non eſt
Sõni ⁊ homo pur⁹:ſʒ verus de⁹.Vbi Chri.Sõnus
trãqlli- hominẽ:trãqllitas deũ oſtẽdebat:ideo di-
tatis ſi- cunt qualis eſt hic:qꝛ ſicut hõ dormit:⁊ ſi-
gnifica- cut deus miracula facit.Tria ergo admirã
tio. tur ⁊ hominẽ dormientẽ ⁊ deũ imperantẽ ⁊
creaturã obediẽtẽ.vñ addũt(qꝛ venti ⁊ ma-
re)q̃ inſenſibilia ſunt(obediũt ei)ad nutũ
obſequẽdo ſicut creatura creatori ſuo.Jn
quo redarguunꝶ creature rationales q̃ nõ
obediunt creatori cum creature inſenſibi-
les obediãt ei.Qui ergo prius miracula in
terra fecit etiã in mari facere voluit:vt dñs
terre et maris appareat ⁊ in ſignũ qđ tota
ei ſeruit orbis machina ⁊ cuncta ad nutum Rogari
ſuũ ſunt creata.Per h̄ aũt ꝙ a diſcipulis ex vult
citatus ⁊ rogatus eos liberauit oſtenditur deus.
ꝙ ſemper vult rogari a nobis.ſepe enim ex
ponit nos preſſuris:quia vult vt euʒ orem⁹
⁊ ſic liberemur ab illis.Unde patet ꝙ mul Oro me
to melior eſt oratio q̃ lectio.ſm Chriſ.Chri lior le-
ſtus fecit in mari magnã turbationem : vt ctiõe eſt
magna turbatio magnum diſcipulis incu-
teret timorem : et magnus timor induce-
ret eos ad clamoſam orationem:⁊ clamoſa
oratio induceret xp̃m ad magnam miracu
li operationẽ.⁊ magnũ miraculũ induceret
hoĩe ad fidẽ ⁊ admirationẽ.vñ Aug. Jdeo
premunꝶ iuſti:vt preſſi clamẽt:clamãtes ex- Augu.
auditi glorificẽt deũ.Jſte aũt clamor non tã
tum dʒ fieri voce ⁊ corde:ſed etiam opere:vt
inſiſtãt ieiunijs ⁊ elemoſynis ⁊ maceratio-
ni corporis. ¶ Miſtice iſtud poteſt exponi
diuerſimode.Primo allegorice prout perti- N
net ad totuʒ corpus eccleſie:vt nauicula in ecclia ẽ
telligatur eccleſia fidelium que ad moduʒ nauicu
nauis i pncipio fuit arcta qꝛ paucos habuit la.
credẽtes:in fine etiam.ſ.tp̃e antichriſti erit
anguſta:qꝛ tũc pauci erũt fideles:in medio
autẽ eſt lata:qꝛ modo fides eſt multum dila
tata.Jn hac naui cõtinentur fideles qui cũ
chriſto ꝑ mare ſeculi ad regnũ celorũ per-
ueniunt.hanc itaq3 nauẽ aſcendit xp̃s per
regimẽ ⁊ gubernationẽ qꝛ ipſe eſt rector ec-
cleſie ⁊ gubernator in qua diſcipuli contineꝶ
tur.Hanc aũt aſcendit in baptiſmo:quia ba
ptiſm⁹ eſt ianua ſacramentorũ.Jn eccleſia
ergo tanq̃ in naue ſum⁹ ⁊ hh̃s nobiſcũ pro-
pter ſua ſacramẽta.Sed cõtra eccleſiã flãt
venti varij ⁊ validi malorꝝ:⁊ eleuaꝶ fluctus
cõtra eã vt ſic nauicula quaſi optaꝶ fluctib⁹
ſubmergi tñ nõ põt:⁊ iter hec oĩa dormire
vꝶ ⁊ nõ attendere:qꝛ ſm Orige. patientiam Orige.
bonorꝝ ⁊ pn̄iam ipiorũ expectat.xp̃i enĩ dor
mitio eſt diuina in tribulationib⁹ ꝑmiſſio q̃
excitaꝶ qñ bonorũ p̃cib⁹ pulſatur.accedam⁹
ergo ad eũ dicẽtes.Exurge quare obdormis
domine,exurge:⁊ ne repellas in finem. Jp̄e Ps.xliij.
autẽ exurget ⁊ imperabit ventis.i. demoni-
bus q̃ cõcitãt fluct⁹.i.malos hui⁹ mũdi ad
immittẽdũ ꝑſecutiões ſctĩs facietq3 trãquil
litatem magnã pacẽ eccl'ie ⁊ ſerenitatẽ mũ-
do ꝑ ceſſationẽ tribulatiõis cõferendo vel
patientiã tribulatis dãdo. De iſta naui ſic Chriſ.
dicit Chri. Nõ dubiũ eſt nauẽ iſtã eccleſiaʒ
figuraſſe q̃ nauigãtib⁹ apl'is gubernante do
mino flãte ſpũſctõ p̃dicatiõis v̄bo vbiq3 diſ mare p
currit,portãs ſecũ magnũ ineſtimabile pre- ſeculo.
cium quo totũ mũdũ ſanguine xp̃i mercata
eſt.Mare vero ſeculũ intelligiꝶ qđ a diuer-
ſis pctĩs ⁊ varijs tentationibus velut qui-
buſdã fluctibus eſtuat. venti autẽ nequitie
ſpirituales ⁊ immundi ſpiritus intelligun
tur qui ad naufragium eccl'ie per diuerſas

ſeculi tẽtationes velut p fluctus maris de-
ſeruiũt. Dormire vero dñs in hac naui itel-
ligit̃ cũ ad ꝓbationẽ fidei eccleſiã ſuã ꝑſſu
ris: ꝛ pſecutionib⁹ mũdi iſtius tẽtari ꝑmit-
tit. Excitatio vo diſcipulorũ excitãtiũ dñm ꝛ
auxiliũ implorãtiũ: vt liberent̃ ꝑces ſancto-
rũ oim oſtẽdunt̃. Et q̃uis infeſtatiõe inimi-
ci ecclie vel ſeculi tẽpeſtate laboret q̃uis tẽ
tationũ fluctib⁹ pulſet̃: naufragiũ tñ facere
non põt: q2 dei filiũ hʒ gubernatorẽ. Inter
ipſos eñ turbines mundi: iter ipſas ſeculi
perſecutiones plus glorie ac virtutis acq-
rit dũ in fide firma ꝛ indiſſolubili ꝑmanet.
Nauicula eñ inſtructa fidei gubernaculo
felici curſu per huius ſeculi mare habens
deũ gubernatorẽ: angelos remiges portans
choros oim ſanctorũ: erecta in medio ipſa
ſalutari arbore crucis in qua euãgelice fi-
dei vela ſuſpendẽs flãte ſpũſctõ ad portum
paradiſi ꝛ ſecuritatẽ q̃etis eterne deducit̃. H
Chri. Alio modo hoc idẽ põt exponi allego
rice prout ptinet ad caput eccleſie quod eſt
xp̃s: vt nauicula quã xp̃s aſcẽdit intelligat̃
arbor crucis cũ qua mare huius mũdi per-
tranſit̃ ſine periculis: cuiuſq3 beneficio ꝛ au
xilio fideles adiuti tranſfretatis ꝛ emerſis
mũdi fluctib⁹ perueniũt ad littus ꝛ portum
pr̃ie celeſtis. Hãc nauiculã xp̃s in die para-
ſceues cũ diſcipulis ſuis aſcẽdit per quam
mare ſeculi trãſiuit: nõ q̃dẽ qd ipſi tũc paſſi
fuerint: ſʒ q2 tũc eis exemplũ patiẽdi reliq̃t.
Unde aſcẽdente eo in hãc nauiculam ſunt
eũ cõſecuti: q2 oẽs ad tormẽta ꝛ vſq3 ad mor
tẽ fuerunt eũ imitati. Cũ ergo xp̃s in cruce
poſit⁹ fuiſſet magn⁹ mot⁹ in mari fact⁹ eſt:
q2 mẽtes diſcipulorũ mote ſunt: q2 a ſtabili-
tate fidei corruerũt: terremot⁹ magnus fa-
ctus eſt: petre ſciſſe ſunt: ꝛ cetera ſigna q̃ tũc
facta ſunt: ita ꝙ nauicula opta eſt fluctib⁹:
q2 tota vis pſecutionis circa crucẽ xp̃i fuit
ꝛ mẽtes oim' cõtra ipſam fluctuabãt: ꝛ fa-
cta eſt crux xp̃i iudeis ſcãdalũ: gẽtib⁹ autẽ
ſtultitia. Sed inter has cõmotiones ip̃e dor
miebat in cruce moriẽdo: q2 ſuum dormire
hoc loco mori eſt. Excitãt autẽ diſcipuli do-
minũ dũ turbati mẽte maximis deſiderioꝝ
clamorib⁹ reſurrectionẽ efflagitãt dicẽtes.
(Salua nos) reſurgẽdo a mortuis (q2 peri-
mus) ꝑturbatione tue mortis. Ipſe vero re-
ſurgẽs ꝛ p reſurrectionẽ excitat⁹: primo in-
crepat diſcipulorũ modicã fidẽ: q2 exprobra
uit incredulitatẽ eorũ ꝛ duriciã cordis. (Im-
perauit aũt vẽtis): q2 diaboli ſupbiã ſtrauit
impauit (ꝛ mari) q2 veſaniã iudeorũ compe-
ſcuit (ꝛ facta eſt trãq̃llitas magna) ꝛ cõſola
tio: q2 viſa reſurrectione ſedate ſunt mentes
diſcipulorũ ꝛ gauiſe: nos vo hoies vidẽtes
hec oia ꝛ cognoſcẽtes dicim⁹ (qualis eſt h)
ꝛ quãtus diſcipuli ergo .i. hoies fideles de-
bẽt eũ ſequi iuxta illud. Si q̃s vult poſt me
venire abneget ſemetipſum ꝛ tollat crucem
ſuã ꝛ ſequat̃ me. ¶ Et q2 p penitẽtiã marie Pnia p
crux tollit̃: iõ etiã tropologice ſeu moralr̃ p nauicu
nauiculã pnia deſignat̃: q2 p ipſam hõ ad lam.
portũ ſalutis deducit̃: ꝛ quicũq3 extra iſtam
nauiculã iuẽtus fuerit ad portũ ſalutis nõ
ꝑueniet: ſʒ ipſum vnda iferualis inuoluet:
iõ ſignificata eſt p archã noe: q2 illi q̃ in eã
aſcẽderũt fuerũt ſaluati q̃ vero nõ aſcende
rũt fuerũt ſubmerſi. Tũc autẽ ieſus nauicu
lam hãc aſcẽdit qñ q̃s ſalutis ſue auidus:
penitẽtiã aſſumit ꝛ ſepe contingit ꝙ qñ q̃s
penitẽtiã inchoat grauis tẽtatio eũ pulſat
nec de⁹ ipſum liberat: ſʒ auxiliũ ſubtrahit
ipſum: iõ recurrere dʒ ad eũ per feruentem
orationẽ ꝛ tã pſeuerãter inſtare donec im-
petret dei miſerationẽ. Tãta aũt grã ſepe
eũ cõſequit̃ ꝙ ipſe etiã in admirationẽ exci-
tat̃. vñ ſm Bedã. ¶ Cũ ſigno dñice crucis im Beda.
buti ſeculũ relinquere diſponim⁹ nauẽ cũ
ieſu cõſcendimus: mare tranſire conamur. Tim.j.
Qui eñ abnegãs impietatẽ ꝛ ſecularia de-
ſideria crucifigit mẽbra ſua cũ vitijs ꝛ cõcu
piſcẽtijs ꝛ cui crucifixus eſt mundus ꝛ ipſe
mũdo quaſi cũ dño nauẽ aſcẽdẽs: mare hu
ius ſeculi trãſire deſiderat: ſʒ nobis nauigã
tib⁹ quaſi inter equoris fremitus obdormit
dñs qñ crebreſcẽte vel immũdorũ ſpirituũ Gal.v.
vel hoim prauorũ vel noſtrarũ cogitationũ
impetu fidei ſplẽdor obtenebreſcit: ſpei cel-
ſitudo cõtabeſcit: amoris flãma refrigeſcit:
ſʒ tũc ad dñm recurram⁹ quaten⁹ tẽpeſtatẽ
cõpeſcat: trãq̃llitatẽ refundat ꝛ portũ ſalu-
tis iduigeat. Põt ẽt aliter tropologice ſeu G
moraliter exponi vt p nauiculã intelligatur Aia fide
q̃libet fidelis aia. hec nauicula mari expo- lis p na
nit̃ q2 corpi ſociat̃: vere eñ corpus nr̃m ma uiculaʒ
re eſt: q2 oia opa ei⁹ amaritudinẽ hñt anne intelli-
xã. In hãc nauiculã xp̃s aſcẽdit cũ eã p gra gitur.
tiã inhabitat. Sequunt̃ aũt eũ diſcipuli .i.
virtutes tres theologice: ꝛ quatuor cardina
les: ꝛ ſeptẽ dona ſpũſſancti. ecce q̃ pulchra
xp̃i comitiua q̃ eum ſemp comitabat̃ ꝛ q̃ti-
die cũ in animã fidelem aſcenderit comita-
tur. Sed ꝛ hanc nauiculam cõmouẽt venti
tẽtationũ in exteriores demonũ impulſio-
nes ꝛ vnde ſeu ꝓcelle paſſionũ .i. interiores
vexationes carnales q̃ frequẽter inſurgũt
pie in xp̃o viuẽtibus: ꝛ nonnunq̃ eſt tantus
tẽtationũ impetus: ꝙ quaſi aia operiat̃ flu-
ctib⁹ ex quib⁹ timendũ eſt virtutes ꝛ dona
piclitari in ea: ſʒ xp̃s in nobis dormit cũ ta-
lia permittit eo ꝙ ſomno nr̃o conſopiat̃ in
nobis ita ꝙ videt̃ nos dereliquiſſe: ſed non
eſt ita imo ipſe promiſit dicẽs: cum ipſo ſum
in tribulatione ꝛc. Et iõ redeunte aia ad ſe
virtutes ꝛ dona excitant dominũ exclaman
tes voce grandi ꝛ dicentes. (Dñe ſalua nos
perimus) tũc xp̃s omnẽ turbulentiã ſedat:
exteriores ventos demonum compeſcit flu-

ctus carnis cōtra animam ſe erigentis om
nino mitigat:⁊ ſic fit magna tranquillitas
exterius cū tribulatio et tētatio ceſſat:vel in
teri⁹ cū patiētiā bonā preſtat.⁊hec tranquil
litas virtutis melior eſt ꝙ tranquilitas cor
ij.Cor. xij. poralis:ſicut dictū fuit paulo.Sufficit tibi
gratia mea propter qđ ſubiunxit. libenter
Ibidem. igitur gloriabor in infirmitatibus meis:vt
inhabitet in me virt⁹ xp̄i:tā magna autem
fit trāquillitas ita vt ipſe tot⁹ hō miret̄ ⁊ di
cat.(Qualis eſt hic)miſericordiſſimus po
tentiſſimus ⁊ ſapiētiſſimus(q: mare et ven
ti)tentationū ⁊ paſſionū(obediunt ei)ad nu
tum.Quid igitur tā benigniſſimū ꝙ ꝙ deus
Ex pro uerbi. viij. in hāc nauiculā de celo veniens pro delitijs
hꝫ eſſe cū filijs hominū?quid inter tam ad
miratiſſime vtilitatis eſſe poterit ꝙ ꝙ deus
cōiunctus aīe ipſum promouet ad ſalutem
qui deſcendens in animā dormire tunc dici
tur cū ſubtracta gratia ſpirituali motus tē
tationis inſurgunt.Vigilare vero et excita
ri tunc dicitur cū ſpiritualis gratia iam pre
ſens ſentitur ad cuius preſentiam oīa tenta
tionū genera conquieſcūt.Circa iſtud Au
guſtinus quaſi de vno exemplū inducens
ſic ait.Intrant venti in cor tuū:vtiqꝫ naui
gas.vbi hanc vitā tanꝙ procelloſum ⁊ peri
culoſum pelagus tranſis intrant venti mo
uent fluctus:turbant nauē.Qui ſunt venti
Audiſti cōuitiū:iraſceris:cōuitiū ventus eſt
iracūdia fluct⁹ eſt:pclitaris:diſponis reſpō
dere:diſponis maledictū maledicto redde
re:iā nauis ꝓpinquat naufragio:excita xp̄m
dormientē:ideo ⁊ fluctus:et mala pro malis
reddere preparas:q: chriſtus dormit in na
ui.In corde enim tuo ſomnus xp̄i obliuio fi
dei:nam ſi excites xp̄m:ideſt recolas fidem
qđ tibi dicit tanꝙ vigilās xp̄s in corde tuo
ego:audiui demoniū habes.⁊ ꝓ eis oraui:
audit domin⁹ ⁊ patit̄:audit ſeruus et indi
gnatur:ſed vindictā vis: quid em̄ ego iam
ſuꝫ vindicat⁹:cū tibi hec loquitur fides tua
q̄ſi imperat ventis ⁊ fluctibus ⁊ fit tranq̄lli
tas.hec Augu.Et ſimiliter de alijs qui nos
tentant vel tribulāt itelligas ſuo modo : vt
ex oī parte cōcludat̄ mala conditio:q: ſicut
modicū foramen exiſtēs in naui ponit eam
in periculo niſi obſtruat̄:ſic aīa eſt in pericu
lo dānationis ꝓpter vnā malā cōditionem
niſi excludat̄:⁊ iō dicit in ꝓuerbijs. Omni
cuſtodia ſerua cor tuū.⁊ in eccleſiaſtico. Se
prouer. iiij. pi aures tuas ſpinis,⁊ ori facito hoſtia et ſe
ras auribus.Igit̄ qñ tribulamur et tenta
Eccle. xxviij. mur debemus eſſe cōſtātes in fide ⁊ nihil he
ſitare:q: lꝫ circa nos ⁊ facta noſtra dñs vi
deat dormire:ipſe tñ diligentiſſim⁹ eſt ſup
ꝯ Dormit cor p⁹ nr̄m cuſtodia nr̄a quotidie:q̄ et ſi iā ſui corporis
ſomno nō dormiat:caueamus tñ ne noſtri
corporis ſomno nobis dormiat ⁊ quieſcat.
Dormit enim quando ab orationibus,et bo

nis operibus ceſſamus:⁊ ſuſcitandus tunc
eſt in nobis crebris ⁊ deuotis precib⁹:⁊ ipſe j.cor.x.
tunc facit tranquillitatē:q: facit in tētatio Augu.
ne prouentum:ſed fatui ipſum magis ob Sugge
dormire faciūt:in hoc.ſ.quod magis ad hu ſtio peſ
manum conſiliū ꝙ ad diuinum confugiūt. ſima.
vnde Aug.Nihil tam maxime ſuggerit hu
mano cordi ab inuiſibiliter expugnātibus
inimicis niſi qđ deus non eſt adiutor:vt re
quirentes alia adiutoria inueniamur inua
lidi ⁊ ab inimicis ipſis capiamur.hͤ Augu.
Volens ergo ad ſeruitutē dei accedere ſm̄
conſiliū ſapientis preparent ſe ad tētatiōes Eccl.ij.
imminentes.cum em̄ quis a vitijs ⁊ pecca
tis ſe ſubtrahere voluerit vt ſoli deo vaca
re.i.intendere poſſit cōmotio magna fit in
mari ſeu mundo.i.perſecutio multiplex cu
ius cauſa eſt triplex.ſ.impulſus ventorum
hoc eſt tentatio a diabolo:turbatio maris
hoc eſt tētatio a mundo:cōmotio tempeſta
tis hoc eſt tētatio a carne quas tētationes Perſecutiōis cauſe tres.
contra ſe ſentit inſurgere.Procella em̄ ten
tationis ex inuidia diaboli conatus viri iu
ſti a bono propoſito cōmouere optat:aliqñ
prauorū perſecutionib⁹ exterius aliqñ im
pulſu malarū cogitationū interius:nōnūꝙ
etiā ex propria fragilitate carnis ſtimulus:
q: quāto magis q̄s deo appropinquare vo
luerit ⁊ in deū profecerit:tanto amplius in
uenit qđ durius oportet.In exemplo videli
cet iſraelitarū q̄ tūc duri⁹ a pharaone ſunt
afflicti:qñ ꝑ moyſen ⁊ aaron ad terrā pro
miſſionis ſunt vocati qđ dñs etiā ſuo exem
plo oſtēdit qñ poſt baptiſmū ⁊ ieiuniū tēta
tiones diaboli pertulit.ſepe em̄ poſt cōuer
ſionē nos diabolus acrius tētat quos a ſua
ſeruitute recedere cōſiderat:ſed ille qui nō
dormitat neqꝫ dormiet cuſtodiēs iſrael q̄ſi
dormit in naui cū mentē viri iuſti inter pro
cellas tētationū durius permittit fatigari.
Cumqꝫ ſentit tētationes ſua virtute ſupera
re nō poſſe:accedit ad omnipotētiā dei re
currens ⁊ ſuſcitat dñm cū mētis deuotione
illi appropinquās ⁊ ſuam fragilitatē humi
liter recognoſcit ac diuinā potentiā ac dei
miſericordiā deuotiſſime totis viribus men
tis implorāre nō ceſſat:quouſqꝫ in ſui adiu
toriū diuinū excitet auxilium:tunc em̄ ſur
gēs imperat vētis ⁊ mari:q: tentamēta dia
boli inſurgentia cōtra mentē viri iuſti con
q̄ſcere facit ⁊ cū ſibi libere ſeruire ꝑmittit
fit autē tūc magna tranq̄llitas:q: expulſis
malarū tētationū radicib⁹,virtutes aīe et
ea q̄ pri⁹ nō ſine formidine obſeruabat poſt
modū velut naturaliter ꝑ bonā cōſuetudi
nē cuſtodie incipit gaudēs cū ꝓpheta ⁊ can pſal. cxviij.
tans.Declinate a me maligni ⁊ ſcrutabor
mādata dei mei ſicqꝫ trāſnauigato mari et
huius ſeculi fluctib⁹ calcatis ad portū feli
citer peruenit paradiſi.

¶ Oratio.

Domine ieſu xpe ſpera ſuggeſtio-
nū ⁊ tētationū flatib⁹ ⁊ motib⁹
veni ⁊ ɋdere ſup cordis fluctus
vt ſerena ⁊ trāquilla fiāt omnia
mea: reqeſcat i te de⁹ meus cor
meū: cor mare magnū tumēs fluctib⁹ dor-
miat ab oib⁹ q̄ ſub celo ſunt vigilās in te q̄-
ten⁹ āplectar te verū bonū meū et ꝯtēpler
te lumē oculoꝝ meoꝝ ⁊ letabūd⁹ cātē ⁊ di-
cā ego dormio ⁊ cor meū vigilat ⁊ illud. In
pace in idipm̄ dormiā ⁊ requieſcā. Amen.

¶ De duobus demoniacis a legione obſeſſis. Capitu.xlvij.



Cum autē ie-
ſus et diſcipuli eius trāſ-
fretaſſent ⁊ mare galilee
trāſiuiſſent venerūt in re-
gionē geraſenorū ꝯ gali-
leā) geraſa ɋppe eſt inſi-
gnis ciuitas arabie trās
iordanē iuxta mōtē gala-
ad in ɋ̄ labā ꝯprehēdit ia-
cob in tribu manaſſe nō lōge a ſtagnó tybe-
riadis ex oppoſito galilee ſtagno interia-
cente a qua ciuitate denoiat regio geraſe-
noꝝ: ⁊ cū de naui eſſent ad terrā igreſſi (oc-
currerūt ei duo) hoies demoniaci (ſeui ni-
mis) qꝛ i ſe ⁊ in alios ſeuiebāt: nō qꝛ demo-
niaci aliq̄d poſſint niſi q̄tū deus eis p̄mit-
tit (ita vt nemo poſſet p viā illā trāſire) hoc
eñ intēdunt ſeuiētes i nos demones. ſ. ob-
ſtruere nobis viā vite (exeūtes de monumē-
tis) in q̄bus hēbāt ⁊ domiciliū hēbant.) Jō
in monumētis gētiliū vbi corpa coꝝ ſepul
ta erāt demones habitabāt tanq̄ habituri
ſup corpa coꝝ ptātē poſt iudiciū ſup quoꝝ
alas ptātē iam habebāt in monumētis ēt
aliqñ demoniaci habitāt: vt per hoc demo-
nes terrorē hoib⁹ de aiabus defunctoꝝ in-
gerāt: ⁊ etiā qꝛ in mortuis opib⁹. i. in pecca-
tis delectant et gaudēt q̄ ēt vinciebant ca-
tenis ⁊ cōpedib⁹ ⁊ ruptis vinculis agebant
in deſerto a demonibus: his ſiles ſunt mali
religioſi ſi quos vincula obediētie et cōſti-
tutionem nō pñt tenere quin exeāt de mo-
numentis. i. de clauſtris in mundo mortui
debent eſſe et hoc ad negocia ſecularia vel
inutilia ſeu ēt mala exercenda. (Et virtutē
dei ſentiētes atq; ex magno tiore nō ex hūi-
litate añ ieſum pcidētes eū adorauerūt) et
clamātes. ſ. coacti voce magna: vt eñ dicit
Lyra. Non eſt volūtatꝫ cōfeſſio: ſꝫ neceſſita-
tis extorſio: qꝛ timēt eius p̄ſentiā dixerunt.
(Quid nobis ⁊ tibi ieſu fili dei). q. d. nihil eſt
cōe tibi et nobis: tu de⁹ nos diaboli: tu hu-
milis nos ſuperbi: tu veniſti ſaluare nos p-
dere. vñ Apl's. Que cōuētio xpi ad belial. i.
ad diabolū? certe nulla; quia xp̄s oia facit
bñ: diabol⁹ oia male ſupra dubitās dixit ſi
fili⁹ dei es: hic erudit⁹ tormētis aſſerit ieſu
filiū dei: pena eñ oculos aperit quos culpa
claudit: non cognouerunt ex certa ſcientia
ieſum eſſe filiū dei: ſed ex ꝯiecturis q̄buſdā
opinabant non tñ de hoc certi. vñ Augu. q Augu.
demones clamant q̄d nobis et tibi ieſu fili: Cōfeſ-
magis ex ſuſpitione q̄ ex cognitione dixiſſe ſio de-
credēdi ſunt: ſi eñ cognouiſſent nūq̄ dñm monuꝫ
glorie crucifigi pmiſiſſent. Iſtis demonia- ex ſu-
cis ex timore dñi adorātib⁹ ⁊ cōfitētibus ſi- ſpitio-
miles ſunt q̄ timore gehēne poti⁹ q̄ amore ne.
iuſticie deo ſeruiunt q̄ magis hñt oculū ſi-
niſtrū ad gehēnā vel ad cōmodū tranſito-
riū: q̄ oculū dextrū ad celū ⁊ incōmutabile
bonū nō gratis colentes deū. (Veniſti ante B
tps debitū torq̄re nos.) Sciebant eñ in die tormē-
iudicij ſic facturā dānationē: et ſe mittēdos tum de-
in abyſſum ⁊ torquēdos: ſꝫ iā torq̄ri ſe dice- monū.
bāt qꝛ ſm Hiero. pñtia ſaluatoris tormētū Hiero.
eſt demonū. vñ Chri. Et eñ flagellabant i- Chriſ.
uiſibiliter pūcti ⁊ infixi ⁊ intolerabilia pa-
tiētes ex pñtia ſola: vel iō torquebant: qꝛ ſu-
ſpicabant q exire et a leſione ceſſare coge-
rent. nā ſm Hiero. magnū tormentū eſt de-
monib⁹ a leſione hoim ceſſare: ppt odiū q
erga nos hñt et tāto grauius dimittūt q̄to
diuti⁹ poſſederūt. Caueat ergo leſus a dia-
bolo vt cito eius iugū dirūpat: qꝛ tāto faci-
lius q̄to citius eius dñiū euitat. Et interro
gabat ieſ⁹ de noie: nō qꝛ ignoret: ſꝫ vt mul-
titudo demonū ex ꝯfeſſione coꝝ appareret
⁊ magis credibile eēt q tot demōes in duo-
bus hoib⁹ fuiſſent: ⁊ vt cōfeſſa peſte virt⁹ cu-
rantis gratior emicaret. Unde dixerunt (le-
gio mihi nomen eſt) qꝛ multi ſumus. Legio Legio.
aūt pprie dr numer⁹ determinat⁹ armatoꝝ
in exercitu ⁊ cōtinet ſex milia ſex cētos ſexa-
ginta ſex: ⁊ inde dr legio i demonib⁹: qꝛ mi-
litant cōtra nos: ⁊ qꝛ ⁊ ſi non poſſint hoibus
nocere i pſona: ſaltē appetūt eis nocere in
ſubſtātia: ideo rogabāt ieſuꝫ ſi eos eijceret
(ne ſe expelleret extra regionem). i. habita-
tionē hoim vel (in abyſſuꝫ) ⁊ iſernū loc⁹ eñ Demo
iſerni debet demōib⁹ pmittunt tñ iter hoies num lo
habitare vſq; ad iudiciū: vt glorioſior ſit vi- cus.
ctoria electorū i ſupatiōe demonū tētantiū
(ſꝫ mitteret eos in porcos) vt ſaltē ſic in ali-
quo affligerēt hoies: qꝛ vbiq; hoies i meſti-
ciā mittere ſtudent ⁊ de pditione coꝝ gau- C
dent. Ecce demonū iſirmitas: qꝛ nil pñt niſi
pmiſſi ɋ porcis nocere nō poterāt niſi per-
miſſi multominus hoibus factis ad imagi-
nem dei: oportet igitur deum ſolū timere:
illos autē ꝯtēnere in quo etiā apparet coꝝ
vilitas: quia ingredi volunt in porcos. (Et permiſ-
pmiſit) dñs cōcedendo eis petitionē ipſorū ſionis
qd ptꝫ per ſequentē effectū: nam porcorum dñice
gregem qui iuxta paſcebantur inuaſerūt ⁊ demo-
duo milia i ſtagno genezareth ſeu tyberia-

nib⁹ fa ete cāe.

dis ſubmerſerunt et ſic demoniaci liberati ſunt ⁊ curati: pmiſit aūt hoc dñs nō ꝓpꝛ eorū pſuaſionē vel vt ipiā eoꝝ īpleret voluntatē: ſed ꝓpter multiplicē cām ⁊ vtilitatē. Quaꝝ pma eſt: qꝛ forte hoīes illi⁹ terre peccatis ſuis illud dānū ſibi fieri demeruerāt. Scḋa vt ex euētu ⁊ iacture magnitudie appareat hoīb⁹ ꝙ̄ ſint crudeles ⁊ nocētes ſibi ſubditis obtemperātibus: et ꝙ hoīes quos magis odiūt plus affligerent ſi de⁹ pmitteret ⁊ eis liceret. vñ Chriſ. et cōceſſit eis: volens furiā quā ꝯ hoīes habēt demones oībus demonſtrare ⁊ ꝙ multo peiora vellent hoībus infligere ſi poſſent ꝟtute nō impediti diuina ⁊ qꝛ in hoīb⁹ hāc demonſtrationē fieri eius pietas nō ferebat ipſos in porcos ītrare pmiſit: vt in illis virt⁹ et furor demonum videaꝛ. Tertia ſm Chriſ. vt diſcāt oēs qm̄ neqꝫ aduerſus porcos audent vel pñt niſi deus cōceſſerit vel permiſerit. Quarta propter ſalutē hoīm vt inde hoībus ſalutis occaſio ꝓbereꝛ vt hoīes regionis illi⁹ diſcerent dei virtutē et in eius venirēt cogitationē: huius enim occaſione paſtores fugerāt ⁊ hec oīa hoībus in ciuitate geraſa nūciauerunt. Quinta ꝓpꝛ dignitatē hoīs oſtēdendam. ſ. ꝙ̄to dignior ſit hō beſtijs: cū propter ſalutē duorū hoīm perire pmiſit deus duo milia porcoꝝ. Multū ḡ peccāt q̄ hoīem ꝑdere vel mutilare nō formidant. Sexta ad cōtumeliā demonū: qꝛ porc⁹ aīal eſt imūdū. Elegerūt eñ̄ ītrare in porcos qꝛ hoc magis ſibi pmitti putabant ⁊ hoc magis congruebat porci eñ̄ ꝓpꝛ imūdiciā ⁊ ſerpētes ꝓpter aſtutiā magis eis cōpetūt. vñ Remi. Jō aūt nō petierūt mitti in hoīes: qꝛ illū cui⁹ virtute torquebanꝛ humanā ſpeciē geſtare videbant: nec petierūt vt in pecora mitterentur: quia velut munda aīalia in tēplo dei offerebanꝛ. Petierūt autē vt in porcos mitterētur: qꝛ nullū aīal imūdius eſt porco: ⁊ demones ſemꝑ in ſpurcitijs delectanꝛ. Septima ꝓpter miſteriū: nam porci qui nō habēt ad celū faciem: ſed ad terram: et in luto iacere delectantur: ſignificāt illos q̄ deū pre oculis nō habent: ſed vitijs ſordidanꝛ et in poteſtatem demonū traduntur ⁊ in infernum cū eis finaliter demerguntꝛ et non ſuffocati in aquis ⁊ voluptatibus huius mūdi tunc ſuffocabunꝛ in abyſſis et puteo inferni. vñ Niſi qs more porci vixerit diabolus poteſtatē in eo nō habebit niſi forte ad probandū nō ad ꝑdendū. vñ Augu. Certi miſterij gratia et certa diſpēſatiōe dimiſit demones in porcos: vt oſtēderet diabolū in eis dñari qui vitā porcoꝝ gerunt. vbi ſm Ambr. Clemētiā dñi debemus aduertere ꝙ nullū pri⁹ ipſe ꝯdēnat: ſed vnuſqſqꝫ ipſe ſibi autor eſt pene. Timeant ergo libidinoſi caſtrimargi et immūdi qui in ſordib⁹ luxurie ⁊ voluptatū viuūt ne in poteſtatē diaboli ēt viuētes dño iubēte vel pmittēte tradanꝛ: et poſtea cū eo in infernū demerganꝛ. Diciꝛ ēt ꝙ demones nobiliores pctā deteſtātur vilia ꝙ̄tomagis hō dꝫ deteſtari ea? Patet autē ex hoc ꝙ̄ deteſtabilis ſit libido caſtrimargia ſicut et ſupbia: non eñ̄ legiꝛ diabolū in aliquod aīalis organū intraſſe preterꝙ̄ porci ſerpētis ⁊ hoīs. vbi Chri. Cū porcini hoīes ſunt facile capi pñt ab actionibus. Porcini ſunt hoīes auide comedētes per gulā: pingues ad luxuriam in luto iacētes per accidiam: in terra fodientes per auariciā: ſpumātes ꝑ iracundiā. Per porcos etiā ſignificanꝛ detractores ⁊ referendarij q̄ paſcunꝛ de fecib⁹ ⁊ immūditijs aliorum tanꝙ̄ porci referētes que vident vel audiūt: rodūt vitā eoꝝ quos ēt demones intrant et demergūt in infernū. Erubeſce miſer de hoc deteſtabili officio pacis turbamēto et diſcordie ſeminario: ⁊ inſuper time de anime periculo qꝛ diabolus in te poteſtatē accepit qñ te ad hoc officiū ꝑduxit ⁊ qui nūc te ſuffocauit in hoc vitio poſtea te ſuffocabit in iferno. Timeat etiā ⁊ caueat auditor ne talib⁹ cōſentiēdo et aures ꝓbendo eis ſimilis fiat: qꝛ ſicut ſuper linguā detractoris: ſic ſup aures auditoris diabolus ſedet: ⁊ ſi nō eſſet auditor nō eēt detractor. Vñ gl. Sup illud vētus aq̄lo diſſipat pluuias ⁊ facies triſtꝫ linguam detrahentē: ſic dicit. Si hylari vultu detractorē audieris: tu illi das fomitem detrahendi: ſi vero triſti diſcit nō libenter diſcere qḋ didicerit non libenter audiri. Auſer domine opprobriū taliū hominū peſtiferorū a religione ſeruorum tuorū. ¶ Miſtice per demoniacum ſignificatur diabolus qui in momētis et montibus id eſt in fedis ⁊ ſuperbis habitat hominibus. Nomē eius legio dicitur quia multis in malū aſſociatur: eius autē eiectio per chriſtum ſignificauit demonū multitudinem deuincēdam per ipſum legio quoqꝫ ab hominib⁹ pulſa porcos ingreditur: quia demones ab illis qui ad vitam eternā ꝓdeſtinati ſunt ꝑ gratiā eiecti male viuētibus et terrenis intendentibus dñanꝛ: qḋ tamē non faciunt: niſi Jeſus concedat: qꝛ nec malos tentare poſſunt niſi potētia diuina permittat. Grex vero porcorum a legione in mare proijciꝛ dū per demones malorum vniuerſitas ad infernalem amaritudinem perducitur. Non repugnat autē quod Matheus de duobus demoniacis marcus ꝟo et lucas de vno loquunꝛ: ſꝫ ſm Aug. itelligas vnū eorū fuiſſe pſone alicui⁹ clarioris ⁊ famoſioris vel ſm Chri. Senioris ⁊ īſanie maioris ꝓ q̄ illa regio maxime dolebat: qḋ volentes ſignificare duo euangeliſte ſolum vnum cōmemorandū iudicauerūt de quo facti hui⁹ fama

Chriſ.

Hoīs ꝓſtātia.

D porci et ſerpentes demōib⁹ apti. remig.

Porci terrenos ſignant.

Augu.

Ambr.

E Demones turpia peccata abominanꝛ. Chrꝛ.

Porcini homines.

Detractores ſūt porci.

Auditor detractorū vituperaꝛ.

G miſtice

Cōcordantia euāgeliſtarū. Augu. Chriſ.

lati⁹ pclariuſq flagrauerat. Illi aūt homi-
nes de ciuitate exeūtes (venerūt ad ieſum)
vbi Titus. Illos iā ad ſaluatorem duxit dā
Tit⁹ dā ni tpa-lis vtili tas. ni neceſſitas. frequenter enim deus hoīes
damnat in reb⁹ poſſeſſis ꝛ cōfert beneficiū
animab⁹. Et hoīes ieſum ac facta videntes
conſcij fragilitatis ſue velut adhuc infirmi
ꝛ pñtia dñi indigni rogabāt eū ex hūilitate
vt a finib⁹ eoꝝ diſcederet: quia timore ma-
gno admirationis ꝛ reuerentie tenebātur.
Reputabāt enim ſe indignos tanto doctore
et eius cōuerſatione: ſicut centurio reputa
bat ſe indignum tanto hoſpite: et ſicut pe-
trus fragilitatis ſue memor ait exi a me do
Luc. v. mine: qꝛ homo peccator ſum vel forte iſti ge
raſeni ex peccatis ſuis territi timebant of-
fendere preſentiā xp̄i: ꝛ per cōſequēs incur-
rere penā maioꝛē pcedēti ꝛ per eū amplius
ꝙ in amiſſione poꝛcoꝝ dānificari: ſicut oza
tangens archam dei. Ipſe autem aſcendit
nauem vt infirmos deſereret quibus oneri
Chriſ. ſuā preſentiā eſſe videbat. vbi Chriſo. Atten
de autē chriſti hūilitatē: poſtꝙ enim colla-
tis a ſe talibus beneficijs emittebant nō ob
ſtat: ſed deſcendit: ꝛ eos qui ſeipſos idignos
ſua doctrina promulgauerant dereliquit:
dans eis doctores liberatos a demonibus ꝛ
poꝛcoꝝ paſtores. (Cumqꝫ ieſus nauem aſcē
deret rogabat illum ex deuotione ſanatus
D vt cum eo eſſet) quia gratus de beneficio ſi-
Demoniaci n admittūt ad eccliāſtica officia. bi collato eum ſequi volebat. Jeſus autem
nō admiſit. i. non recepit eum ad diſcipula-
tū ꝓpter pcedētis paſſiōis hoꝛroꝛē: ꝛ ne aſcri
beret demoni qđ iſte faceret ſi diſcipulus
chriſti eſſet. Ex hoc loco accipitur ꝛ conſuetū
eſt in eccleſia ꝙ demoniaci ꝛ furioſi poſt cu
rationem nō pmouent ad eccleſiaſtica offi
cia: ſed dominus eum quē curauerat ſecū
ducere noluit vt iactantie cauſaz vitare do
ceret ꝛ ꝓpter fructū pdicatiōis ipꝫ ad ſuos
remiſit vt p eū alijs pcuraret ſalus ꝛ infide
lib⁹ eſſet exēplo ipe ſanat⁹. vñ eū aſinus ſeq-
la ſimplr nō repellit: ſed ipſum predicatorē
magnaliū diuini cōſtituit dicens. Uade in
domū tuā ad tuos quib⁹ ex officio charita-
tis plus teneris: et nuncia illis quanta tibi
Theo. dñs fecit ꝛ tui miſert⁹ ſit: ſanans te in aīa ꝛ
Deo attribuit xp̄s op⁹ ſuum. in coꝛpoꝛe. vnde Theophi. Uide ſaluatoꝛis
humilitatē: nō dixit denūcia oīa ꝗ feci tibi ſꝫ
oīa ꝗ fecit tibi dñs ſi tu cū bonū aliqđ opa-
ris nō tibi: ſed deo attribuas. vnde et Chri-
Chriſ. ſo. Licet aūt alijs ſanatis pcepit nemini di-
Augu. cere conuenienter tñ huic pcepit ꝙ annun-
ciet qm̄ oīs illa regio demonibus detenta ſi
ne deo manebat: vñ ēt Augu. ꝙ autē ille ſa-
nat⁹ cupit iam eſſe cū xp̄o ꝛ dicit ei redi in
domū tuā: ꝛ narra quāta tibi fecit de⁹: ſic i-
telligitur: vt ſi quiſqꝫ intelligat poſt remiſ-
ſionē peccatoꝝ redeūdū ſibi eſſe in conſcien
tiā bonā ſicut in domū ꝛ ſeruiendū euange-
lio ꝓpter alioꝝ ſalutē: vt deinde cū xp̄o re-
quieſcat. Redū preponere vult iam eſſe cū
xp̄o negligat pdicationis myſteriū frater-
ne redēptioni accōmodatū. Et Grego. cum Grego.
eni quātūlibet parū de diuina cogitatione
pceperim⁹ redire iā ad hūanū nolum⁹ ꝗe-
tē cōtēplationis querētes: ſed dñs pcepit
vt mens prius exudet in ope ꝛ poſtmodum
refici debeat per cōtēplationē. Et abijt non
mēte ſed coꝛpoꝛe ſeparatus a dño ꝛ pdica-
uit in decapoli. i. in regiōe. x. ciuitatū: quā-
ta ſibi feciſſet ieſus magnalia: ꝛ oēs mira-
bant: ꝛ per eū ad fidē edificabant. Ecce mu
tatio dextre excelſi: qꝛ ex infideli ꝛ demonia
co factus eſt pdicatoꝛ fidelis ꝛ deuotus ope
rāte dño. ꝛ vere fidelis: qꝛ ad gloriā dei ꝛ ad Demoniacus predicatoꝛ efficitur.
vtilitatē pximi effectus eſt talis. Qđ vero
hic dicit de vno intelligendū eſt etiā de alio
qui erat cū eo: qꝛ ambo volētes xp̄m ſequi
ad ſuos miſſi ſunt: ꝛ ambo ſalutē ſibi factā
ꝛ magnalia dei pdicauerūt. hoc quoqꝫ exē
plo docetur quēꝗ ſuo primo ſalutē ſibi fa
ctam predicare ꝛ a diabolo ſe liberatū eſſe
verbis ꝛ operib⁹ bonis demōſtrare ꝛ alios
ad eādē ſalutē pcipiendā vocare. Studea-
mus ergo ꝛ nos ſi nondū liberati ſumus a
diabolo liberari ꝛ ſi iā nos liberatos eē co-
gnoſcimus ſalutē alij pdicemus quā nos
obtinuiſſe gaudem⁹ memores qđ ſcriptum
eſt ꝗ audit dicat veni. Sed multi hoc exem
plū minime ſequunt ꝛ de his ꝗ ad coꝛpora
ptinēt circa amicos ſuos ſoliciti ſunt ꝛ inq-
runt: ſed de his ꝗ ad ſalutē animarū perti-
nent ſolicitudinē nullā gerunt. ¶ Oratio.

Domine ieſu xp̄e amatoꝛ hoīm
benigniſſime ſupplico lachry-
mabilr bonitati tue libera me
ab oīb⁹ peccatoꝝ ſoꝛdib⁹ ꝛ de-
monū infeſtationibus meqꝫ ab
eis liberatū vſqꝫ in finē miſericoꝛditer cu-
ſtodi illeſum: vt ad tuā gloriā ꝛ pximoꝝ vti
litatē valeā hbis narrare ꝛ opib⁹ demōſtra
re ꝗta magnalia feceris aīe mee p tuā gra
tiā liberāte: ꝗten⁹ cognoſcētes ceterꝫ qꝛ hec
mutatio dextre excelſi oēs meos exēplo ꝓuo
cent ꝛ te miſerāte ad melioꝛa ꝯuertāt. amē.

¶ De curatione paralitici per tectum dimiſſi. Capi. xlviij.



Et cū dñs ie A
ſus aſcendiſſet in nauicu Mat. ix.
lā) vt de terra geraſenoꝝ mar. ij.
rediret in galileā. vñ illuc Luc. v.
uenerat ſm Chriſo. Naui- Chriſ.
gio trāſierat ꝗ poterat pe-
de pertranſire. non ſemꝑ
enim voluit potentiā oſtē
dere in mirabilib⁹ ne in-
carnationis noceret myſterio. At ꝯtra hos

Poten- mines huiꝰ mūdi ſi vllā habēt potētiā ſem-
tia ſua per volūt ea vti magis ꝙ ẜitate iuſtitie. idō
vti no- etiam ſine vehiculo nauis trāſire noluit vt
luit dn̄s nos doceret naui ⁊ ſuffragio pn̄ie vti in ma
ri ſeculi huiꝰ vt in ciuitatē celeſtē pueniā-
mus. Hec em̄ nauis pn̄ie in ciuitatē celeſtē
deducit: ideo ſequit̄. Et venit in ciuitatem
ſuā. ſ. capharnaū in qua frequētius ꝯuerſa-
Chriſ. ri ſolebat ⁊ miracula operari. ẜm Chri. Ci-
caphar uitatē ſuā hic dicit capharnaū quam non
naū ci- naſcēdo: ſed miraculis illuſtrando ſuā ipſe
uitas fecerat. Alia quidē cū extulit id eſt extra in
dn̄i. lucē duxit vt bethleē: alia autem nutriuit:
vt nazareth: alia autē diu inhabitantē ha-
buit: vt capharnaū. hāc em̄ ciuitatē magis
frequētauit conuerſatione ⁊ in miraculorū
opatione: q₂ ẜm Aug. erat quaſi metropo-
Augu. lis ⁊ inſignior ciuitas galilee vbi plurimo-
rū cōcurſu fides ⁊ doctrina eius clarius pa
teret ⁊ miraculis cōfirmata ad multos ſalu
briter pueniret: vel quia vt ſupra dictū eſt
capharnaū iterpretat̄ villa pulchritudinis
⁊ pinguedinis ⁊ cōſolationis q̄ ſunt occaſio
peccādi multis: ideo ad ſui cōuerſionē plu-
ribꝰ indigebat miraculis: vel ſicut metropo
li regionis alicuius ciuitatē noſtrā dicimꝰ
exiſtentes tamē de ciuitate ſubiecta illi: ita
⁊ capharnaū metropolis nazareth galilee
ſita inter nazareth ⁊ ſtagnum dicit̄ ciuitas
dn̄i in nazareth concepti ⁊ nutriti. (Et cū in
Parali domo doceret turbas viri quatuor portan-
tici ob- tes in lecto paraliticū) inueniēteſq₃ multi-
latio. tudine ianuā obturatā ⁊ nō valētes introire
per eā: ⁊ illū inferre pre turba aſcenderunt
ſupra tectū: ⁊ nudantes illud p tegulas ſub
miſerūt illū cū lecto in mediū ante ieſum ⁊
hoc fuit ſignū magnū fidei ipſorū. Uñ poſt
fidē eorū oſtēdit dn̄s diuine ptātis actum ⁊
ſup animā ⁊ ſup corpus ipſum ⁊ hoc tripli-
citer. Primo in remiſſione criminis. Scd̄o
in cognitione cogitationis: ⁊ hec duo perti-
nent ad animā. Tertio in ſubita curatione
egritudinis corporalis: nā vidēs ieſus fidē
illorū. ſ. offerētiū ⁊ etiā paralitici oblati: nō
em̄ ſe portari ⁊ per tectū ſubmitti ſuſtinuiſ-
ſet niſi curationis fidē habuiſſet dimiſit ei
peccata dicēs. (Confide fili remittunt̄ tibi
peccata tua) ⁊ nō dicit remitto: ſ₃ remittunt̄
cā humilitatis ⁊ pietatis inſinuāde. Ex hoc
patet ꝙ fides paralitici aderat: q₂ licet ſani
tas corporalis vel aliquid huiuſmodi det̄
alicui ꝑpter fidē alienā: remiſſio tñ pctōrū
B nō dat̄ alicui adulto ſine fide ꝓpria. ⁊ ideo
Remiſ- hūc filiū vocat q₂ iam credebāt. vbi Hiero. O
ſio pec- mira humilitas deſpectū ⁊ debilē totis mē-
catorū brorū cōpagibus diſſolutū filiū vocat: quē
exigit fi ſacerdotes non dignabant̄ attingere. Aut
dem in certe ideo filiū: quia dimittunt̄ ei peccata
adulto. ſua. (Et quidā de ſcribis). i. legiſperitis (dixe
Hiero. runt intra ſe). i. cogitabant q₂ extra dicere

ꝓpter populū nō audebāt verbū em̄ intrin
ſecū eſt cogitatio mētis. (Hic blaſphemat) Blaſ-
id eſt qd̄ dei eſt ſibi vſurpat. Eſt em̄ blaſphe phema
mare deo iniuriā irrogare: qd̄ fit tripliciter: tio tri-
vel cū deo attribuit̄ qd̄ ei nō cōuenit: vel ab pliciter
eo remouet̄ qd̄ ei cōuenit: vel cū homo ſibi fit.
qd̄ ꝓpriū eſt dei tribuit: ⁊ hoc modo tertio
iudicabāt eū blaſphemare: q₂ ipſum puta-
bant hominē tm̄ ⁊ nō deū eſſe: dimittere au
tem peccata ſoli deo cōuenit. Sed xp̄s cōue
niēter eos redarguit oſtēdēs ſe eſſe deū du-
pliciter. Primo q₂ rn̄det eorū cogitationibꝰ,
quas cognoſcere per certitudinē ſoli deo
ꝓpriū eſt dei. (Ut qd cogitatis mala in cor-
dibꝰ vr̄is) imponēdo mihi falſo blaſphemiā
ſc₃ me nō poſſe pcā dimittere: ⁊ qd̄ dei eſt
vſurpare. q. d. qua ptāte cogitationes vr̄as
video etiā peccata dimittere poſſum: q₂ co-
gitationes ſunt fons boni ⁊ origo mali: ideo
ſaluator noſter cū vidiſſet malas ſcribarū
cogitationes ne vlterius ꝑdirent in peius
ſtatim redarguit eos di. (vt quid cogitatis
mala in cordibꝰ veſtris) dans nobis doctri-
nam: vt ꝙcito perpēderimus nos mala: co-
gitatiōe pullari ſtatim debeamus noſmet-
ipſos reprehēdere. vt. q. d. tibiipſi hec ꝑ diuer
ba vt qd̄ cogitas mala in corde tuo. Dein-
de hoc etiā oſtendit ſanando paraliticum
per imperiū tanꝙ propria virtute quod eſt
eiuſdem poteſtatis ſicut ⁊ peccata dimitte-
re: licet em̄ paraliſis virtute nature aliqñ
poſſit curari: non tñ ſubito: nec ita perfecte
vt ſtatim homo poſſit lectū in quo iacet por
tare: vt hic dicitur factū eſſe. vnde ſubiūgit
(quid eſt facilius) inter duo iſta ſcilicet (di-
cere dimittuntur tibi peccata tua: aut dice-
re ſurge ⁊ ambula) hoc eſt ſolo verbo effice-
re: vt dimittantur peccata an verbo effice-
re: vt paraliticꝰ ſurgat ſanus ⁊ ambulet. q.
d. Si vobis hoc manifeſtius ⁊ maius vide-
tur. ſ. ſubita curatio corporum ꝙ animarū
poſſum horum primum ergo ⁊ reliquū: q₂
equalis poteſtatis eſt vtrunq₃ ⁊ vtrunq₃ eſt
virtutis infinite. Unde ex hoc concludit vir
tutem diuinitatis ſue per factū dicens. Ut
autem ſciatis quia filius hominis habet
poteſtatem in terra dimittendi peccata (tūc
ait paralitico) qd̄ verbum interponitur ab
euangeliſta (Surge). ſ. ſanus a lecto (tolle
lectum tuum) in quo diu decubueras infir-
mādo vt qd̄ fuit teſtimonium infirmitatis
ſit probatio ſanitatis (⁊ vade in domū tuā)
per te: non indigens vt prius portitore. Et
fecit ſic (magnificās deum) qui ſanauit eū.
Magna virtus vbi ſine mora ſalus impe-
rium comitatur: vt nemo iam dubitaret cū
paralitico dimiſiſſe peccata q̄ eundē ſubla-
to grabato ambulare precepit. vnde merito
qui aderant ſtupentes ⁊ mirantes relictis
blaſphemijs ad laudē cōuertunt̄ tāte ma-

feſtatis propter ꝙ ſequit. (Uidẽtes aũt turbe).ſ.miraculũ factum in paralitico (timuerunt) reuerendo et admirãdo (et glorificauerunt) laudando (deũ q̃ dedit pt̃atẽ talez) ſcz dimittendi pctã et curãdi ſolo verbo infirmos (hoib⁹) ad cor.ſ.ſalutẽ. vel ſm gloſ. hoiem tam potenter inter hoies operantẽ. Et hanc poteſtatem dedit deus pater xp̃o cauſatiue hominibus autẽ receptiue. Xp̃s quippe tribus de cauſis miracula faciebat. pmo ꝑpter illoꝝ circa quos faciebat vtilitatez: q: eos in corpore et in aĩa curabat. ſecundo ꝑpter alioꝝ cõuerſionem: q: multi videntes ea conuertebant. tertio ꝑpter dei gloriã et honorem: et iſta triplex cã hic tangitur. Ex hoc tñ q̃d timuerunt videt q̃d nec de xp̃o plenam cognitionẽ habebant: q: purum hoiẽ eſſe et poſſe: et hanc poteſtatẽ a deo credebant. vnde glo. Spectant ſurgentez increduli imitant abeuntẽ ⁊ diuini operis miracula malunt timere ꝗ̃ credere. Nã ſi crederent nõ timerent ſed diligerent: pfecta eñ charitas foras mittit timorẽ. ¶ Cõſidera hic q̃d dñs curando paraliticũ incepit a morbo ſpirituali qui erat cã et radix morbi corporalis: quia pmo remiſit pctã eius q̃ fuerunt cauſa morbi: ad modũ boni medici qui primo remouet cauſaz morbi: et tunc poſtmodũ intendit curationez. Infirmitas aũt hec fuerat inflicta paralitico ꝑpter pctã ſua vt purgarentur: et iõ dñs pmo remouit cãm: q: ceſſante cã ceſſat ⁊ effectus introductus ob illam cãm. Nulla eñ nocebit aduerſitas ſi nulla dominet iniquitas. vñ ſm gloſſ. q̃nq3 modis infirmitates cõtingunt: vel vt iuſtis merita ꝑ patiẽtiã augeantur: vt iob. vel ad cuſtodiã vtutũ ne ſuperbia tẽtet vt paulo: vel ad corrigendum pctã vt marie lepra et ſicut huic paralitico: vel ad gloriam dei vt ceco nato ⁊ lazaro: vel ad initiũ pene vt herodi q̃tenus hic videat q̃d in inferno ſequat. Hic ĝ ſm Hiero. datur intelligi pleraſq3 corporum debilitates euenire propter pctã. Et iõ pus pctã dimittunt vt cauſis debilitatis ablatis ſanitas reſtituat: ⁊ fit viſibile ſignũ vt inuiſibile ꝓbet. vñ ⁊ Beda. Curatur⁹ aũt hoiem a paraliſi dñs primo pctõꝝ vincula diſſoluit vt oſtẽderet eum ob nexus culparũ artuũ diſſolutione fuiſſe dãnatũ: nec niſi his relaxatis mẽbrorum poſſe recupatione ſanari. Sed heu nos econuerſo magis ſatagimus de curatione corporis ꝗ̃ aie: ideo ſepe deſtituimur vtrobiq3. vñ Chryſoſto. Nos autẽ ſi corpaliter patiamur: ſatagimus nociuum abijcere Cũ vero male ſit aie differimus atq3 iõ nec a corporis nociuis curamur. Abſcindamus ergo fontẽ maloꝝ ⁊ ceſſabunt egritudinũ fluxus. hec Chriſo. Ergo q: cõſtat q̃d ꝑpter peccata q̃nq3 homo egrotat: medicus egruz viſitans primo eũ ad penitentiã et cõfeſſionem monere dz ne pctõ tãꝗ̃ ferro manente in vulnere fruſtra ſit emplaſtrum apponere. Unde peccant medici q̃ curã materialẽ adhibent corpori priuſꝗ̃ cura ſpiritualis ſit adhibita aliq̃ ignorantes cãm morbi vcz q̃d pro peccato aie inflict⁹ ſit corpi. vbi Chriſo. Sed q: hec ipſa dñi geſta ſpiritalium in ſe rerũ cõtinent rationẽ cuius typum paraliticus iſte gerat debemus aduertere. Figura nanq3 in eo populi gentilium preoſtenſam eſſe cognoſcim⁹ qui peccatis grauibus aĩo diſſolutus quaſi quadam inſanabili infirmitate plagat⁹ in quatuor angulis mundi iſtius velut in lecto iacebat. Uñ ⁊ in eo paralitico cui remiſſa ſunt pctã id oñſum eſt: q: ppl̃s gentiuz q̃ graui valitudine peccatoꝝ laborabat data ſibi remiſſione per medicinã celeſtẽ integrã et pfectã ſanitatẽ ſm corp⁹ et aĩam eterne ſalutis acceperit. Cui non inmerito poſt remiſſionẽ peccatorũ reddita ſalute iam dicit redi in domũ tuam.ſ. in domum paradiſi: de qua adam iamdudum expulſus fuerat q̃ huius infirmitatis autor extiterat ⁊ merito ſequitur. Hoc viſo turbe timuerunt ⁊ magnificauerunt deũ q̃ tantã ptãtez dedit holbus. Magnificat eñ deus q̃ vel apoſtolis ſuis poteſtatez dimittendi peccata donauit: vel hoibus tantam gratiã conceſſit vt poſt remiſſionem peccatoꝝ per meritum fidei atq3 iuſticie poteſtatem accipiant ad paradiſum redeũdi. vbi ⁊ Hyla. Uidentes aũt turbe timuerunt. Magni eñ timoris res non eſt dimiſſis pctis a xp̃o in mortem reſolui: q: nullus eſt in domũ eternã reditus ſi cui indulta non fuerit venia delictorũ: ceſſante autem timore honor deo reddit q: poteſtas hominibus hac vita data ſit per verbum eius ⁊ remiſſionis peccatorũ et corpoꝝ reſurrectionis ⁊ reuerſionis in celũ. hec Hyla. Moraliter ꝑ paraliticũ qui priuatus eſt vſu mẽbrorũ corporaliuz ſignificat hõ pctõr operibus meritorijs priuatus et turpi marcens otio. Talis eñ priuat greſſu meritorie affectionis ⁊ tactu bone operationis ⁊ geſtu ſuauitatis celeſtis ⁊ viſu diuine contẽplationis ⁊ auditu diuini ſermonis: ⁊ odoratu diuine conſolationis. Et tunc iacet in lecto q̃ñ ſupueniẽs tenet eũ praua conſuetudo. hoc eñ lect⁹ dici põt hoc loco. Ipm̃ quoq3 pctm̃ more paraliſis facit tremulũ ꝑ mali dilectionẽ: reddit inſenſibilẽ per obſtinationẽ: impedit loquelã per deſperationẽ. Ubi ſciendũ ꝙ ſicut dñs legit reſuſcitaſſe tres mortuos ſed multo plures ſunt: ſic legit curaſſe tres paraliticos: l3 etiã plures ſint.ſ. paliticum in domo: paliticuz iuxta ꝓbaticã piſcinã: paraliticũ in lecto: vt in propoſito. Et q: paraliticus (vt dictũ eſt) pctõrez ſignat: ideo nos

Confeſſio a medico ſuadenda eſt.

Chriſ. Paralíticus figurat populũ gentilem.

Hyla.

Moraliter figurat peccatorem.

Pctm̃ paraliſi comparatur.

Paraliticos tres curauit dñs ieſus.

Petõꝝ genera tria. tandũ q̃d tria ſunt gñа pctõꝝ.ſ.peccatoꝛ occultus:publicus ꝛ cõſuetudinarius. Paralitic⁹ in domo eſt pctõꝛ occultus:paraliticus iuxta piſcinã eſt pctõꝛ manifeſtus paraliticus in lecto eſt peccatoꝛ cõſuetudinarius ꝛ hoc peccatũ in cõſuetudine dictũ difficulter relinquit̃:et paraliticus hic in lecto iacere dr̃.i.pctm̃ continuare dr̃. Predictos pctõres q̃tuoꝛ exportat extra domum ꝓpria conſciẽtie:ꝛ etiã extra eccleſiã tã militantẽ q̃ triũphantẽ.

Exportantes paraliticũ. i. peccatorem. Primũ eſt tepiditas boni:qñ enim hõ incipit ex deſidia tepeſcere in bono inchoato talis dimittit deũ:et ꝑ ꝯñs dimittit̃ a deo. Scd̃m eſt delectatio mali q̃d cõiungit q̃ſi ſocius eius:cũ em̃ de⁹ derelinquit̃ ſtatim aĩa in malo delectat̃.et hi duo ſocij ꝓcedũt. Tertiũ eſt mali opatio cũ delectatio ad opus ducit̃. Quartum eſt mali operis conſuetudo cũ ip̃m malũ frequentatur. Et hi duo ſequunt̃ portantes pctõrẽ extra ſuffragia eccl̃ie quibus ipſe priuatur.

Reportantes ibidẽ. Sunt aũt q̃tuoꝛ q̃ ipſum reportant ꝛ reconciliant. Primũ eſt vite breuitas:vt hõ conſideret q̃ breuis ſit vita p̃ſens ꝛ incerta. Secundũ eſt timoꝛ pene gehẽnalis:vt hõ conſideret eius acerbitatẽ:diuerſitatẽ et eternitatẽ. Tertiũ eſt cõſideratio culpe:vt hõ cõſideret q̃d grauedinis:q̃d immũditie quid malitie ſit in pctĩs. Quartuꝫ eſt ſpes venie: vt q̃uis in multis offenderim⁹ nihilomin⁹ tñ veniaꝫ ſperemus. Qui hec q̃tuoꝛ habuerit ante deũ portabit̃ et miſericordiã conſequet̃.

Salutis procuratores q̃tuoꝛ. Vel portitores eius vt ſanetur a xp̃o ſunt q̃tuoꝛ ſue ſalutis procuratores ſcꝫ monens ſecrete:p̃dicans publice:oꝛans pꝛo eo: ꝛ inuitans exẽplo:ꝛ ſic iſti offerũt eũ xp̃o ſollicitantes ꝓ ipſo:ꝛ ipſe offert̃ qñ eis conſoꝛmat̃ cõſentiendo ꝛ meritis eoꝝ obicem nõ ponendo. Chriſtus aũt fidem illoꝝ inſpicit cũ preces eoꝛũ exaudit:et paraliticus curatur qñ peccatum ſibi dimittit̃ et donat̃ ſibi gratia ꝑ quã ad actus meritoꝛios reſtituitur. Et tunc ſuuꝫ male cõſuetudinis lectuꝫ tollit qñ ab ea per exercitium boni operis recedit:et ſic ꝓcedens de virtute in virtuteꝫ vadit in domũ ſuaꝫ:qñ bonis actib⁹ ad celeſtẽ feſtinat patriã ꝛ populus eũ gloꝛificat de mutatione tali:qm̃ hec eſt dextere excelſi.

Psal. lxxvj. Illi vero qui inde murmurant ſignant demones qui inde valde dolent.

Penitẽti quatuoꝛ iperata a xp̃o. Chꝛiſt⁹ vero curans q̃tuoꝛ imperat penitenti. Pꝛimo ante oĩa vt confidat in ſpẽ de venia ꝯſequẽda habeat quẽ etiã iam filiuꝫ ꝑ adoptionẽ vocat. Deinde volens eũ ſanare iubet eum ſurgere et lectũ tollere ꝛ in domũ ſuam abire:ſurgere inq̃ a pctõ et mentis deiectione: in peccato enim male delectando peccatoꝛ quaſi in lecto quieſcit ꝛ ex peccato ita mẽs deicit̃:vt nunq̃ poſſit eſſe leta:q2 ſemꝑ preſumit ſeu ꝑturbata cõſciẽtia:tunc aũt ſurgit qñ iſta deſerit. Tollere vero lectum et portare vt pctm̃ quod erat ſibi quieti ꝛ delectationi incipiat ſibi eſſe oneri ꝛ dolori. Abire quoq̃ in domum ſuam:vt in celũ meditatione pergat vel cõſcientiã ſuam que domus anime eſt diſcentiat:ꝛ ſi q̃d ibi immundum inuenerit ꝑ os q̃ſi per oſtiũ cõfitendo proijciat:a qua homo multitudinẽ peccatoꝝ ita alienat̃ ꝙ q̃ſi ipſam perdat ꝛ ſeip̃m nõ cognoſcat. Homo ergo paraliticus hoc eſt mollicie et illecebris carnis vel voluptate ſeculi reſolutus et toꝛpens ac pꝛe turba cogitationum et cauſarum ſeculi videre deum non valens poſtq̃ ſupꝛa tectũ carnis aſcenderit:vt ſpũs dominetur carni: videt deum et ad cognitionẽ dei vere redit:et tũc deus eum ſanat ꝑ gratiã ab omni ꝙ deliq̃t ꝛ vocat filium ꝑ adoptionẽ:ꝛ iubet ſurgere de toꝛpoꝛe negligentie ꝛ ſe erigere a carnalibus deſiderijs per penitentiã:ꝛ coꝛpus in cuius deſiderijs iacuit ad voluptatem ſpũs attollere ac carni dñari ꝑ continentiã et ire ac tẽdere ꝑ bonã operationẽ ꝛ honeſtã conuerſationẽ in domũ ſuaꝫ.ſ.paradiſum que pꝛima fuit hoĩs dom⁹ hoc eſt in habitationem eternam:vel in bonã cõſcientiã ſegregatus a terrenis ꝛ cuſtodiẽs illã vel ne iterum peccet ad internã ſui cuſtodiam.

Beda. de. lecto ſurgere. Ubi Bed. Spiritualiter de lecto ſurgere eſt alaꝫ ſe a carnalibus deſiderijs vbi egra quieſcebat abſtrahere. Lectum vero tollere eſt ipſam quoq̃ carnẽ ꝑ cõtinentie frena coꝛrepta ſpe celeſtiũ pꝛemioꝝ delitijs priuare terrenis.

Ho.vj. Ipſe eſt em̃ lect⁹ qui per ſingulas noctes lauat̃ a dauid.i.pro vniuſcuiuſq̃ noxe maculis digno pn̄le flumie caſtigat̃. Sublato autẽ lecto domũ ire ad paradiſum redire eſt. Ipſa eſt enim vera domus que hominẽ pꝛima ſuſcepit nõ iure amiſſa ſꝫ fraude:tandemq̃ reſtituta per eũ qui fraudulẽto hoſti nihil debuit.

Anſel. de eo ꝙ nõ petitam veniã obtinuit. Ubi ꝛ Anſel.ſed domũ illam nõ pꝛeteribis:vbi ꝑ tegulas paraliticus ante pedes ei⁹ ſubmittitur: vbi pietas ꝛ poteſtas obuiauerũt ſibi.(Fili inq̃t remittunt̃ tibi pctã tua)o mira clementia:o incibilis miſericoꝛdia. Accepit felix remiſſionem peccatoꝛũ tuoꝛũ quã non petebat:quã nõ preceſſerat cõfeſſio:non meruerat ſatiſfactio:non exigebat contritio. Coꝛpoꝛis ſalutem petebat nõ anime ꝛ ſalutem coꝛpoꝛis et anime recepit.

Ex mathei.xx. Rom. ix. Vere dñe vita et voluntate tua ſi decreueris ſaluare nos nemo poterit ꝓhibere:ſi aliud decreueris non eſt q̃ audeat dicere cur ita facis. Phariſee quid murmuras?an ocul⁹ tu⁹ nequam eſt quia ipſe bonus eſt:certe miſeret̃ cui ipſe voluerit:ploꝛemus ꝛ oꝛemus vt velit bonis etiam operibus pingueſcat oꝛatio: augeatur deuotio:excitetur dilectio:leuentur pure manus in oꝛatione queq̃ nõ ſanguis immun

dicie maculauit:tact⁹ illicitus ſedauit aua-
ricia nõ exaſperauit:leuctur ⁊ cor ſine ira et
diſceptatione qđ tranquillitas ſedauit pax
cõpoſuit puritas conſcientie lauit ſed nihil
horũ paraliticus ille legiẗ premiſiſſe: q̃ tñ
legiẗ remiſſionẽ oĩm pctõꝝ meruiſſe. Hec
eſt aũt ineffabilis miſericordie eius virtus
cui ſicut blaſphemũ eſt derogare:ita et hoc
ſibi preſumere ſtultiſſimum:poteſt cuicũq;
vult et hoc ipſum efficaciter dicere qđ dixit
paralitico:dimittunẗ tibi pctã tua:ſed qui-
cunq; ſine ſuo labore vel cõtritione vel con-
feſſione vel etiã orone ſibi hoc dicẽdo expe-
ctat nũq̃ ei remittunẗ pctã. hec Anſel. Oro.

Domine Jeſu chriſte qui in paſ-
ſione tua nauiculã crucis aſcẽ-
diſti in reſurrectiõe tráffretaſti
et in aſcẽſione in ciuitatẽ tuam
veniſti ecce timor de peccatis:
de ira dei:de periculo ſuperuenientis infir-
mitatis: ⁊ de incertitudine mortis offerunt
tibi alam pcti morbo diſſolutã. Dic iacenti
in peccatis vt confidat de gratia remiſſio-
nis:reſurgat per contritionẽ ⁊ cõfeſſionem:
tollat lectum ſuũ per ſatiſfactionem:ambu
let per profectũ virtutũ in domũ ſuam eter-
nam beatitudinem:vt turbe fideliũ videát
timeant et glorificent deũ qui talẽ poteſta-
tem dedit ad hominũ vtilitatem. Amen.

De emorroyſſa ⁊ archiſynagogi filia. Capitu.xlix.



Poſt hec q̃-
dã pnceps ſynagoge noie
yar⁹ acceſſit ad ieſum tã
fidei q̃ corporis greſſibus
(et adorabat eũ) faciendo
ſibi reuerentiam debitam
et procidendum ad pedes
ei⁹ q̃bus circũportauit ol-
bus ſalutẽ (rogãs) p vni-
ca filia an.xij.di.(Dñe filia mea mõ defun
cta eſt) ⁊ mortua. Hoc dicit ſm reputationẽ
q2 eñ deſperabat filiã poſſe inuenire viuã
de ea loq̃baẗ vt iã defuncta deſiderãs a dño
vel morientem ſanari vel mortuã ſuſcitari.
Sed marc⁹ dicit q̃ erat in extremis:tñ erat
morti ita ppinqua q̃ reputabaẗ mortua vñ
ſm cõez modũ loquẽdi de illo q̃ ſic eſt morti
ppinqu⁹ dr̃ q̃ eſt mortu⁹: q2 qđ modicũ di-
ſtare vr̃ q̃ſi nihil reputaẗ (ſ3 veni) ⁊ p miam
appropinqua (⁊ ipone manũ tuã) adiutricẽ
ſup eam et viuet ſanitate ſibi reſtituta:duo
petit propter tertiũ.ſ.vt veniat ⁊ manũ im-
ponat et ſic filia reuiuiſcat ignorãs ſc3 qđ
⁊ abſens liberare poterat. Sic moraliter cũ
quilibet nõ habeat niſi vnicã alam magis
d3 curare de ei⁹ ſanatione q2 ſi eam amittit
totũ amittit. Spiritualiter autẽ venit deus
per gratiã pueniẽtẽ:manũ imponit p gra
tiam cõcomitatẽ:et tũc ala viuit per gratiã
cooperantẽ. (Et ſurgens ieſus ſequebatur Humi-
eũ ⁊ diſcipuli ei⁹ ⁊ turba multa cũ eo in hoc litas do
datur ſubditis forma obediẽdi ac paribus mini.
mutuo obſequẽdi et prelatis animas mor-
tuas ſuſcitãdi. vñ Remi. Mira autẽ pariter Remi-
atq; imitanda dñi humilitas ⁊ mãſuetudo. gius.
Nã mox vt rogatus eſt rogantẽ cepit ſequi
hinc ſubditos et prelatos pariter inſtruxit
ſubditis exẽplum obediẽtie reliquit p̃latis
vo inſtantiã ⁊ ſolicitudinẽ docendi demon-
ſtrauit vt quoties audierint aliquem mor-
tuũ in aia ſtatim adeſſe ſtudeãt. vñ et Chri.
Cũ rogat⁹ eſſet dñs a yairo vt ad ſuſcitan-
dã filiã ipſius veniret nõ moraẗ ſed ſtatim
ſurgens ſecut⁹ eſt eum. Quo exẽplo docuit B
nos impigros in oĩ ope dei eſſe debere. Et Emor-
dũ ieſus pergeret ecce mulier emorroyſſa a royſſa.
morbo quẽ patiebaẗ ſic dicta (ab annis.xij.
ſanguinis fluxũ paſſa q̃ in medicos eroga-
bat oẽm ſubſtantiã ſuam acceſſit retro) et a
tergo:tũ q2 verecũdabaẗ de infirmitate feti-
da:tũ q2 ſm legẽ reputabaẗ immũda:tũ q2
ante faciẽ nõ potuiſſet accedere perturba-
tũ pter miſteriũ cõfuſionis quã debet hõ
habere pro culpa ſua ⁊ tetigit fimbriã veſti
mẽti eius nõ ſolũ tactu corporali:ſed et de-
uotiõe fidei in quo laudãda eſt humilitas
ei⁹: q2 indignã ſe reputabat tangere pedes
dñi vel plenitudinẽ veſtimẽti. Habebat eñ
xp̃s fimbrias iuxta cõſuetudinẽ iudeorum
ſm legis preceptũ. Ecce q2 nõ habebat dñs
ianitores vel ſtipatores ſeu maſſerios nec
aliquẽ qui cõprimẽtes eũ vberaret:et ideo
libere mulier accedit ⁊ turbe cõprimũt. vbi
Remigi⁹. Jn quo fides eius admiranda eſt Remi.
q2 deſperãs de ſalute medicoꝝ in quos ſua Fides
erogauerat intellexit celeſtẽ adeſſe medicũ emor-
et in eo totam ſuam intentionẽ collocauit: roiſſe.
et ideo ſaluari promeruit. vñ Raba. Docet Raba.
mulier q̃tũ ſit corpus xp̃i qđ in fimbria tã-
tã demonſtrauit eſſe vtutẽ q̃d ergo ſperare
debem⁹ q̃ nõ ſolũ corpus dñi contingimus
ſ3 cõficim⁹ ⁊ ſumim⁹. Jlla q̃dẽ medicina ac
cepit ex vulnere:ve illis q̃b⁹ ipſa medicina
in vulnus cõuertiẗ (dicebat eñ intra ſe) firmi
ter ſc3 credendo (ſi tetigero tñ veſtimentũ
ei⁹ ſalua) ab infirmitate mea (ero) nõ q2 ve-
ſtimẽta aliquã virtutẽ ſanandi habebant
ſed quia p hoc declaraẗ virtus illoꝝ quoꝝ
veſtimẽta ſunt. Tangẽs aũt (cõfeſtim eſt ſa
nata a plaga ſua.) Et eſt notabile q̃ acceſ-
ſit:accedẽs dixit:dicẽs tetigit:tangẽs cura- C
tionẽ accepit: q2 his tribus ſcil3 vbo fide et Que-
opere oĩs ſalus acquiritur. (Et cognoſcens ſtionis
ieſus ex ſe exiſſe virtutẽ dixit. Quis me teti chriſti
git.) Non q̃rit ex ignorãtia vt doceat:ſed vt cauſe.
mulier ſanata cõfiteatur et per confeſſionẽ
appareat fides eius ⁊ a xp̃o cõmendeẗ:tum

propter mulieris meritū per humilē cōfeſſionem: tum ꝓpter aſtantiū edificationem: tum propter dei laudē et glorificationem: tum ꝓpter ſpē archiſynagogi augendam ꝛ eius de ſanatione filie ſue aſſecurationem. Et dicētib⁹ diſcipulis ꝙ turbe eū cōprimerēt dixit. (Tetigit me aliquis: nā ꝛ ego noui virtutē de me exiſſe) .i. effectum virtutis in curatiōe infirmitatis. Nam licet turbe que in ipſum pre deuotione audiēdi irruebant eū cōprimerent: ꝛ in tali preſſura corporaliter tangerent: nō tamē tangebant eū cū tali deuotione ꝛ fide ſicut iſta mulier tetigerat: et de tali tactu ſingulariter dñs querebat. (Uidens aūt mulier: q: non latuit, timens corde ꝛ tremēs) corpe ad maieſtatē diuinitatis cuius virtutē in ſe experta fuit (venit et ante pedes illius procidit) ac cauſam tactus ꝛ ſanationē corā hoib⁹ indicauit cōfitendo veritatem de q̄litate et ꝓlixitate infirmitatis ꝛ de ꝑceptione integre ſanitatis hoc eīm dñs ſciri voluit ad laudē dei ꝛ aliorum vtilitatē. ¶ Sed querit Chriſo. quare ipſam manifeſtat deus cū ipſa latenter acceſſerit: et reſpondens ponit ad hoc ſex rationes. Prima eſt vt mulier ſanguinaria xp̄m tangens nō haberet inde cōſcientie remorſum. Secūda vt mulierē emendet q̄m eſtimabat hoc latere xp̄m. Tertia vt fidem eius oſtendat oibus ad exemplar celeriter credendi. Quarta vt monſtraret ſe cognitorē omniū. Quinta vt oſtendat ꝙ vt deus ſiſtit ſanguinis fluxū. Sexta vt in fidē dirigat archiſynagogū.

Chriſ. manifeſtande occulte tangentis cauſe.

¶ At ieſus conuerſus et videns eam .i. approbans ipſius fidem dixit illi. (Confide filia fides tua te ſaluam fecit) .i. hanc tibi ſalutem meruit. Cum eīm operatio miraculoſa ſit ſupra naturam fidei attribuit eā eo ꝙ fides eſt de his q̄ ſunt ſupra naturā. vbi hiero. Non aūt dixit quia fides tua te ſaluā factura eſt ſed ſaluā fecit quaſi dicat: in eo ꝙ credidiſti iam ſalua facta es. vbi et Chriſo. quia formidoloſa erat hec mulier propter hoc ait confide et filiam eā fecerat. Filiā vero vocat ſanatā fidei ratione fides eīm xp̄i dei filiationē preſtat.

Fidei argumentū. Hiero. Chriſ.

Notandū etiā ꝙ dñs nō dixit ego ſanaui te: ſed fides tua: vt vitandā oſtentationē doceat et meritū fidei extollat. vnde ſm Chriſ. Dñs ait ꝙ fides ſua ipſam ſanauerat nolens ſue virtuti ſed fidei eius ſanitatis bñficiū arrogare: docens ꝑ hoc in virtuoſis actionibus noſtris non noſtrā ſed dei laudem querere debere ꝛ predicare: ꝛ addidit dñs. (Uade in pace) que ſcilicet prius eras in perturbatione propter longā infirmitatē tuam corporalē. vbi Chriſo. dicit aūt ei: vade in pace mittens in fidē bonorū. In pace enim deus habitat vt cognoſcat ꝙ non ſolum corpore curata eſt; ſed etiam a cauſis corporalibus paſſionib⁹ id eſt peccatis mutata. (Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora). Ubi gloſ. Intelligendum eſt ex illa hora ex qua tetigit fimbriam non ex illa hora ex qua ieſus cōuerſus eſt ad eam iam eīm facta ſalua erat vt ex verbis domini perpēdi poteſt.

Fidei efficacia.

Chriſ.

D Ex verbis Ambro. quibuſdam videtur ꝙ hec mulier martha fuerit qui in quodam ſermone inter beneficia chriſti que enumerat ſic dicit. Dum largum ſanguinis fluxum ſiccauit in martha: dum demones expulit de maria: dum corpus rediuiui ſpiritus calore conſtrinxit in lazaro. Sed ex iſtis verbis Ambro. bene habetur qđ martha fuerit a chriſto curata a fluxu ſanguinis qđ autem martha fuerit hec mulier de qua hic agitur non habetur ex verbis illis. Et qđ hec mulier nō fuerit martha ex hoc videtur q: de hac muliere dicitur qđ omnem ſubſtantiam ſuā in medicos erogauerat: martha autem diues erat.

Ambro. Martham emorroyſſaz dubitāt quidam.

Hoc etiā patet per euſebium qui dicit hanc mulierem fuiſſe quādam ceſaree Philippi ciuē. Nam ſm eum mulier emorroiſſa poſtq̄ ſanata eſt fecit in ceſarea philippi (vnde oriunda eſt) ſtatuam eneam in curia ſua fieri ad imaginē chriſti cū fimbrijs veſtimenti: ipſamq; imaginē in magna reuerentia habebat et deuote adorabat. Fecit ꝛ ex oppoſito imaginē ſuā flexis genib⁹ et manib⁹ iunctis ac cancellatis quaſi ꝑcaret ꝛ ſupplicaret: verſus quā imaginē xp̄i manū extēdebat. Contigit aūt qđ ſubtus imaginē xp̄i creuit herba q̄dā nullius efficacie et virtutis: q̄ cū fimbriā attingebat tante virtutis erat ꝙ oēs infirmitates ſanabat.

Euſebius ſtatua ab emorroyſſa erecta xp̄o

Herbe vt⁹ ſub ſtatua.

¶ Iterū dicit Hiero. ꝙ Julianus apoſtata cum cognouiſſet ꝙ in ceſarea philippi eſſet ſimulachrū qđ .ſ. ſanguinis liberata profluuio femina fecerat eo depoſito ſuā imaginē ibi collocauit que fulminis ictu fracta eſt.

Hiero. Iuliani apoſtate ſtatua deiecta fulmine.

Hic habes quoddam valde notabile ad hūilitatis cuſtodiā ſicut Berñ. hoc modo introducit dicens. Quilibet dño perfecte ſeruiēs poteſt appellari a fimbria quaſi vltima pars veſtimenti dñi propter ſuam humilē reputationē: qui ergo ad tm̄ ſtatū peruenerit qđ ſciat ſe dño exaudiri in liberandis infirmis vel alijs miraculis nō extollatur ꝓpterea quia nō ipſe ſed dñs facit. Quāuis enim hec mulier tangeret fimbriam ad cuius tactum ſe liberari confidebat ꝛ ſic cōtigit: non tm̄ a fimbria: ſed a dño virt⁹ liberationis exiuit. Et ꝓpterea ipſe dixit (ſenſi de me virtutē exiſſe.) Nota igitur hoc bñ: et nihil boni tibi in perpetuū attribuas: q: totū eſt dño.

Berñ. Humilitatis cuſtodiende doctrina.

E Allegorice mulier ſanguine fluēs: ſed a dño curata eſt eccleſia de gentib⁹, cōgregata q̄ fedata fuit ſanguinis martyrum effuſione ꝛ idolatrie pollutione et his que carnis ꝛ ſanguinis geruntur de-

Allegorice eccleſia gentiū.

lectatiōe. Que ⁊ fimbriā veſtimēti xp̄i tetigit qñ fidē incarnationis credidit: humanitas enim veſtimentū diuinitatis eſt in xp̄o. De q̄ dr̄ ꝙ in ſimilitudine hoim factus eſt ⁊ habitu inuēt⁹ vt hō: ⁊ tūc a fluxu ſanguinis ſanata fuit: q: fundere ſanguinē catholicū deſtitit ⁊ ab idolatrie ac carnis delectatiōe ⁊ ſanguinis effuſione ſanata fuit: ac ab eius polluſiōe ceſſauit. Pergēte aūt dn̄o ad filiā archiſynagogi mulier morboſa ſanata eſt: q: ſic diſpēſata eſt ſalus humani generis vt primo aliqui ex iſrael deinde plenitudo gentiū intraret: ⁊ ſic oīs iſrael ſalu⁹ fieret. Emorroyſſa autē ſanata archiſynagogi filia nunciatur mortua: q: dū gentilitas ad deum cōuertitur ſynagoga pfidie ⁊ īuidie recte mortua nunciat: hoc etiā ſignificatuꝫ fuit in parabola de duob⁹ filijs quorū ſenior de conuerſione triſtabat iunioris. vnde Amb. Quē aūt putam⁹ ſynagoge principem eſſe niſi legem cuius contemplatione dominus ſynagogam nō penitus dereliquit? Ad hanc autem principis filiam dum properat dei verbum vt ſaluos faceret filios iſrael ſancta eccleſia ex gētib⁹ cōgregata q̄ inferiorum lapſu criminū depiebat paratā alijs fide preripuit ſanitatē. Quid autē ſibi vult ꝙ hec principis filia annorū. xij. moriebatur ⁊ mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis. xij. laborabat: niſi vt intelligat quia q̄diu ſynagoga viguit laborauit eccleſia. vnde et Hie. Nota ergo ꝙ eo tēpore hec mulier. i. gentiū populus ceperat egrotare quo genus credidit iudeorū: niſi eñ ex cōparatiōe criminū vitiū nō oſtendit. Moraliter etiā per mulierē ſanguinis fluxū patientē pſona peccatrix a longo tēpore ⁊ de peccato in pctm̄ cadēs pōt intelligi: que tamē remediū q̄rit a dn̄o dicēs ei Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee. Dn̄s ergo quotidie mulierem ſanguine fluētē ſanat dū aīam diuerſis vitijs corruptā per gratiā curat. Deinde cū nūcij ad archiſynagogū veniſſent dicit ei⁹ filiam eſſe iā mortuam: dixit ieſus archiſynagogo eum ad fidē cōfortando (noli timere) in fide dubitando (tantūmodo crede et ſalua eris) a morte. Et veniens dominus ieſus ad domū principis) inuenit filiam eius iā defunctam ⁊ tibicines cōductiuos carmē lugubre canentes: diuerſe eñ melodie diuerſas paſſiones excitāt in homine alique eñ excitāt audaciā vt pꝫ ī tubis bellicis: ⁊ aliq̄ deuotionem vt pꝫ in cāticis eccl'iaſticis: aliq̄ letitiā vt pꝫ in diuerſis inſtrumētis muſicis: aliq̄ excitāt fletū ⁊ deuotā lamētationē ⁊ talibus vtebant antiq̄⁹ ī exequijs magnarū pſonarū vt puocaret multitudo ad fletū et luctū Chriſtianis tamē nō cōuenit tales habere: q: non debent icōſolabilr̄ flere (⁊ iuenire ēt turbā tumultuātē) in fletu planctu et ploratu multo: qđ vocat tumult⁹: q: inde cauſat ſonus cōfuſus: ac etiā in pparatione funeraliū. ⁊ dicebat (nolite flere: nō eſt mortua puella). i. in morte māſura (ſed dormit). ſ. mihi: q: ita de facili poſſum eā ſuſcitare vt de ſomno excitare. vnde Beda. hominib⁹ mortua erat q: ſuſcitare nequiuerant: deo dormiebat: in cuius diſpoſitione ⁊ anima recepta viuebat ⁊ caro reſuſcitanda quieſcebat vñ mos apud xp̄ianos obtinuit ꝙ mortui q̄ reſurrecturi eſſe nō dubitātur dormiētes vocentur. (Et deridebāt eū) putātes ꝙ de dormitione ſomni diceret ⁊ eā eſſe mortuā neſciret. Ecce deridet in curijs principū: nec iraſcit: nec arguit eos: q: q̄to maior fuit deriſio tāto poſtea maior virtutis oſtenſio. vbi Hie. Non autē erāt digni vt viderēt myſteriū reſurgētis q̄ reſuſcitantē indignis cōtumelijs irridebāt. Quāuis autē dn̄s deridebat ab eis: nō tñ deſtitit ab incepto: in quo inſtruunt boni ꝙ cū deridenť a malis non ideo debēt deſiſtere a bono inchoato. Et cū eieciſſet turbā. ſ. lamentantiū tumultuātiū ⁊ deridētiū: q̄ pter incredulitatē ⁊ deriſionē non erant digni videre miraculū (intrauit cū patre ⁊ matre puelle quos in fide cōfortare tāto miraculo diſponebat ac petro iacobo ⁊ ioanne) quos ſpecialiter inſtruire volebat: hos eñ quinqꝫ voluit habere teſtes miraculi: vt in ore duorū parentū vel trium apoſtolorū ſtaret omne verbū. In hoc ēt facto oſtēdit nobis dn̄s: q: blaſphemis ⁊ irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria: ſꝫ fidelibus q̄ honorēt ea. Et ſm Chri. In hoc ꝙ turba eijcitur ⁊ diſcipuli ſolū in domū itrāt ⁊ neqꝫ hi omnes erudit nos gloriā que eſt a multis euitare. vnde ⁊ Theop. Mortuā ſuſcitans eiecit oēs quaſi nos docens abſqꝫ inani gloria eſſe: ⁊ nihil ad demonſtrationē facere: nō eñ humilis xp̄s ad oſtentationē volebat aliquid operari. Predictos autem tres diſcipulos tantū permiſit dn̄s intereſſe ſue trāſfigurationi. Itē agonis ſue oratiōi. Itē huic ſuſcitationi. Primo propter eorū diuinitatē. Scđo pter ſignandā trinitatis fidē. Tertio pter teſtiū numerū ſufficientē. Quarto pter oīm ſtatutū eccleſie ſignificationē ⁊ cōmendationē. Per petrū eñ q̄ vxorem habuit ſignificantur coniugati. Per ioannē qui virgo fuit virgines. Per iacobū qui neſcitur virgo fuiſſe vel vxorē habuiſſe vidualis ſtatus. Patrem autē ⁊ matrē pmiſit intrare pter eorū credulitatē ⁊ propter eorū teſtificationē. (Et tenēs manum puelle ait illi tibi dico ſurge) per tactū ⁊ vocē eā curabat vt oſtēderet ꝙ humanitas eſſet inſtrumētū diuinitatis miracula faciētis. vñ ſm Chri. manus ieſu viuificatiua exiſtens mortuū corpus viuificat. vox autē iacētē excitat. (Et cōfeſtim ſurrexit puella ⁊ ambula-

mortua dormit ī xp̄o. Beda.

B

Deriſio non auertat te a bono.

Eiecta turba. Chriſ. Theo.

Diſcipuli a dn̄o admiſſi.

bant) q: nulla mora inter verbũ ei⁹ ⁊ factũ

Chriſ.

erat. vbi Chri. In ambulatione eius nõ ſolũ ſuſcitata: ſʒ ⁊ pfecte ſanata oſtẽditur. (Et iuſſit illi dari mãducare) ad demonſtrandũ ꝙ eã vere ſuſcitauit ⁊ nõ vt videat fantaſma eẽ qđ factũ eſt. Miſtice puella in domo

Moraliter.

mortua eſt aĩa mortua p pctm̃ in cogitatione. Dicit autẽ dñs ꝙ puella dormit q: q̃ peccãt i pñti adhuc p penitẽtiã reſuſcitari poſſunt.

Tibicines.

Tibicines ſunt demones ſuggerẽtes vel hoĩes adulatores q̃ fouẽt mortuũ et tenẽt h corp⁹ i carnis laſciuia ⁊ ſolatũs q̃ faciliter terminant ad luctũ inferni ⁊ deſolationis. Sʒ nos ad patriã tẽdentes mortiferos ſyrenarũ cãt⁹ ſurda aure pteream⁹. vñ Ulixes fecit ſe ligari i malo nauis ⁊ aures ſuas obturauit: ne decept⁹ ſyrenarũ cantib⁹ in mare ſaltaret.

Ulixis factũ.

Turbe tumultuãtes ſunt affectiones vel amici carnales: deriſores ſunt ſeculares vel detractores. Turba ergo foris eijcit vt puella ſuſcitet: q: aĩa intus iacẽs mortua nõ reſurgit niſi prius affectiones carnales ⁊ cure ſeculares de corde expellant: hec eñ impediũt ne q̃s ad conſiderationem ſue ſalutis ſe colligat. Tibicines eñ eijci debẽt q̃ tanq̃ magiſtri in errorẽ animam demulcent. Deriſores quoq; eijciẽdi ſunt: q: contẽnẽdi ⁊ minime curãdi. Et tũc puella ſuſcitat qñ xp̃s domũ cordis ingreditur ducẽs ſecũ ioãnẽ gratiã: petrũ cognitionẽ: ⁊ iacobũ ſupplantationẽ vitiorũ. Qui vero a ſpiritali morte. ſ. a vitijs reſuſcitat⁹ fuerit: nõ ſolũ a ſordib⁹ ſcelerũ exurgere: ſʒ etiã in bonis ambulare ⁊ pficere dʒ: ⁊ mox celeſti pane. ſ. verbi dei ⁊ ſacramento altaris ſatiari neceſſe hʒ.

h

Notanda tria in puelle ſuſcitatiõe.

Poſſunt autem hic notari tria. ſ. peccatoris periculum in filia. i. in aĩa moriẽte: penitẽtis remediũ in principe. i. in eccleſia deũ rogante: creatoris beneficiũ in xp̃o ppitiãte. Periculũ ſic procedit: nã morti appropinquat cũ delectabile illicitũ concipit in extremis laborat cũ ad ɔ̃ſenſum accedit: ſʒ morit cũ cõſentit ⁊ tunc opera ſunt mortificata. Remediũ q̃rit cũ princeps ad xp̃m accedit credẽdo adorat diligẽdo: dñm appellat metuẽdo. Beneficiũ dat cum xp̃s ſurgit pces exaudiẽdo: turbã eijcit pctã expellẽdo: vel impediẽtia remouẽdo: domum intrat gratiã infundẽdo: prius eñ eijcit culpa: ⁊ ſic ingredit gratia. Et ad inſinuandũ humilitatẽ docẽs dñs ieſus fugere oſtentationẽ ⁊ inanẽ gloriã pcepit parẽtib⁹ ne alicui dicerẽt qđ factum erat. oſtendens vt dicit Greg. ꝙ largitor bonorũ eſt nõ autẽ cupidus glorie: datq; totũ nihil recipiens. Et exiuit fama hec in vniuerſam terrã illã. ſ. prouincie galilee ad manifeſtandã miraculi magnitudinẽ ⁊ veritatẽ vbiq;. Prohibuit quidem dñs iactantiã non miraculi manifeſtationẽ q: res ipſa ſe indicabat ⁊ manifeſtam faciebat: ac ſi dicat. Nolite gloriari in bonis opib⁹ vr̃is ſicut nec ego in eis. Ubi ſciendũ ꝙ xp̃s publicari phibuit opera miraculorũ pter mũdi honorẽ ⁊ laudes hominũ ſeu vanã gloriã ſʒ nõ ad glorificandũ deũ ⁊ ad fidẽ pbandã pter q̃ dñs miracula faciebat: nõ phibuit enarrare.

Miracula publicari vetat xp̃s.

Unde et parentes puelle preceptũ dñi ſeruauerunt pter humanũ applauſum ipſum miraculum nõ publicandũ nec cõtra phibitionem dei fecerũt hoc ad dei gloriã predicando. Et ſimilr fecerũt duo a cecitate curati de quibus mox ſubiungitur: ⁊ plures alij de quibus alibi ſimile reperitur.

¶ Oratio.

Domine ieſu xp̃e adoro pedes miſericordie ṽitatis tue deꝓcor te piiſſime ſana tactu gr̃e tue aiaʒ meã ſanguinolẽtã: ⁊ pctis varijs maculatã ac reſuſcita eã a morte voluntatis pſit ꝙ peſſimi ⁊ occulti ac reſtitue me deo ⁊ pr̃i tuo cui filiũ inter coheredes tuos adoptaſti. Ne memineris bñ dñe iuſtitie tue aduerſus pctõrẽ tuũ nequire aduerſus reũ tuũ: ſʒ memor eſto benignitatis tue erga creaturã tuã: ⁊ miſerationis tue erga miſerũ tuũ dñe deus meus. Amen.

¶ De duobus cecis ⁊ vno muto. Capitulum. l.



B

Mat. ix

Et trãſeũte inde ieſu). ſ. de domo pn̄cipis (ſecuti ſunt eũ duo ceci) miſericordiã cũ clamore in via petẽtes: ⁊ deuota oratione dicẽtes. (Miſerere noſtri fili dauid.) Uulgata eñ erat fama apud iudeos: q: xp̃s naſciturus erat de ſemine dauid ſm carnẽ. Et ideo q: credebãt ipſum xp̃m ipſi dauid pmiſſum vocant ſic eum dauid filiũ.

Filius dauid xp̃s.

Clamabãt autẽ q: ad literã nõ videbant quoniã prope eſt dominus. vbi Chri. Uide autẽ eorũ deſideriũ ⁊ a clamore ⁊ ab ipſa interpellatione. Neq; eñ ſimpliciter acceſſerũt: ſed magis clamãtes ⁊ nihil aliud q̃ miſericordiã poſtulãtes.

Chriſ.

Filiũ aũt dauid vocabant: q: nomẽ honoris eſſe videbatur. (Cum autẽ veniſſet domũ) id eſt ad hoſpitiũ ſuũ in illa regione interrogauit eos ſi crederẽt eũ hoc poſſe facere q. d. cõfeſſi humanitatẽ me dicẽdo filiũ dauid ſi creditis ꝙ poſſum hoc facere vt deus opus eñ eſt diuinitatis. Nõ interrogat q̃ſi ignorãs eorũ fidem: quia oĩa ſciebat p certitudinem: ſed vt confeſſio exterior adderetur fidei interiori: ⁊ ſic eſſent digniores illuminari ⁊ mercede ampliori: q: ſm apl'm. Corde credit ad iuſtitiã: ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ. vnde Raba. Non quaſi neſci⁹ inter

Roma.

Raba.

rogabat:ſed vt fidē confeſſio promat:cōfeſſionē virt⁹ ſaluſq remittet ꝟtutē. (Dicunt ei) fidē ꝯfitendo (vtiq dñe) vbi Chriſ. Non vltra filiū dauid vocāt:ſed alti⁹ extendunt et dñm cōfitētur:qđ eſt nomē ptātis. (Tūc) poſt confeſſionem fidei (tetigit oculos eoꝝ) vbi Raba. confeſſio oris tactū meruit diuine pietatis. Felix tactus ad quem tanta ſequitur virtus ꝛ dixit (ſm fidē veſtrā fiat vobis) .i. ſicut fides mētē illuminat:ita oculis lucem reſtituat. (Et ſtatim) illuminati ſunt et aperti oculi eorum. (Ecce quāta eſt fides ſimpliciter credentium:que meretur tot donorū collationē ꝛ augmentum a deo vt oīa poſſibilia ſint credenti. Non eos in via curat vt laudes hominū ꝛ iactantie gloriā vitare doceat. vñ Chriſ. Ruſus aūt hoc erudit nos gloriam multitudinis expellere: qꝛ eīn ꝓpe erat domus ducit eos illuc ſingulariter curaturus. Vñ ꝛ propter humilitatē ēt (cōminatur eis ne cui dicant) vt ad fugiendam iactantiam et inanē gloriā nos inſtruat: vt eīn dicit Chriſoſt. iuſtus cū laudat in facie:flagellatur mente. Sed illi) ceci illuminati (exeuntes) ſcʒ de domo (diffamauerunt eum) id eſt famā eius ꝑ miraculū factū diuulgauerūt (in tota terra illa) ꝛ publice nunciauerunt:ꝛ ꝓpter memoriaʒ gratie nō potuerunt bñficiū tacere:ſed non ingrati gratie dei facti ſunt eius pcones et euangeliſte. vñ Hiero. Dñs qdē propter hūilitatem fugiens iactātie gl'iam hoc pceperat:ꝛ illi propter memoriā gr̃e nō pñt tacere bñficiū. vñ et Chriſ. Si autē alter videt dicens. Vade ꝛ narra gloriā dei:nō eſt contrarium illi hoc ſed vt valde conueniēs. Erudit eīn noſipſos quidēʒ de nobiſipſis nihil dicere: ſed et eos qui volunt nos propter nos laudare prohibere. Si autem ad dei gloriam refert non ſolū nō ꝓhibere:ſed ꝛ iniungere hoc facere. Vt eīn ſupradictū eſt ſolū prohibet dñs publicari beneficia ad laudeʒ hūanam:ſed non prohibet hoc enarrari ad dei gloriā. Ubi ſciendū ꝙ preceptum datur vel ad exequendum:vel ad probandum:vel ad inſtruendum. Primum obligat ad faciendum rē precepti. Secundum ad ſequēdum voluntatē ſeu intētionē nō pcipiētis. Tertium ad diſcendum aliquid ex precepto: et hoc tertio modo (cōminat⁹ eſt eis:ne alicui dicerent.) Unde non fuit ſimpliciter inhibitio dicendi:ſed potius moralis inſtructio: vt exemplo ſui bona que faciunt homines velint latere:ſed tñ vt ꝓſint aliis prodant inuiti:ꝛ tñ iſti non ſunt trangreſſi:qꝛ non fecerunt contra intētionē precipientis. Unde deus iuſſit taceri non ſimplr:ſed propter gloriam:ſed taceri non potuit verum eſt vtiliter propter alioꝝ ſalutem. Nam nō poſſe viriliter fieri dicit ſcđm ius non poſſe fieri. De hoc ēt habes ſupra de curatiōe leproſi.

¶ Allegorice vterq popul⁹ cecus ꝛ ſine lumine veritatis erat domino ꝑ hoc ſeculum trāſeunte et niſi vterq in domum:id eſt in ſanctā eccleſiaʒ veniat ꝛ ꝟbo dei credat lumē nō meret recipere. In ipa eīn eccleſia in quā venit xp̄s ꝑ carnē illuminant ceci per fidem xp̄i incarnati. vñ Remigius. Allegorice autēʒ ꝑ hos duos cecos duo ppl'i deſignantur .i. iudaic⁹ ꝛ gētilis. De vtroq aūt pplo in ſe credentes xp̄s illuminauit in domo:ꝑ quā intelligit ecclia:qꝛ abſq vnitate eccleſie nullus ſaluari meret. Illi autē q crediderūt aductū dñi ꝑ vniuerſum orbem diffamauerunt. hec Remi. Spūaliter etiam duo ceci ſunt intellectus et affectus:duo āt ſunt oculi intellectus:dexter fides diuinitatis:ſiniſter fides hūanitatis:duo ſilr ſunt oculi affectus dexter amor bonitatis ſiue glorie diuine:ſiniſter timor iuſticie vel gehēne. Et ſic eſt quadruplex cecitas in quatuor oculis. Prima eſt error circa diuinitatem ſcđa eſt error circa hūanitatē. tertia eſt malignitas contēnens bonitatē ſiue gloriā diuinam. quarta eſt preſumptuoſitas non videns gehennā et nō timēs iuſticiā. (Egreſſis autem) de domo (illis) ſcʒ duobus cecis iaʒ illuminatis (obtulerunt ei) homines illius terre (hoiem mutū) ꝛ ꝙ pei⁹ eſt (habentem demoniū) hic Chri. non erat mut⁹ a natura ſed a demone inſidiāte ꝛ linguā tenente:et ideo (eiecto) et expulſo per dñm demonio locutus eſt) quia amoto impedimento habuit loquendi officiū ſicut prius. In quo ſm Hylarium rerū ordo ſeruatus eſt nam demoniū pri⁹ eiicitur:ꝛ tūc reliqua corporis officia ſuccedūt. (Et mirate ſunt turbe) ſ. ex ſignorū nouitate (dicētes. Nunꝗ apparuit ſic in iſrael) .i. talia miracula non ſunt viſa inter iudeos. Chriſ. Preponebant quidem ceteris eū:nō qꝛ curabat ſolum ſʒ quoniā facile et velociter et infinitas egritudines ꝛ inſanabiles ſanabat. Phariſei autem dicebāt in pncipe demoniorū eiicit demonia Quaſi dicerent:nō eſt hec poteſtas a ſe vel a deo ſed a diabolo. vbi Hiero. Qꝛ virtutem negare nō poſſunt op⁹ calūniātur. ꝛ Remi. Scribe nāq et phariſei facta dñi negabāt que poterāt et q̄ non poterant negare in ſiniſtrā partē interpretabant. Turbe namq i. deuoti ꝛ ſimplices opera dei confitebant ꝛ cum dei reuerentia ꝛ laude admirabant ſed phariſei inuidi ꝛ inſidiātes expulſioneʒ demonis principi demoniorum aſcribebāt ꝛ opera dei calumniabantur. Odium enim ꝛ inuidia faciūt interptari facta in deteriorē partē ꝛ peruerti iudicia. Phariſei autem odiebāt xp̄m:qꝛ acriter arguebat vitia eoꝝ ꝛ iō miracula a xp̄o facta ꝟtute diuina dicebāt eſſe facta arte magica:ꝛ eodē modo eie-

Allegorice. Remi. Moraliter oculi intellect⁹. D Cecitas quadruplex. Muti demoniaci curatio. Chriſ. Hilarius. Chriſ. Hiero. Remig. Scribarū malitia. Odiuʒ phariſeorū.

etionē demonū factā ꝑ xp̄z dicebāt fieri vir
tute cuiuſdā demonis ſupioris ſibi familia
Beelzebub. ris ⁊ ꝑuati quē vocabāt beelzebub cui infe
riores demones obediebāt ad nutū de cor
pib⁹ exeūdo. Sed iſtō inferi⁹ de alio demo
niaco rōnabiliter reprobat a xp̄o. Miſtice
autē in turbis cōfeſſio natiōnū in phariſeis
infidelitas ſignat iudeorū. Et ſicut in duo
bus cecis ſignatus eſt vterq̧ populus iu
deorū et gentiū: ita in hōie muto et demo
niaco ⁊ general'r ſignatum eſt omne genus
humanum vnde predicatores obtulerunt
dn̄o hōiem mutū. i. genus humanū mutū a
confeſſione fidei demoniū habētem et ydo
Pctōr cōfetur demon. ac⁹. latrie deditū. (Sed eiecto demonio) ⁊ ydo
latria relicta (locutus eſt mutus) et xp̄m cō
feſſus. Per iſtum etiam mutū ſignatur qui
libet homo poſſeſſus a demone per peccatū
mortale: et dicitur mutus quia loqui non
poteſt meritorie: ſed deo curandus offertur
qn̄ iuſti pro eo deprecantur: et tunc demon
eijcitur qn̄ peccatum ipſius a deo per infu
ſionē grē relaxat: tūcq̧ ſoluit eius lingua
ad dei p̄conia pſoluenda. Qn̄ em̄ a demone
per peccatū poſſidet q̄s ſi cōuertat ⁊ ad pe
nitentiā redeat mox videbis mutū loquētē
deū laudātē ſeipſū accuſantē ⁊ veritatē p̄
dicantē. Phariſei aūt hoc demonioꝝ pnci
pi attribuentes ſunt homines maligni bo
na aliorū deprauare et puertere ſtudentes.
Dn̄s aūt nō deſiſtebat a p̄dicatione ꝓpter
illoꝝ deprauationē docens nos accuſato
ribus noſtris retribuere non accuſationes
Chri. ſed beneficia. vn̄ Chriſoſt. Voluit dn̄s ipſo
facto accuſationē redarguere phariſeorū
dicētiū (in principe demoniorū eijcit demo
nia) demon em̄ conuitiū paſſus nō bn̄facit
E ſed nocet eis qui eū inhonorant: dn̄s autē
Parua loca nō ſpernenda. cōtrariū facit q̄ poſt ɔuitia ⁊ ɔtumelias nō
ſolū nō punit: ſed et nec icrepauit: quinimo
bn̄ficia preſtitit. Vn̄ ſequit. (Et circuibat ie
ſus) hoc eſt contra negligentes (oēs ciuita
tes et caſtella). i. oīa loca maiora et minora
hoc eſt contra locoꝝ vel pſonarū accepto
Theo. res. vnde Theo. Non ſolum in ciuitatibus
dn̄s predicabat ſed etiā in caſtellis vt diſca
mus parua loca nō ſpernere neq̧ magnas
ſemꝑ querere ciuitates ſed ꝟbū dei in vicis
abiectis ⁊ vilibus ſeminare. (Circuibat in
q̄ docens in ſynagogis eorū). i. in locis cō
munib⁹ ⁊ debitis vbi erat cōuent⁹ hoīm: non
in latibulis ſicut mos eſt hereticis (et p̄di
cans euangeliū regni). i. legē nouā q̄ imme
diate ducit ad regnū q̄ non faciebat lex ve
tus nō fabuloſa inutilia vel curioſa (⁊ curās
Languor. oēm lāguorē) ꝓlixū q̄ lȝ nō ſit multū vehē
Infirmitas. mens: grauat tn̄ ex diuturnitate (⁊ oēz infir
mitatē). ſ. vehementē q̄ grauat ex paſſionis
acerbitate: vt non ſmone tm̄: ſed et opere p
ſuaderet. Ex quo patet multa miracula hic
in quodā gn̄ali cōcluſa ad cōfirmationē le
gis euāgelice a xp̄o fcā. Hic em̄ ponunt mi
racula i gn̄ali: q2 euāgeliſte nō poterāt oīa
fctā xp̄i ſcribere in pticulari. Nam vt dicit
ioānes mlta alia ſigna fecit ieſus q̄ nō ſunt Joh. xx
ſcripta in lib. hoc. Sicut em̄ i eccl'ia legit et Sctōꝝ numerus.
dicit in martyrilogio ⁊ alioꝝ plurimorum
ſctōꝝ martyrū ⁊ cōfeſſoꝝ atq̧ ꝟginū. hac
ſ. de cauſa: q2 karolus magnus fecit inqui
ri diligenter obit⁹ ⁊ act⁹ martyrū ⁊ aliorū
ſctōꝝ ⁊ inuētū eſt q̄ in dieb⁹ ſingulis occur
rebāt plus q̄ trecēta feſta: ꝓpter q̄ ſtatutū
eſt vt i fine martyrologij addatur clauſula
p̄dicta: vt ſaltem in gn̄ali fiat memoria ſan
ctorū in die trāſit⁹ eoꝝ: ita ſilr euangeliſte:
q2 nō poterant oīa miracula xp̄i in pticula
ri ſcribere: ideo frequēter multa cōcludunt
in quadā gn̄alitate: ſicut pȝ hic et alibi in
diuerſis locis euāgelij. (Circuibat ḡ ieſus)
nō ad deuorādū ⁊ perdēdū: ſed ad maxima
beneficia eis afferendum: vnū quidē regni
euangelium: aliud autē oīm egritudinū cu
rationē: in quorū primo ſalus aīarum in ſe
cundo ſalus corpoꝝ exprimit et illos quos
corpore ſanabat extrinſecus etiam mēte ſa
nabat extrinſecus. Oīm quidem ſalutē affe
ctabat ⁊ bonū cōe magis q̄ priuatū ꝓcura Mūdi peūtis
bat. Sed ꝓh dolor hodie bonū priuatū ma
gis q̄ cōe q̄rit: et ꝑ hoc in magna pte mun cauſa.
dus deſtruit. Hoc aūt ꝓcedit ex defectu cha
ritatis q̄ nō q̄rit q̄ ſua ſunt: ſȝ que alioꝝ. vn̄ Chriſ.
de Chriſo. Hec eſt pfecta gratia charitatis j. Co. x.
qn̄ q̄s alijs feſtinat amplius vtilis et lucro ⁊ Lu. x.
ſius eſſe q̄ ſibi. Igit ad tam pium ſamarita
num ad tam ſalutarē paſtorē et medicū in ⁊ Jo. x.
omni neceſſitate ſemꝑ eſt recurrendū: et nō ⁊ Lu. v.
ſolum animarum: ſed corpoꝝ ſalus ab ipſo
ſolo eſt querenda: et in eo tota ſpes noſtra Augu.
eſt ponenda: ipe em̄ meli⁹ nouit ⁊ cōſiderat
q̄d cuilibet expediat. vn̄ Aug. Bonū eſt vt
de ſalute corpis non ſatagas: niſi vt a deo
illa petas. Si ſcit tibi prodeſſe dabit illā. Si
non tibi dederit: non tibi ꝓderat habere il
lā. Nouit deus q̄d expediat nobis. Id aga ex mat. vj.
mus vt ſanum ſit cor noſtrū a pctīs. Et quā
do forte flagellamur in corpore xp̄m depre
cemur. Hec fratres iō dixi ne q̄s querat ali
q̄d preter auxilium dei. hec Augu. Permit
tit q̄dē deus tribulationes et tentationes
aduenire et ſcit q̄diu debeant durare: ipſe
em̄ qui earum nouit principiū ⁊ introitū: no
uit etiam finē ⁊ exitū. Et ideo oīa patienter Chriſ.
feramus: ⁊ ad ipſum ſolum recurrentes oīa F
ſibi cōmittamus. vn̄ Chri. Orationib⁹ cū di
ligentia intēdamus: ⁊ ſi nō acceperim⁹ im Tribulatio
moremur vt accipiamus. Ideo em̄ aliquā coronat.
diu ⁊ annuere precantibus differt ⁊ tribula
tiones irruere ꝑmittit: vt cōtinue ad ipm re
fugiamus: nec ab eo aliqn̄ diſcedam⁹. Q2 ſi
quales in tribulatione ſum⁹ tales eſſem⁹ et

in requie nequaq̄ egeremus afflictionib⁹ erudiri. Et qd dico de vobis. Etenim oẽs quicunq; vnq̄ clariores induti ſunt coronas a tribulationib⁹, ⁊ tẽtationib⁹ coronati ſunt ⁊ famoſi effecti. Que oĩa cognoſcẽtes nõ feſti nemus in tp̄e inductionis mali: ſed vnũ ſolũ erudiamur: vt veriſimiliter cũcta tolleremus: nec de his q̃ nobis accidunt qõnẽ curioſitatis moueam⁹. Scire eñ q̄ḡ op⁊ ſolũ tribulatiões pmittẽtis eſt eas aduenire: illatas autẽ cũ oĩ ferre grãrũ actione nr̃e eſt bone mẽtis opus. Q: ſi fiet oĩa bona ſequẽtur. Ut igit̃ hec cõſequamur ⁊ pbabiliores hic ⁊ clariores illic fiamus omne quodcũq; ſupuenerit equo aĩo ſuſcipiam⁹: grãs agẽtes ei q̃ ſup oẽs ſcit magis id qđ nobis expediat ⁊ his q̃ genuerũt vehemẽtius nos diligẽti: ad ſingulã q̃q; diſcrimina has vtraſq; excogitationes in nobiſipſis cantãtes iuſtitiã cõprimam⁹: glorificem⁹ aũt in oĩb⁹ deũ p nobis cũcta facientẽ nobiſq; oĩa puidentẽ. Sic eñ facile ⁊ eas q̃ virtuti opponunt̃ expellemus inſidias ⁊ immarceſſibiles cõſequemur coronas. hec Chri.

Oratio.

Domine Jeſu xp̄e lumẽ claritatis eterne illumina oculos meos interiores ne vnq̄ obdormiã in morte aĩe: vt p grãm illuminat⁹ oĩa q̃ agẽda ſunt videã ⁊ p eãdẽ adiut⁹ adimplendũ q̃ videro cõualeſcã: ac ide tua bñficia enarrẽ ad tui gloriã ⁊ aliorũ vtilitatẽ. Aperi etiã dñe os meũ mutũ pctã p infuſionẽ grẽ relaxãdo ⁊ linguã meã ad tua preconia ſoluẽdo: vt loquẽdi gratia percepta meipſum accuſem: te deũ laudẽ: proximum edificẽ ⁊ predicẽ veritatem. Amen.

De miſſione apoſtolorũ ad predicandum cum poteſtate curationum. Capitulum.lj.



Poſita euãgelice legiſlatione p xp̄i pdicationem: et deſcripta eiuſdẽ legis cõfirmatiõe: p miraculoꝝ opationem: nunc ↄ̃ñr ponit̃ pdicte legis pmulgatio p diſcipulorũ miſſionẽ. vbi Chriſ. Attẽde autẽ oportunitatẽ miſſionis. Poſtq̄ cum viderũt mortuos ſuſcitantẽ: mare increpantẽ: ⁊ cetera hmõi et ſufficiẽter virtutis eius demõſtrationẽ ſuſceperãt p verba ⁊ opa tũc eos emittit. Uñ ⁊ glo. Nõ ab initio miſit illos: ſ₃ poſtq̄ viderunt paraliticos curatos ⁊ mortuos ſuſcitatos. Quia ergo multi Jeſum ſequebant̃ tũ pter predicationẽ audiẽdã: tũ pter infirmitatũ curationẽ habẽdã: ieſ⁹ eñ ita paup erat q nec domiciliũ vbi caput reclinaret habebat: ⁊ ideo turbe ſequẽtes eũ feſſi ⁊ vexati ſub diuo ſup terrã iacebãt pter qđ (vidẽs) intuitu clemẽtie turbas ad ſe congregatas viſcera miſericordie expãdens circa ipſas (miſertus) ⁊ cõpaſſus (eſt eis: q: erant vexati) labore corpali ⁊ etiã ſpirituali. ſ. corporũ ⁊ peccatorum ⁊ abiecte (iacentes ſicut oues paſtorẽ q̃ eos dirigeret (nõ habẽtes.) Jn quo põtifices iudeorũ redarguit q̃ magis lupi q̄ paſtores erãt. Unde Hiero. Uexatio gregis ⁊ ouiũ atq; turbarũ: paſtorum culpa ⁊ vitiũ magiſtrorum eſt. Sacerdotes eñ ⁊ doctores illius tp̄is intẽti auaritie nõ vacabãt debito modo eorũ doctrine: ſ₃ erãt ſicut lupi rapaces ſpoliãtes populũ bonis tẽporalib⁹ per malũ exemplũ reuocantes a ſpiritualib⁹. Jeſus vero tanq̄ paſtor bonus paſcebat eos cõtinue verbo doctrine ſue ſpecialiter: ⁊ aliq̄ñ etiã tẽporali ſubſidio corporaliter. Sicut autẽ tũc ſic ⁊ hodie pch dolor multi qui paſtores dicunt̃: attamen ea q̃ luporũ ſunt facere nõ verent̃. Non ſolũ eñ nõ emẽdant ſubditos: ſed per negligentiã ⁊ mala exempla nocẽt eorũ pfectib⁹. Mittũt collectores decimarũ ⁊ cõfiſcatores rerũ tẽporaliũ: nõ inquiſitores hereſum ⁊ emẽdatores vitiorũ: ⁊ ideo tot ⁊ tãte hereſes ⁊ ſentes vitiorũ in horto eccleſie iam pullulãt et creſcunt q vix eradicari ⁊ exterminari pñt. Uexatio ergo ouiũ ⁊ negligẽtia paſtorum fuit occaſio mittẽdi apl̃os ad predicãdum populoꝝ ſanãdũ infirmos: vt nõ eſſet neceſſe q turbe currerẽt poſt ieſum tãto labore. Et q̄uis primo apl̃is poſtmodum ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis cum eos mitteret p̄cepta quedã dñs dederit: tñ q: fere oĩa ⁊ his ⁊ illis ⁊ nõ ſolũ ipſis: ſed ⁊ eorũ ſucceſſoribus ⁊ imitatorib⁹ cõuenire vident̃: ideo in ſequẽtibus ſimul ordine congruenti ponuntur. Conſiderãs itaq; ieſus vexationẽ ouium ⁊ negligentiã paſtorum poterat dicere diſcipulis ſuis. (Meſſis quidẽ multa). i. multitudo preparata ad hoc q p fidẽ colligat̃ ⁊ in horreũ reponat̃. vnde ⁊ alibi dicit̃. Leuate oculos veſtros: videte regiones: q: paſſiones: q: albe ſunt ad meſſem. (Operarij aũt pauci). i. doctores ⁊ predicatores veri reſpectu tante multitudinis conuertende: quia adhuc nondum predicauerant chriſti diſcipuli. Meſſis eſt turba credentium in qua nunc ſunt grana cum paleis. i. boni cum malis: ſed in futura meſſione ſeparabũtur. dicitur eñ vno modo meſſis collectio holm ad fidem: alio modo collectio fidelium ad retributionem. Operarij ſunt in eccleſia q̃ querunt opus non otiũ: onus non honorem aĩas non decimas: prodeſſe nõ preeſſe. Pauci autẽ ſunt oparij: ſ₃ multi cõductitij: pauci operarij: ſed multi mercẽnarij: pauci ope

B Hiero: Paſtorũ culpa.

Jo.iiij. C

Meſſis allegorice.

Operarij.

rariũ ſalutẽ animarũ q̃rẽtes:ſꝫ multi queſtuariũ lucrũ tp̃aliũ ſectãtes. Et ideo rogandus eſt dñs vt operarios multiplicet ⁊ mittat eos:qꜫ ⁊ ſi ſunt q̃ bona audiãt:deſunt tñ qui dicãt. (Rogate ergo dñm meſſis).ſ.me qui
Mitti debent predicatores. ſm q̃d deus ſum dñs meſſis (vt mittat operarios in meſſem ſuam).i.predicatores ad erudiendũ pp̃lm:qꜫ null⁹ ſit aptus ad p̃dicationẽ verbi diuini niſi per gratiã dei ⁊ ab eo miſſus imediate vel mediate. Ecce optima ⁊ neceſſaria orõ quã quotidie debem⁹ deo facere:vt mittat inq̃t:nõ vt ipſi ſe ingerãt ſicut fures ⁊ latrones faciũt ſm meſſem ſuã.i.in ſalutẽ animarũ:ad hoc eñi mittunt ſed multi cõuertũt falcẽ ſuã in meſſem alienã.ſ.in tp̃alia ad q̃ non dirigunt. Dñs mit-
Rogari vult oc⁹ tere ꝓponit:⁊ tñ rogari vult:⁊ hoc propter rogantiũ excitandã charitatẽ ⁊ augendum meritũ:quatenus fideles ſui nõ ſolũ de operatione:verũetiã de effectu ⁊ volũtate remunerent. Ex quo pꝫ q̃ lꝫ deus velit aliq̃d facere:vult tñ q̃nqꜫ ꝑ hoc a iuſtis exorari. (Et conuocatis.xij.apl'is:dedit eis poteſtatem) eijciẽdi ſp̃us immũdos ab obſeſſis (⁊ curandi omnẽ languorẽ) corporũ (⁊ infirmitatem) animarũ q̃ quidẽ dñs facit poteſtatiue:ſed diſcipuli fecerũt in eius noie.i.inuocatione
Beda. ⁊ virtute. vñ Bed. Benignus ⁊ clemẽs dñs
Miracula' diſcipulorum. nõ inuidit ſeruis atqꜫ diſcipulis virtutes ſuas:⁊ ſicut ipſe curauerat omnẽ languorẽ ⁊ omnẽ infirmitatẽ:ap̃lis quoqꜫ ſuis dedit poteſtatẽ vt curẽt omnẽ lãguorẽ ⁊ omnẽ infirmitatẽ. Sꝫ multa diſtãtia eſt inter hr̃e et tribuere:donare ⁊ accipere. Iſte quodcunqꜫ agit ꝑtãte agit:illi ſi q̃d faciũt imbecillitatẽ ſuã ⁊ virtutẽ dñi cõfitent dicentes. In nomine ieſu ſurge ⁊ ambula. hec Beda. Per iſtũ numerũ aploꝝ duodenariũ q̃ cõponit ex denario ⁊ binario ſignificat q̃ apli ⁊ eoꝝ
duodenarius apl'orũ nũer⁹. ſucceſſores debẽt pre ceteris implere decalogum legis ⁊ duo p̃cepta charitatis. (Et miſit illos binos) in ſignũ charitatis q̃ requiri
mat.vj. ⁊ Lu.x. tur in predicatorib⁹ ⁊ vt haberẽt mutuo ſolatiũ ſocietatis:qꜫ adhuc erãt infirmi:quãdo autẽ erãt pfecti:ſcꝫ poſt pceptionẽ ſp̃uſſcti miũt eos ſimpl'r ſiue binos:ſiue ſolos: qꜫ tũc erãt ſp̃uſancto ſolidati. (Miſit) ſ.quã (illos predicare regnũ dei).i.euangeliũ q̃d promittit regnũ dei:⁊ docet qualiter ad hoc itur ⁊ peruenit:qꜫ per penitentiã vel (p̃dicare).ſ.in ſua predicatione penitẽtib⁹ ꝓmittere regnũ dei ⁊ ſanare infirmos) corporaliter ⁊ ſpiritualiter. Hoc etiã quotidie facit p̃dicatorib⁹ euãgeliũ ſi faciãt q̃d in ſe eſt:qꜫ dat eis poteſtatẽ eijciẽdi demones ſpiritualiter de cordib⁹ hoim ⁊ ſanãdi languores vitio-
D rũ:u. Inſtruxit etiã dñs apl'os quo pergerẽt
Miſſoꝝ qualitates. ⁊ q̃d facerent:quo vterent ⁊ a quo abſtinerẽt:⁊ a quib⁹ cauerẽt ⁊ a quib⁹ nõ timerẽt. Sicut itaqꜫ ex p̃cedẽtibus ⁊ ſequẽtib⁹ põt

intelligi nõ niſi virtuoſi ſunt miſſi pauperes ⁊ expediti ſtabiles impigri ⁊ benigni:nõ males cõicãtes nec cupidi debent p̃dicare regnũ dei. (Miſit) ergo duodecim p̃cipiẽs eis ⁊ dicẽs. In viã gentiũ).ſ.que ad gentes ducit (ne abieritis) vbi prohibuit eis ne irent ad p̃dicãdũ gẽtib⁹ extra terrã ꝓmiſſionis (⁊ Samaritani. in ciuitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis qui ſamaritani lꝫ eſſent in terra promiſſionis:tamẽ erãt partim gẽtiles ⁊ ptim iudei: qꜫ ceperũt libros moyſi:⁊ cũ hoc ſeruierunt idolis. Ideo autẽ apl'i fuerũt prohibiti predicare p̃dictis gẽtibus:qꜫ vſqꜫ ad paſſionem chriſti nõ erat magnũ tẽp⁹:⁊ cõueniẽs erat vt eius aduẽt⁹ primo denunciaretur iudeis quib⁹ principal'r erat miſſus:et ideo temp⁹ q̃d erat vſqꜫ ad paſſionẽ chriſti futurũ erat neceſſariũ ad manifeſtandum iudeis p̃ apoſtolos chriſti aduentũ. Et hoc eſt quod ſubditur (ſed potius ite ad oues dom⁹ iſrael q̃ perierunt) propter idolatrie peccatum et legis preuaricationem. Non ergo negat quin Qñ gẽtib⁹ predicare ꝯgruit. aliquando ituri ſint ad gentes:ſed potius ⁊ primo ad iudeos:ne iudei haberent excuſationẽ ⁊ cauſam nõ recipiẽdi dñm et euangeliũ:qꜫ ad gentes miſit apoſtolos dicentes ſe q̃ ꝓprij erãt eſſe reiectos. Unde poſt reſur Mar. vltio. rectionẽ aſcẽſur⁹ in celũ dixit eis euntes i mundũ vniuerſum p̃dicate euangeliũ oĩ creature. vbi Hier. Nõ eſt cõtrarius locus Hiero. iſte ei precepto quo poſtea dr̃ euntes docete oẽs:qꜫ hoc ante reſurrectionem illud poſt reſurrectionẽ p̃ceptũ eſt:et oportebat pri⁹ aduentũ xp̃i nũciare iudeis ne iuſtam haberẽt excuſationẽ dicentes:ideo ſe dominum reieciſſe:qꜫ ad gentes ⁊ ſamaritanos apoſtolos miſerit. vñ ⁊ Greg. Redemptor noſter prius Grego. ſoli iudee voluit:⁊ poſtmodũ cunctis gẽtibus predicari:vt dũ illa vocata conuerti renueret predicatores ſcti ad vocationem gentiũ p̃ ordinẽ venirẽt:quatenus redemptoris noſtri p̃dicatione a ꝓprijs repulſa gentiles populos quaſi extraneos q̃rerent. hec Greg.
¶ Miſtice in viã gẽtiũ nõ eſt abeũdũ.i.mo- Miſtice. dus viuẽdi eoꝝ nõ eſt tenẽd⁹ et in ciuitates ſamaritanorũ p̃ quas ſignificantur cõuenticula hereticorũ nõ eſt intrãdũ p̃ cõſenſum: ſicut eñi ſamaritani.i.gentiles partim tenebant vetus teſtamẽtũ:⁊ partim negabant: ſic heretici partim cõfitent fidẽ xp̃i et partiꝫ negant. Deinde oſtenditur forma docendi. cũ dr̃. (Euntes aũt p̃dicate dicentes:qꜫ appropinquabit regnũ celorũ).q.d. Predicate qꜫ prope eſt vt aperiat ianua regni celeſtis. ſ.mea paſſione q̃d regnũ ante xp̃i aduentuꝫ erat longe:qꜫ nullus poterat illuc peruenire. Hoc regnũ diuerſimode nominatur. Ali- E qñ regnum dei a regnanti:aliq̃n autem re- Regni gnũ celorũ a ſubditis angelis et ſctis q̃ celi celorũ dicunt. Itẽ etiã q̃ ꝓpe eſt vt rex celorum re- noia.

gnet.in holb⁹ ſibi ſubditis in fide ⁊ holbus
obedientib⁹. Uel appropinquabit regnum
celorū.i.xp̄s q̄ eſt dator regni celorū. A predi
catione igit̄ regni celorum incepit ioānes ⁊
xp̄s diſcipuli eius. Et qꝛ doctrina nō eſt effi
cax niſi aſſit probatio ſequit̄ modus conue=
niens ad probandū veritatē huius doctri=
ne ſcꝫ opera facta virtute diuina cū dicit̄.
(Infirmos) corpe vl' mēte (curate mortuos)
in corpore vel in aīa (ſuſcitate leproſos) re=
ſperſos maculis in corpore vel aīa (mūdate
demones) ab obſeſſis ⁊ crimina a peccato=
ribus (eijcite). Hic ponunt̄ q̄tuor gn̄a mira
culorū ad p̄dicationis cōfirmationē. Proce
dit autē ordo ſm myſteriū: qꝛ infirmi ſunt q̄
tētationib⁹ cōſentiunt: mortui ſunt q̄ operā
tur ⁊ digna mortis opera faciūt leproſi ſunt
qui cōſuetudine ſe ⁊ alios inficiunt: demo=
niaci ſunt qui cōtēnūt. Hec autē id dn̄s cō=
ceſſit vt ipſa miraculorū operatio fidem ſer
moni eorū faceret. vn̄ Hiero. Ne holb⁹ ru=
ſticanis ⁊ abſq₃ eloquij venuſtate indoctis
⁊ illiteratis pollicētib⁹ regna celorū nemo
crederet dat ptātē miracula faciēdi: vt ma=
gnitudinē pmiſſorū probet magnitudo ſi=
gnorū. vn̄ ⁊ Grego. adiūcta ſunt aūt p̄dicato
ribus ſctis miracula vt fidē verbis daret vir
tus oſtēſa ⁊ noua facerēt q̄ noua p̄dicarent
Et iterum. Hec autē ſigna in exordio eccle
ſie neceſſaria fuerūt vt enim fides creſceret
credentiū miraculis erat nutriēda. ⁊ Chri.
Poſtea autē ſteterunt reuerētia fidei vbiq₃
plātata. Si autē ⁊ poſtea facta ſunt pauca
⁊ rara fuerūt. Deinde excludēs ab eis cupi
ditatē ſubiungit. (Gratis) ⁊ ſine pretio (acce=
piſtis poteſtatē miracula faciendi gratiam
p̄dicādi ⁊ miniſteriū) ſacramēta diſpēſandi
⁊ dona alia a deo vobis collata (gratis) ⁊ ſi=
ne pretio (date) alijs eodē modo quo accepi
ſtis ne deſinat eſſe gr̄a ſꝫ merces videat̄: ne
vileſcat ineſtimabile dum p̄ciabile reputat̄.
Quaſi dicat ſm Hiero. Ego magiſter ⁊ dn̄s
abſq₃ p̄tio hec tribui ergo ⁊ vos ſine pretio
date. vn̄ ⁊ Chri. Ne videat̄ eorū beneficium
ſuperbiā eorū cōprimit dicēs: gratis accepi=
ſtis ⁊ ab amore pecuniarū eos mūdos p̄pa=
rat dicēs: gratis date. Et iterū. Quaſi dicat.
Nihil vos de veſtro largimini ſuſcipiētib⁹:
neq₃ eñ mercede hoc accepiſtis: neq₃ labo=
rātes in ea eſt gratia, gratis eñ accepiſtis
ita igit̄ alijs dare: neq₃ eñ eſt cōdignū p̄tiū
eorū inuenire. hec Chri. Hec audiāt ſimo=
niaci hoc audiāt illi q̄ ſpiritalia vēdere vel
emere nō formidāt. Pro ſpiritalib⁹ eñ acti=
bus vt p administratione ſacramentorū et
p̄dicatione vel miraculorū opatione ⁊ cōſi=
milib⁹ nō dꝫ aliq̄d quaſi pretiū accipi: qꝛ nō
eſt p̄tiū eorū dignū inuenire. Deinde ab oīa
eos liberat ſolicitudine vt vacationē omnē
tribuat verbo dei ⁊ tota ſolicitudo eorū cō=
gregata conuertat̄ ad predicationē euange
lij dī. Nihil tuleritis in via (eūtes ad p̄dicā=
dum) neq₃ aurū: neq₃ argentum: neq₃ pecu
niā aliquā in zonis ⁊ burſis (veſtris) ad p=
uidendū. ſ. vobis in via de neceſſarijs (neq₃
ſacculū neq₃ perā). i. repoſitorium ciborum
ad portandū in via (neq₃ panē) qui magis vi
det̄ neceſſari⁹ inter alia ⁊ multo min⁹ ciba=
ria delicata. (Neq₃ duas tunicas). i. veſtes
ſupfluas (habeatis) quotquot eñ ſunt ne=
ceſſarie pro vna reputant̄ (neq₃ calciamēta) Cōtra pompo ſos mo= nachos
ſcꝫ integra qꝛ apoſtoli ſandalijs vtebantur.
(Neq₃ virgā) que. ſ. itinerarijs prebet auxi=
liū. Qui eñ dn̄i hꝫ auxiliū cur baculi vel al=
terius rei q̄rat p̄ſidiū? Sed ſi p̄hibet virgā ⁊
quedā alia q̄ vident̄ neceſſaria quid de eq̄s
⁊ equorū phaleris vel ceteris ſuperfluis?
Ubi omnis cupiditas ⁊ auaricie occaſio et
ſolicitudo tēporaliū tollitur: omne ſupfluū
amputat̄ ⁊ ſola neceſſaria conceduut̄. De=
niq₃ expedit̄ via ⁊ fugit timor creſcit ſecuri=
tas. vn̄ nō immerito poeta Iuue. ait. Can= Sati.x.
tabit vacuus corā latrone viator. Hoc ergo Tpaliū ſolicitu do pro= ſcribit a p̄dicāti bus.
totū dicit ad excludendum a predicatione
verbi diuini ſolicitudinem temporaliū tem
poralia eñ in ſui acquiſitione moleſtāt ani
mū: ⁊ adhuc plus in ſui poſſeſſione turbant
eum: qꝛ iam ſunt quaſi membra ipſi habēti
incorporata: ⁊ ideo magis trahunt aīm ho= Grego.
minis ad inordinatā dilectionem ſui: et qꝛ Nazāze nus.
hoc ſuffocat verbū dei: ideo nō dꝫ eſſe in pre
dicatoribus euāgelij. Igit̄ vt dicit Grego. tā= Chriſ.
ta predicatori debet in deo eē fiducia: vt pre
ſentis vite ſumptus: quāuis non prouideat:
tamen ſibi hos non defecturos certiſſime Theo.
ſciat: nedum mēs eius occupat̄ ad tempo=
ralia minus alijs prouideat eterna. Et ſm
Grego. nazanzenū horū ſumma eſt: vt adeo
virtuoſi exiſtāt ꝙ non minus pp̄ter vite mo
dum q̄ꝫ pp̄ter eorū verbū euāgeliū p̄ficiat.
vn̄ ⁊ ſm Chri. hoc etiā eis dn̄s precepit vt
per habitū oſtenderent quantū a diuitiarū
deſiderio diſtabāt. Et ſm Theophilum vt
vidētes eos p̄dicare paupertatē acquieſcāt
cum ap̄li nihil habēt. ita autē expreſſe pro=
hibuit poſſeſſionē tēporaliū: qꝛ ſibi oporte=
bat in primitiua eccleſia: vt oſtenderēt oīa
gubernari diſpenſatione diuina: ⁊ oſtende= G
retur virtus fidei contra errores hominum Rōnes
qui curſu ſiderum vel fortuna credebāt agi pauper
oīa: ⁊ hoc adhuc competit apoſtolicis viris tatꝭ p̄di
ap̄lorū ſucceſſorib⁹. Quidā tn̄ ſunt qui po= catorū
teſtati non paupertati ſuccedere volunt: cū an alij
tamen non poteſtati ſed paupertati regnū ſeruare
ſit pmiſſum. Tres ergo rationes quare hoc teneant̄
precepit. prima ne ſint quaſi cupidi ⁊ ambi tur.
tioſi. ſecunda ne ſint ſoliciti quaſi puſillani
mes. tertia vt mittentes virtutem oſtende
ret quando nihil eis deeſt? Si queritur an
alij ad hoc obligantur: dicendum q̄d conſi=

liũ eſt nõ ꝑceptũ. Sꝫ certe nõ auderet aliq̃s
vtile ⁊ ſanũ ꝯſiliũ repellere i facie ei⁹ quan‑
to magis illõ qḋ dedit magni cõſilij angel⁹
Et quicũq; huic cõſilio fiducialiter adhere
ret nõ dubiũ quin deus ſufficienter ſibi pro
uideret. Quãdo enim miſſi fuerũt apoſtoli
ad predicandũ ſine ſacculoꝝ ꝓuiſiõe aliqua
neceſſarioꝝ: fuit diuinit⁹ eis laute prouiſũ:
qꝛ nihil eis defuit: qñ vero relaxatum fuit il
lis ꝓuidere ſibi de neceſſarijs in via paſſi
ſunt penurias multas poſtea. Hoc autẽ fe‑
cit deus ad dandũ fiduciã pauperib⁹ predi‑
catorib⁹ ad exequendũ cõſtãter predicãdi of
ficiũ. Ubi nota pulchꝛũ de duob⁹ religioſis

Religioſi pegrini.

vltra mare ad terrã ſanctã ꝓfectis exemplũ
Cũ eñ vltra mare ⁊ redeũdo circa mare ad
huc iter ignotos eſſent ſemp in deo ſolũ ſpẽ
habebãt: ⁊ nihil de neceſſarijs eis deficie‑
bat. Cum autem perueniſſent ad dulce na
tale ſolũ dixit vn⁹ inter eos ad alterũ. Mo
do pericula euaſimus: qꝛ iam in terra nr̃a ⁊
inter notos ſumus. Et cum ſic ponerent ſpe
ciẽ in homine inceperunt in neceſſarijs de‑
ficere et maiorem paſſi ſunt penuriam q̃
ante. ¶ Et qꝛ quodã modo nudos et expedi
tos ad p̃dicandũ diſcipulos dominus miſe
rat ſeueritatẽ precepti in ſequenti ſnĩa tẽpe
rauit dicẽs. (Dign⁹ eſt enim operarius). i.

H Uict⁹ a p̃dicatoꝛibus accipiẽdus.

predicatoꝛ qui operatur op⁹ dei ad vtilitatẽ
primi. (cibo ſuo). i. neceſſarijs ad vitã: qꝛ in
cibo intelligit̃ etiã veſtimẽtũ ⁊ domiciliũ ſi‑
ne quib⁹ decẽter nõ viuit gen⁹ humanum.
Quaſi diceret. Tãtũ accipite quãtũ l victu
j. co. ix. ⁊ veſtitu vobis neceſſariũ eſt. Uñ ⁊ apoſtol⁹
j. coꝛ. ix. replicat. Ordinauit de⁹ his qui euangeliũ
j. ti. vj. annũciãt de euãgelio viuere. Et iterum ha
bẽtes victũ ⁊ veſtitũ his cõtenti ſim⁹. Hinc
eſt q diacon⁹ ꝓcedit a p̃ſbytero quaſi miſ‑
ſus a dño ad p̃dicãdũ euãgeliũ: cui ſubdia‑
con⁹ fert puluinar quo liber ſuſtentatur: qꝛ
alij debẽt p̃dicatorẽ ſuſtẽtare. Dignus ẽ eñ
operari⁹ mercede ſua: nõ ſolũ eterna q̃ debe
tur in patria ad remunerationẽ: ſed etiã tẽ‑

Grego. Predicatoꝛũ merces

poꝛali que debet̃ in via ad ſuſtentationem.
i. cõuenienti victu ac veſtitu ⁊ domicilio: hic
eſt duplex honoꝛ quo digni ſunt q̃ bene pre‑
ſunt. Nã ſm Grego. Merces predicationis
hic inchoatur ⁊ in celo perficit̃: qꝛ vni noſtro
operi due mercedes debentur. vna in via q̃
nos in laboꝛe ſuſtentat: alia in patria que
nos in reſurrectione remunerat. Ergo qui
nõ operat̃ nec laboꝛat: nõ mãducet nec mer
cedẽ exigat. Ecce quare p̃cepit eis nihil fer‑
re: quia omnia debentur eis pro laboꝛe. De
iure enim naturali eſt et diuino: ac etiã hu‑
mano: vt illis q̃ ſeruiunt cõitati in ſpiritua‑
lib⁹. ſ. in diuino cultu ⁊ doctrina prouideã‑
tur a cõmunitate in tẽpoꝛalibus neceſſaria.
Nõ ergo ꝓhibuit eis ferre neceſſaria ad ſu‑
ſtentationem huius vite: ſed vt demon‑
ſtraret hec eis deberi ab illis quibus predi‑
carent: nec omnino ⁊ ſimpliciter precepit
eis illa: ſed magis ad reuocandũ eoꝝ affe‑
ctũ ab inoꝛdinato amoꝛe tẽpoꝛalium vt nõ
quererẽt ſuperflua ſed eis ſufficerẽt neceſ‑
ſaria q̃ in eis non defectura dñs oꝛdinauit
dãdo eis poteſtatẽ ſumendi ea ab his qui‑
bus euãgelizabãt: ⁊ ſic carnalia meterent q̃

I Uiuere d̃ ſuo lꝫ p̃dicantibus. Augu.

ſpiritualia ſeminabãt. Nec tñ inobediẽtes
ſunt qui de ſuo iure credũt. vñ Aug. Appa‑
ret autẽ hec nõ ita precepiſſe dñm: tãq̃ euã
geliſte viuere aliũde non debeant q̃ eis pre
bentibus quibus annunciant euãgelium.
Alioquin contra hoc preceptũ feciſſet apo‑
ſtolus qui victũ de manuũ ſuarũ laboꝛib⁹
tranſigebat: ne cuiq̃ grauis eſſet ſed pote‑
ſtatem dediſſe apoſtolis in qua ſcirent ſibi
iſta deberi. Cum enim a dño aliquid impe‑
ratur niſi fiat inobedientie culpa eſt. Cum
autẽ poteſtas datur licet cuiq; nõ vti: ⁊ tãq̃
de ſuo iure credere. hec Augu. Et nota ſm
Chꝛi. q matheus ⁊ lucas non calciamẽta: Ptãte
neq; baculum poꝛtare permittit qḋ oſtẽdit nõ vti lꝫ
perfectiſſimum eſſe. Marcus vero iubet ba Chꝛiſ.
culum aſſumere ⁊ ſandalijs calciari qḋ di‑ Tunice
ctum eſt permiſſiue. Unde ⁊ illud de duab⁹ due.
tunicis nõ poꝛtãdis exponit Hiero. non ad Hiero.
literã: ſed qḋ vna tunica dicatur veſtimen‑
tum neceſſarium: ſecũda ſuperfluũ: ne alio
veſtiti aliud nobis futuroꝛum timoꝛe ſerue
mus. Sed ſi non ꝓpter timoꝛẽ multominus
propter oſtentationẽ. In quo cõpꝛehendun
tur qui perticas veſtiunt ⁊ archas implẽt:
⁊ qui equos mutatoꝛijs veſtimentoꝛũ one‑
rant. Uñ ⁊ Aug. hoc de duab⁹ tunicis intel Augu.
ligendum eſt ne quiſq̃ eoꝛũ preter eam quã Uirga
eſſet indutus aliam poꝛtandã putarẽt ſoli‑ nõ poꝛ‑
citus: ne opus eſſet cũ ex illa poteſtate poſ‑ tanda.
ſet accipere. In Matheo etiam ⁊ in Marco
virga accipit̃ equiuoce. In Matheo eñ ac‑
cipit̃ metaphoꝛice. vt ſit ſenſus. neq; virgã:
id eſt nec minimas res. Uel non innitami‑
ni ſubſidio tẽpoꝛali ſicut coꝛpus innitit̃ ba‑
culo ſuſtẽtãti ⁊ ſimilib⁹. In Marco autem
vbi dicit̃: niſi virgã tñ accipit̃ ad literã: per
quã tñ intelligitur poteſtas accipiẽdi ſum‑
ptus qua vti potuerũt vel non vti ſm q vo‑
luerint. Unde doctoꝛes hebꝛeoꝛũ in ſignum
doctrine virgã in manu poꝛtabant. qꝛ apud
iudeos cõſuetũ erat ꝓuideri eis de victu a
populo quẽ docebãt: ideo xp̃s voluit q hoc
eis pro alia ꝓuiſione ſufficeret. p hoc enim
oſtendebat̃ q populus cui predicabant ꝓ‑
uidere eis debebat. Igitur non ꝓhibet dñs
neceſſitatem: ſed ſuperfluitatem ⁊ pꝛohibet
euangelium annunciantibus nimiam cu‑
ram ⁊ ſolicitudinem de tempoꝛalibus ne ve
lint poꝛtare vltra neceſſaria aliud timen‑
tes quod ſibi deficiat. ¶ Item vt ſub quan
ta feſtinatione ad predicandũ pergere de‑

beant oſtēdat̃ adiunxit. (Et neminē p viam ſalutaueritis. (Nō ſimpliciter ſalutationē ꝓhibuit:ſed cū mora ꝯfabulatiōe₃ hāc fieri noluit:ne occaſiōe ſalutationis impedirent̃ a curſu predicationis quo minus cito ſalutē ꝑdicarēt auditoribus. Uel ꝓhibuit ne ſalutarēt:ſe₃ ex curioſitate ſicut quidam faciūt qui nō ex ſtudio ſalutē optādi ſalutare cōſueuerūt:ſ₃ nō ꝓhibuit hͦ fieri ex charitate:⁊ ad cōſulēdū ac ſtudio optādi ſalutem. Ubi oſtēdit̃ quāta diligētia et feſtinatione ꝑdicator verbi diuini d₃ officium ſibi iniunctū exercere:quia non debet ab officio hmōi ꝑpter familiaritatē cū aliquo retardari. Et ideo predicator multū d₃ plangere tp̄s quo ꝑtermittit fructū predicationis: et ſilr alij dnt plāgere tp̄s:quo pretermittunt ſpūalia exercitia ad eoꝝ ſtatū pertinentia. Jtē olm eis aperiens domos de neceſſario cibo fecit eos confidere dicēs. (Jn quācūq₃ aūt ciuitatē aut caſtellū).i.in quecūq₃ loca maiora vel minora intraueritis interrogate quis in ea dignus ſit).i.fidelis ⁊ bone fame ⁊ nō ſuſpectus ipſe vel locus eius ne infamia ſuſcipiētis fama ⁊ dignitas predicatorum maculet̃ ⁊ eorū predicatio et doctrina deturpetur ac tanq̄ ſuſpecta impediat̃. Ubi Hiero. Teſtimonio vicinorū et per famā eligēdus eſt hoſpes:ne eiꝰ infamia predicatio ledat̃. Ergo multomagis ſocius eligendus eſt dignus. Jtem hoc dicit vt ſciat hoſpes ſe magis grām accipe q̄ dare. (Et in quācūq₃ domū intraueritis(cauſa hoſpitandi (in eadē manete) nō ſine honeſta cā inde exeūdo:nec curioſe ⁊ inutiliter diſcurrendo (donec exeatis) tranſituri.ſ. alio ad ꝑdicandū. Nō eſt tn̄ intelligēdū q̄ per hoc velit excludere cās honeſtas exeūdi ad docendū vel aliquid hmōi faciendū:cū ꝑpter hoc intrauerint ciuitatē vel caſtellū : ſ₃ per hoc vult diſcurſus vagos excludere qui nō debent eſſe in ꝑdicatore:ſed magis ceſſante neceſſitate exeūdi d₃ vacare contēplationi vt ibi hauriat qd̄ populo poſtea effundat. ¶ Jtē hortat̃ eos ad tēperātiā dicēs (edentes ⁊ bibētes q̄ apud illos ſunt).i.nō querētes nec q̄ri faciētes extra domū delicata et ſupflua q̄ apud illos nō ſunt ſed māducate que vobis ſponte apponunt̃ et offerunt̃ ab illis q̄uis modica ſint ⁊ vilia nō querētes lautiora vel plura etiam ſi apud illos ſunt talia:⁊ certe q̄to paucioribus ⁊ vilioribus vtunt̃ tanto ampliꝰ implent qd̄ hic d̄r. Dignū eſt vt ibi maneāt ⁊ ab eis cōſequātur terrena qbꝰ offerūt celeſtia (dignus eſt em̄ opariꝰ mercede ſua)non ſolū eterna in patria ad remunerationē:ſed etiā tēporali in via ad ſuſtentationē. Jtē iubet ne de domo ad domū quadā vaga facilitate demigrent et hoſpitē ꝑpter lautiora habēda nō mutēt quē etiam ex hoc infamare poſſent. Un̄ iubet hoc iō ſm̄ Chri.ne leues ⁊ vagabundi diſcurſores videant̃ et guloſi qbꝰ nō ſufficit vnius hoſpitis victꝰ neceſſariꝰ:⁊ ne contēnere ⁊ iniuriari ſeu cōtriſtari viderentur ſuſcipientē vt ingrati. Duo ḡ hic mandant̃ vnū de electione hoſpitij : aliud de inꝑmutatiōe electi:nec d̄r hic quin liceat predicatori aliq̄n mutare hoſpitiū:vel cū alijs comedere maxime vt non grauet hoſpitem ſuū:dum tn̄ ad dignos diuertat et honeſtos ſed prohibuit dn̄s mutationē hoſpitij rōne triplici:vna eſt vitatio leuitatis que nullo mō d₃ apparere in predicatore : alia ſuſpitio guloſitatis:quia hoies cōſueuerunt nouos hoſpites lautius ꝓcurare:tertia declinatio infamie hoſpitis : q₂ ſi dimitteret̃,videret̃ indignꝰ. Jtē iubet vt cū bn̄dictiōe intrent domū dicēs. (Jntrātes aūt in domum ſalutate eam).ſ.familiā.ſ.hoies habitātes in ea:vt ſit lata relatio.ſ.antecedēs ꝓ cōtinente ⁊ relatiuū pro cōtentis) dicentes pax huic domui).i.familie vt qui cibū ⁊ neceſſaria recipiūt ſalutē et pacis bn̄ficiū largiantur. Quia ꝑdicator d₃ habitantibꝰ in domo quā intrat pacē offerre ⁊ optare:⁊ non ſolū optare:ſed etiā euangeliū xp̄i qd̄ eſt euangeliū vere pacis ꝑdicare et eos ad pacē internam ⁊ fraternā inducere:ac ſalutē habitantiū bonis ꝟbis ⁊ exēplis ꝓcurare:vt appareat eos legatione fungi ꝓ xp̄o ieſu q̄ eſt vera pax ⁊ ſalus olm. Ob hoc ſolū vicarijs apoſtolorū.ſ.ep̄is ꝑcipuis eccleſie ſponſis: ſ₃ in ꝑncipio miſſe ſalutare populū ⁊ dicere pax vobis. Pax pctōꝝ pax tp̄is tandē : pax eternitatis. Fit ergo introitꝰ cū optatione ſalutis ſalus cū optatione pacis:et hec duo ſunt optāda hoſpitibus:ſalus in amotione malorum pax in adeptione bonoru₃ ſalus cōtra periculū dānationis:pax quātum ad bonum reconciliationis. Hunc autem modum intrandi ⁊ ſalutādi dominus dedit vt ex hoc oſtenderet ad quid veniret pacem.ſ. facere:bella ſedare:predicatores non de nugis:ſed de ſalute animarū loqui debere (et ſi fuerit domus illa digna) recipiendi pacē oblatam.i.ſi fuerit eius familia ad vitam eternam predeſtinata:vt ibi fuerit filiꝰ pacis.i.amator vel obſeruator vel heres pacis ad pacem eternam ordinatus (veniet) ⁊ requieſcet (ſuper illā pax veſtra) a vobis nūciata ⁊ eis optata q₂ oratio veſtra ⁊ ꝑdicatio habebit ibi effectum recipiētq₃ pacifice veſtram doctrinā et ſequent̃ eā que prouocat ad pacē eternam. (Si aūt nō fuerit digna) i.ad vitam eternā non ordinat ⁊ nullus doctrinā veſtrā receperit ⁊ ſecutus fuerit vos tn̄ non eritis ſine fructu nec priuati merito vr̄o:q₂ (pax vr̄a).i.meritū et merces optate pacis:ad vos reuertetur:nam vobis a deo

Chriſ.

M hoſpitij non mutandi ratiōes.

A Pax vobis ab ep̄is in principio miſſe dicit̃ Pax et ſalus.

recōpensabit: ⁊ q̄uis non habeat q̄tum ad ipsos effectū: vos tn̄ hēbitis mercedē inde apud deū a quo pro labore vr̄i opis reddet vobis p̄miū. (Et q̄cūq3 non receperint vos) hospitio necessaria vobis ministrādo: neq3 audierint sermones vestros: vestris monitis obtēperādo: exeuntes de domo vel ciuitate illa excutite puluerē pedū vestrorū in testimoniū illis: siue signum. s. triplex q2 iudei signa querūt et mos fuit iudeorū typicis ⁊ figuratiuis vti operib9. Primū vt dicit Hiero. in testimoniū laboris sui. s. q̄ ingressi sunt ciuitatem et predicatio ad illos peruenit. (Excutite ergo puluerem). i. minima itineris et laboris que pro illis sustinuistis exponite et erit eis occasio maioris damnationis. Scd̄m signū est: q2 puluis in pedib9 signū est laboris: excussio pulueris inutilitatem significat laboris: inutilia eī̄ excuti solēt ⁊ abijci. Excutiēdo ergo puluerē ostēdunt q2 inaniter laborauerūt: ⁊ iō inexcusabiles erunt nec iniuste dānabunt qui salutē sibi oblatā recipere noluerunt. Tertiū signū est: vt ostenderent se ab eis nihil terrenū querere: nec ēt minimū de terrenis opibus accipe vt nec etiā puluerē de terra sua sibi paterent adherere cū incorrecti fuerint et euāgeliū spreuerint. Ergo nihil vnq̄ nec etiā necessaria accipiant ab incorrectis et a contēptorib9 euāgelij ⁊ indignis. Uel (excutite puluerē pedū). i. leuia pctā que solēt ex talibus accidere etiā in hoībus perfectis.

Signū triplex. Hiero. — Pulueris excussio.

¶ Moraliter pedes iubent excuti in signū excussionis terreni appetitus vel humane laudis. Prohibent g̃ in p̄dicatoribus ⁊ platis sarcinarū multiplicitas: victus curiositas: tpaliū cupiditas: vestiū superfluitas: instabilitas: ⁊ malorū cōicabilitas. Et ne leuis culpa videat apl'os non recipe subdit. (Amē dico vobis tolerabilius erit terre sodomorū et gomorreorū in die iudicij q̄ illi ciuitati). i. habitatorib9 illius ciuitatis que spreuit vos et sermones vr̄os. Huius rō est fm̄ Hiero. q2 illis nō fuit p̄dicatū: huic aūt cū p̄dicatū sit nō recipit euāgeliū ⁊ fm̄ Raba. q2 illi solū legem nature trāsgressi sunt sed isti ēt legē scriptā ⁊ dicta prophetarū et apostolorū. Non fit cōparatio horū q̄tū ad pctm̄ carnale quo sodomite grauius peccabant: sed q̄tū ad pctm̄ inhospitalitatis quo isti magis peccabant: q2 de illis dr̄ q̄ egeno manū nō porrigebāt: s3 isti tantos post auditā vitā repellebāt: ⁊ nō est dubiū q̄ grauius peccatū est negare victū seminātibus sp̄ualia q̄bus tenent hoīes de iure naturali diuino et humano q̄ manum nō porrigere egeno simplici sp̄ualia nō semināti. Cui eī̄ multū datū est multū q̄ret ab eo. vn̄ Beda. Sodomite ⁊ si inhospitales fuerint iter cetera carnis aleq3 flagitia: nulli tn̄ apd̄ eos


Moraliter. — Hiero. — Raba. — O Grauitas peccati p̄dicatorem repudiātis. — Beda.

tales hospites q̄les apl'i reperti sunt: ⁊ loth q̄dē aspectu ⁊ auditu iust9 erat nō th ibi aliqd docuisse aut signa fecisse phibet. Un̄ et Remi. Sp̄al'r tn̄ sodomorū ⁊ gomorreorum mētionē facit: vt p h demōstret q2 illa pctā sunt deo magis odibilia q̄ fiunt ꝯ naturā: p q̄b9 delet9 est mūd9 aq̄s diluuij: et q̄tuor ciuitates submerse ⁊ mundus q̄tidie diuersis malis affligit. Un̄ fm̄ Hiero. vidēs dn̄s hoc pctm̄ in carne pene desijt incarnari: q2 naturā quā assumpturus erat corruperāt. Sūma eī̄ mūdicia talē summā immūdiciā maxime abomiatē sustinere nō pōt. Un̄ ēt dicit Augu. Qui aūt faciēdo qd̄ malū est: ēt mala cōsuetudie se iplicāt: vt ipsa cōsuetudo mali nō eos sinat videre: quia malū est: fiunt defensores malorū factorū suorū: irascunt: reprehēdunt intm̄ vt sodomite quodā dicerēt loth reprehēdēti nequissimā volūtatē: habitare venisti nō leges dare. Tanta eī̄ ibi nephāde turpitudinis cōsuetudo erat: vt iā nequitia eēt iustitia ⁊ prohibitor potius reprehēderet q̄ factor. h Aug. Quā grauiter aūt hoc pctm̄ de9 punierit testat mare mortuū siue diaboli ⁊ vere mortuū: quia nil viuū recipit: et diaboli: q2 instinctu eius q̄tuor ciuitates igne sulphureo cōcremate i illud submerse sunt. Un̄ mare maledictū ēt appellat semp fumās ⁊ tenebrosū de vaporib9 q̄si sit īferni camin9. Est vltra hierico nō lōge positū: diuiditq3 iudeā et arabiā ⁊ h3 i latitudine septē leucas. Et l3 q̄nq3 ciuitates fuerit destructe pp̄t h pctm̄ tn̄ due noiant tm̄: q2 maiores ⁊ famosiores erāt in multitudie ppl'i ⁊ turpitudie pcti. ¶ Oro.

remis. — Sodomitici crimis detestatio. — Hiero. — Eiusdē abominatio. — Augu. — Ge. xix. — Eiusdē pūitio. — Mare maledictum.

Domine iesu xp̄e qui discipulos tuos ad p̄dicādū mittēs dedisti eis potestatē curādi: ac p̄cepta viuēdi ⁊ cōuersandi: dirige pedes meos in viam pacis et da mihi salutē mētis ⁊ corporis: ⁊ vt habeā in operib9 iustitiā: in moribus disciplinā et in oībus tuū timorē ⁊ amorē: mortifica in me oīa vitia meq3 tuis donis interi9 ⁊ exterius restaura vt ea que discipulis tuis p̄cepisti p modulo meo merear imitari: ⁊ cum ipsis eterna glr̄ia de tua mīa munerari. Amen.

¶ De patientia in aduersis habenda. Capitulum. lij.



Et q2 oēz solicitudinē discipulorū abiecit ⁊ eos signorū ostēsiōe armauit ac ferreos q̄sdā opatus est et fecit ab oīb9 huius vite negocijs eos eruens ⁊ ab oī tēporanea solicitudine liberās: nunc post p̄spera dt̄ etiā illa q̄

A mat. x.

debēt eis cōtingere mala ad preliandū contra mūdū τ diabolū eos ꝑparās: τ ad patiētiā cōtra aduersa tolerāda instruens: q2 vt dicit Seneca cuius dolori est remediū patientia. Et hec precipue discipulis erat necessaria. qui eīm (vt dicit Grego.) locū predicationis suscipit mala inferre nō dz: sz tolerare: vt ex ipsa sua māsuetudine irā seuiētium mitiget: τ peccatorū vulnera in alijs ipse afflictionibus vulneratus sanet dicite ergo. (Jte) scilicet ad predicationis officiū (ecce ego) dominus τ magister vester q̄ vos elegi: vos docui: ego dn̄s omnipotens qui vos armaui: ego cui nemo resistere valet: ego inquam qui dominus sum messis (mitto vos) homines electos doctores īstructos milites armatos: medicos peritos. (sicut oues) .i. simplices τ innocētes per arma vos non defendentes: vt lacte doctrine alios nutriatis: exemplo mansuete ꝯuersationis attrahatis: pro eis etiam corpora exponatis (in medio luporum) .i. scribarum τ phariseorum τ aliorum crudeliū persecutorum τ detractorū qui dicunt lupi propter rapacitatem: crudelitatem τ dissimulationē. q. d. Sicut mansueti inter crudeles ad patiendū itis: patientiā τ innocentiam custodite. Non vos defendatis: q2 oues estis: seuiant illi qui lupi sunt. ¶ Mirabilis venator est dn̄s q̄ per agnos siue oues capit τ deuincit lupos per patiētiā vincit potētiā. Et bn̄ dicit (in medio luporū) vt patiētia sit quasi cētrū ad omnē iniuriā circūdantē. Jtē (in medio) per cōmunē oīm cōuersationē: ac propter ouiū vnitatē in fide τ luporū pluralitatē in erroribꝰ. Et hec vnitas maxime facit vincere: q2 vt dicit Amb. omnis pugna vnanimiter aggressa parit victoriā. Dicit autē (Ecce ego mitto vos) vt dum mittētis potestas ꝯsideratur periculi magnitudo nō timeatur. vn̄ Chri. Que igit horū erat cōsolatio? Mittentis virtus. Jdeoq3 hoc ante oīa posuit dicens ecce ego mitto vos. Sufficit hoc ad confitēdum τ nullū formidandū superuenientiū: vides autoritatem vides potestatem: vides virtutem inexpugnabilem. hec Chri. Mittit dn̄s discipulos sicut oues inter lupos: sed heu hodie multi prelati sunt inter suos sicut lupi inter oues. (Estote ergo prudentes sicut serpentes) contra scribarum astutiā τ fallaciā: sc3 ad intelligendas τ cauēdas fraudes τ insidias (τ simplices sicut colūbe) cōtra tyrānorū crudelitatē τ maliciā sc3 ad sustinēdas τ ignoscēdas lesiōes τ iniurias. Prudētia est necessaria in precauēdis malis: simplicitas in faciēdis bonis q. d. Sicut serpētes residuū corporis ꝓ capitis periculo exponūt τ caput in quo vita est toto corpore occultādo custodiūt τ letale vulnus excludūt: ita τ vos totiꝰ corporis periculo caput vestrū id est me ac fidē τ animā integre τ incorrupte seruate et custodite: τ sicut colūbe sine felle τ amaritudīe malicie sunt τ nulli malū faciunt: ita et vos innocentiā custodiendo malum inferre vel referre alijs nolite: vt per prudentiā malū deuitetis τ ꝑ simplicitatē nulli malū faciatis.

Prudentia serpentis in tribus.

Pōt etiā prudētia serpentis cōsiderari in tribus: veterē eīm pellē ad arctū foramen deponit. Corpus pro capitis salute exponit: τ cū sit frigide nature solē diligit. Pellis depositio ꝑtinet ad incipiētes qui debent deponere ſm ꝑstinā cōuersationē veterem hoīe3 cū actibꝰ suis. Corporis expositioꝰ ꝓ capite ad ꝑficiētes ꝑtinet q̄ ꝓ mēte defendēda q̄ est caput hoīs totū hoīem morti tradūt. Solis dilectio ꝑtinet ad perfectos q̄ insistūt diuine cōtēplatiōi: qua τ illuminant τ inflāmātur: sic eīm serpēs ꝓpter duo diligit solem: ꝓpter calorē quo natura figurat: τ ꝓpter lucē qua illuminatur: q2 cū senescit amittit visum s3 ad radios solꝰ directe oculos opponēs recipit eū. Jn his tribꝰ nos dn̄s voluit assimilari prudētie serpētis: s3 nō in venenata cōplexiōe: nō in lingue partitione: nō in anfractuosa deambulatiōe.

Serpētī assimilari debemus. Simplicitas columbina in tribus. Remigi.

Simplicitas similiter colūbina d3 esse in tribus: scilicet cogitatiōe τ in iudicādo h3 enim blandos oculos: τ dulcē aspectū affectionis in diligendo figitur enim in amore ad genꝰ suū vnde et frequētat osculū intētionis. in operando residet eīm sup fluēta aquaꝝ vt accipitris insidias caueat per vmbrā. Et ſm Remig. bene adiūgit prudētie simplicitate3. Quia simplicitas absq3 prudētia facile decipi potest: et prudētia periculosa est ad decipiendum nisi simpliciter tēperet. Unde p3 ꝙ astutia vulpina vituperabilis est: et similiter ruditas bouina: s3 mediū est tenēdum τ medio modo est incedēdū.

Prudētia simplicitati iūcta Grego.

vn̄ Grego. Utraq3 necessario in ammonitiōe cōiunxit vt simplicitatē columbe astutia serpentis instrueret: τ rursus serpentis astutiā columbe simplicitas obtemperaret. vnde et Chrisost. Estote ergo prudentes sicut serpentes ad intelligēdas fraudes: estote simplices sicut columbe ad ignoscendas iniurias.

Chris.

Nolo vos esse semꝑ quasi columbas ne propter simplicitate3 nimiā per seductione3 in laqueū incurratis. Nolo vos eē semꝑ sicut serpētes ne ex corde cōtra aliquē venena fundatis: sed ſm tp̄a τ ꝑsonas mutetisꝰ mores. Et vt breuiter dicā estote prudētes sicut serpētes vt omne malū intelligatis et caueatis: estote simplices vt colūbe vt nō faciatis vllum malum: q2 intelligere malū laudabile est facere autē vituperabile. Nec q̄ itelligit malum ille facit malū sed qui facit malū. hec Chrisost.

Chris.

¶ Et subiungit aperiendo quos lupos dixerit. (Cauete autē ab hoībus) .s. lupis deterio-

rſonis.i.ab holm perſuaſionib⁹ q̄ q̄rūt frau dulcter vos decipe: ⁊ violenter peruertere. Ubi ſe exponēdo dn̄s declarat ꝙ lupos non bruta: ſed hoīes dixerit. vnde Chri. ita dixit. Attēdite vobis ab hoīb⁹ quaſi a quibuſdā peſſimis malis ⁊ ſup oīa malis oſtēdere vo lēs: q̄r pre oīb⁹ malis hō eſt peſſimū malū. Nā ſi beſtie cū cōparare volueris: peiorē īn uenies eum. Beſtia eīn q̄uis crudelis tn̄ q̄r irrationabilis eſt declinabit ab hoīe crude litas ei⁹. Homo aūt crudelis cū ſit irrōna lis nō facile euadet crudelitas ei⁹. Si cōpa raueris hominē ſerpēti peiorē inuenies eū qm̄ ſerpēs ⁊ ſi maliciā h3 tn̄ ⁊ hoīs h3 timo rē. Ideo ſiquidē potuerit mordet ſi autē nō potuerit fugit hō autē maliciā h3 ſerpētis ⁊ timorē nō h3 ſicut ſerpēs. Ideo q̄diu nō h3 tp̄s latet ſicut ſerpēs: ſi autē tp̄s iuenerit ir ruit ſicut beſtia. Adhuc autē oīs beſtia ſi q̄ dē irritata fuerit ſeuit ſi aūt irritata nō fue rit in ſilētio trāſit. homo autē nō irritat⁹ in ſanit a q̄b⁹ nō fuerit irritat⁹. Et vt breuiter dicā vnāq̄q3 beſtia vnū ⁊ ꝓpriū malū h3: hō autē oīa mala h3 i ſe. Denīq3 hō mal⁹ pe ior eſt q̄ ipſe diabol⁹. Diabol⁹ eīn ſi viderit hoīem iuſtū nō ē auſus ad eū accedere: hō autē mal⁹ q̄uis hoīem ſctm̄ viderit: nō ſolū illū nō timet: ſ3 adhuc magis cōtēnit: nō eīn diabol⁹ ꝑſtat hoī virtutē: ſ3 hō diabolo. Ar ma g̊ diaboli hō eſt mal⁹. Sicut eīn hō ſine armis nō pōt aliq̄d facere cōtra hoſtē: ſic et diabol⁹ ſine hoīe nō v3 cōtra ſctōs. Et iterū ꝟtus diaboli hoīes mali ſūt: nec eīn pōt ali quod malū ſeminare ī mūdo niſi ꝑ ſuos mi niſtros q̄r ī ſctis nō īuenit locū. h̕ Chriſ. Un̄ ⁊ Aug. Si xp̄ian⁹ es ipſe mūdus inimic⁹ eſt abſq3 ꝑuatis inimicitijs. Non eīn eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus p̄ncipes ⁊ ꝑtātes ⁊ ſpūalia nequi tie.i. aduerſus diabolū ⁊ angelos eius: q̄r et qn̄ patimur hoīes importunos ille inſtigat: ille iſlāmat: ille tāq̄ vaſa ſua mouet. Atten dam⁹ g̊ duos hoſtes quē videm⁹ ⁊ quē non videm⁹ hoīem videm⁹ diabolū nō videm⁹: hoīem diligam⁹ diabolū caueamus ꝑ hoīe orem⁹ ꝯtra diabolū orem⁹. h̕ Aug. Un̄ ēt le git ivita ſcti colūbani ꝙ cū ipſe ꝑ opaca ſal tus iter deuia ābularet ⁊ librū hūeris ferēs de ſcripturis ſacris ſecū diſputaret ſubito cogitatio in mēte ruit q̄d eligeret meli⁹ in hoīm iniurias incidere an ferarū ſeuiciam ſuſtinere. Cūq3 vrgeret cogitationē illata ſe ueritas crebro frōtem ſigno crucis armans atq3 orās interiiſſe ait meli⁹ eē ſocietatē be ſtiarū abſq3 alieno pctō q̄ hoīm rabiē ſuſti nere cū dāno aīarū vn̄ iterrogat⁹ quidam a phis q̄re hoībilis hō grauior ei eēt q̄ q̄libet pōd⁹ talr eis rn̄diſſe fert. hō inq̄t horri bilis pōdus eſt ſoli⁹ aīe: alia ꝟo pōdera aīe ⁊ corpis ſunt. vn̄ Sene. Quid eſt hoī iniuri

ciſſimū? Alter hō (Cauete igit ab hoībus) vos malicioſe ⁊ īſidioſe ad pctm̄ trahere ni tētib⁹: ne vos decipiāt: ne vos ſeducant: ne vos blanditijs ⁊ perſuaſionibus: ne vos mi nis et flagellis a veritate deuiare faciant. (Tradent enim vos) primum (in cōſilijs).i. in locis priuatis vbi cōuenietes conſiliātur quaſi rationabiliter opant vos ibidē cōue niēdo vel ꝓhibēdo ꝑdicetis in noīe meo: ⁊ deīde icorrectos (flagellabūt vos ī ſynago gis ſuis).i. in publicis cōuēt b⁹ ⁊ cōgrega tionib⁹ vbi cōueniūt ſub ſpecie cuiuſdā iu ſticie ⁊ ſctitatis: ⁊ tādē ad magiſtrat⁹.i. prin cipes ſynagoge.ſ. pontifices (⁊ ad reges).i. ad maiores principes (⁊ preſides).i. p̄ncipes maiores.ſ. romanorū (ducemini).ſ. violēter: nō māſuete: vt.ſ. condēnemini ad mortē q̄d nō licebat iudeis: q̄r erant ſubditi romanis (ꝓpter me).i. cōfeſſionē noīs mei. ecce opti mus titulus ⁊ honeſtiſſima cā patiēdi: q̄r vt dicit Beda. Felix iniuria cui deus eſt cā. vn̄ ⁊ Chri. Nō eīn parua conſolatio eſt propter xp̄m pati qm̄ nō vt pnicioſi ⁊ nocini hoc pa tiebant. Et hoc (in teſtimoniū illis).ſ. iudeis de eorū ꝑuerſitate (⁊ gētibus) de earū corre ctione illis ad accuſationē exigētib⁹ ad cō pūctionē ⁊ correctionē (in teſtimoniū) q̄ppe ſaluationis electorū ⁊ (in teſtimoniū) dāna tionis reproborū: q̄r cōtra illos ⁊ ꝓ iſtis fere tis teſtimoniū. vn̄ Chri. Ante reges ⁊ preſi des ſtabitis in teſtimoniū illis ⁊ gētib⁹ ⁊ dū apl̄i accuſant dū rn̄dēt in quibuſq3 ꝑtoriis xp̄i ꝟitas ꝑdicet: iudeorū ꝑfidia demōſtret: ⁊ gētib⁹ ad ſalutē credētib⁹ myſteriū reue let. Et iterū. Mors q̄ppe iuſtorum bonis in adiutoriū ē: malis ī teſtimoniū: vt idē ꝑuerſi ſi ſine excuſatione peāt: vn̄ electi exēplū ca piūt: vt viuāt. h̕ Chri. Futuris ergo aduer ſis vt ꝑuiſa min⁹ ledāt a dn̄o ꝑdictis: q̄r tot terrorib⁹ auditis diſcipuli turbari poterāt ſubiūgit cōtra terrores cōſolatiōnē dicens (Cū aūt) īducēt ⁊ (tradēt vos) ad iudices ad ducēdo oppoſitiōes cōtra vos machinādo: vt me negetꝫ (nolite cogitare) ⁊ ſoliciti eſſe vos ꝑ ſolicitudīe anxiādo q̄lr aut q̄n̄o.i. de mō ꝓferēdi q̄ ad formā (ad q̄d.i. de mō inue niēdi q̄ ad materiā (rn̄deatꝫ) iterrogātib⁹ vl (loquamini) diſcere dolētib⁹: dabit eīn vo bis.ſ. a patre luminū (in illa hora).ſ. ad re ſpōdēdū oportuna (q̄d loquamini).i. ſapien tiā in mēte: ⁊ eloquentiā in ore. Non cōfida tis de cōſciētia vr̄a ⁊ eloquētia: ſ3 de diuina ꝓuidētia: q̄r ſpūſſctūs docebit vos: tunc ſine ꝑmeditatione vr̄a q̄d loq̄ opteat. Nō eīn vos eſtis q̄ loq̄mini.i. nō ex ſolo ingenio vr̄o ꝓ cedūt ꝟba vr̄a: ſ3 ex ſpūſſancti grā. ſpūs eīn pr̄is vr̄i eſt q̄ loquitur in vobis vt in orga nis q̄r ſicut organa emittūt modulationem ad motū tēperātis: ſic bonū ꝙ ꝑdicator loq̄ tur ad volūtatē pr̄is iſpirātis. Per hoc autē

Marginalia (left): C Hō malus peſſimum malū et beſtia peior. — Hō oīa h3 mala beſtie vnū — Homo mal⁹ arma diaboli. Augu. Ephe. vj. — Hoſtes duo. — Hō horribilis grauiſſimum pōdus. Senec.

Marginalia (right): Beda: iniuria felix. Chriſ. — Mors iuſtoꝝ. — E ꝓphetarū dignitas apoſtolꝫ collata.

vt dicit Chriſo. ad prophetarū eos dignitatē reducit: q.ſ. dei ſpū ſunt locuti. vnde Grego. Ac ſi mēbris ſuis infirmātib⁹ dicat. Nolite pertimeſcere: vos ad certamen accedi-tis: ſed ego preliabor: vos verba editis: ſed ego ſum q̄ loquor. Hinc paulus ait. An experimentuʒ q̄ritis eius q̄ in me loquit̄ xp̄s? Securi ergo ibant quocūq̧ ducebant̄. Secur⁹ eīn ad p̄liū vadit q̄ talib⁹ armis et ſub tali p̄ncipe pugnat ſecurus ad cō̄ſiliū pergit q̄ tali p̄locutore cām ſuam defendit. vñ Chriſo. Cū autē tradent vos nolite ſolicitī eſſe q̄uo aut q̄d loquamini: mea eſt enim cā. Ideo vos mihi tm̄ modo perſonas p̄ſtate et ego vobis ſenſum. Nā ſolicitū eſſe ante iudiciū non eſt p̄paratio rei: ſed deſperatio de deo. Sinite ergo vt in cā ſua deus loquat̄ pro vobis qui cō̄ſcientiā interrogātis agnoſcit. Non eīn eſt ipoſſibile: vt rex q̄ milites ſuos mittit ad bellū preſtet illis arma aduerſus hoſtē. Quid ḡ ſolicitus eſt q̄d loquat̄ in ſua ſapientia ſperat que eſt p̄ma cā ruine. Nā in perſecutionib⁹ virtus dei non requirit̄ niſi precceſſerit fides. vñ et Hieron. Cū ergo propter xp̄m ducimur ad iudices: voluntatē tm̄ nr̄aʒ pro xp̄o debem⁹ offerre. Ceterum ipſe xp̄s q̄ in nobis habitat loquitur pro ſe et ſpiritusſancti in rn̄dendo gratia miniſtrabit̄. hec Hiero. Per hoc tn̄ non intendit excludere meditationē rn̄dendi: et viā prouidendi de rn̄ſione ſi tēpus et ſcientie facultas aſſit: ſed promittit̄ ſecuritas ſi iſta deficiant. Quod frequenter cō̄tingebat in p̄mitiua eccleſia: q2 tunc ſepe fideles illiterati et ſimplices ſubito trahebant̄ ad iudices: et de⁹ p̄uidit illis. Vñ nō debent p̄pt̄ hoc conturbari ſi iſta deficiant: q2 oībus de deo ꝯfidētibus ſpiritusſanctus nō deficit in neceſſitate cum non poſſunt aliter occurrere. Et itē q2 in tali caſu ſufficit ad ſalutem confiteri conſtanter in generali fidē q̄d pōt facere quilibet xp̄ianus q̄tūcūq̧ ſimplex. Et patet ex p̄dictis q̄ non loquit̄ hic de verbis predicatoris debet enim predicator verbi diuini precogitare qualiter debeat verbū dei proponere: aliter tētaret deū ſi negligeret de hoc cogitare: dum tn̄ de hoc tēpus oportunū poſſit habere. Hanc prohibet dn̄s p̄uiſionē in dicēdis ornatū et nimiā ſolicitudinē per multuʒ tēporis. Facile eſt enim veritatem dicere q̄ ſine ornatu p̄ſuadet: vt recipiat̄ vbiq̧. ¶ Et ne in auxilio amicoruʒ confidant ſubiungit grauiorē p̄ſecutionem que eſt ab amicis: q2 ſm̄ Grego. Plus in nobis ea tormenta ſeuiunt q̄ ab illis patimur de quibus p̄ſumebamus: q2 cū dāno corporis mala nos cruciant amiſſe charitatis. Unde ait (tradet autem frater fratrē: pater filiū: et filius parētes in mortē). ſ. infidelis fidelē: q2 vt ait Hiero. Nō eſt inter eos vllus fidus affectus quoꝝ diuerſa fides eſt. vnde Chriſo. Nemo ſperet in patronis nemo in amicis aut parentib⁹: cū etiā frater fratreʒ tradat in mortē: p̄r filiū: et filius patrē. Vide quale tunc incendiū p̄ſecutionis ardebit: vt nec ſibiip̄ſi parcat natura. Quō autē tunc patronoꝝ: aut amicoꝝ fidē integrā q̄ras cū videris amicitiā frn̄itatis et p̄rnitatis eſſe extinctā? Si eīn amicitia i ip̄a natura deficiet q̄uo inuenieē extra naturam? hec Chriſ. (Et eritis odio oīb⁹ hoībus) hūana ſapiētib⁹. ſ. amatorib⁹ mūdi q̄ inimici ſunt dei. Nō eīn hic magis dicit vitiū q̄ naturam q2 multum repugnat amor dei et mundi: diſtant enim plus q̄ celuʒ et terra. q. d. Erit̄s odio nō ſolū inimicis: ſed ēt amicis non ſolū extraneis: ſed ēt propinquis. ſ. parētib⁹ et fratrib⁹. Sequētes eīn xp̄m frequēter ſunt odioſi alijs et carnalibus fratrib⁹. Et ſubdit (propter nomē meū) q̄d addit̄ p̄pter cō̄ſolationem coruʒ: q2 delectabile eſt propter amorē nois dn̄i eſſe odioſum: q̄ eīn habeat̄ odio propter nomē xp̄i cā eſt ſufficiēs patiēter p̄ſecutiones ſuſtinēdi: et ad hoc magnuʒ ſequit̄ p̄miū: q2 nō martyreʒ facit pena: ſed cā. Et ne in tribulationibus deficiāt cō̄ſolatur eos ſubiungēs. (Qui aūt p̄ſeuerauerit vſq̧ in finē). ſ. in gr̄a p̄manēdo: nō finaliter ſuccūbendo. vel ſm̄ Remig. Qui p̄cepta ſidei nō deſeruerit: et in p̄ſecutionib⁹ nō defecerit (hic ſaluus erit) q2 finis: nō pugna coronat: nō eīn cepiſſe: ſed p̄feciſſe v̄tutis eſt. In quo nō modicā dat ꝯſolatiōnē inter perſecutiones et in tolerantia tribulationū: q2 nō inchoātib⁹: ſed p̄ſeuerātib⁹ ꝯfert p̄miū. Non eīn coronabit̄ niſi q̄ legitime certauerit. Hoc ſignificat̄ in ſigno thau: q̄ eſt vltia lr̄a quo oēs ſaluandi ſignant̄. Dicit eīn hic in ſignū diſcretionis ſingularitatis et paucitatis. vñ Chriſ. Quia incipere multoꝝ ē: finire paucoꝝ: ſemp in p̄ncipio delectatio ē: in fine probatio. Cura bone fidei eſt exitus bon⁹ q2 nō incipere aliq̄d bonū gl̄ioſum ē: ſed finire. Quod p̄pter deū fit eternū eſt ſicut deus etern⁹ eſt. Cū ergo ꝯuerſus fueris ad deū et ceperis deo ſeruire: et opa iuſticie facere: nec aliq̄n acta tua preterita recorderis: ſed finē tuū cogita: q2 p̄teritoꝝ operum bonoꝝ cō̄ſideratio negligētiā vel iactātiam operat̄: conſideratio autē finis timorē. vñ et Bernar. Perſeuerantia eſt vigor viriū: conſummatio virtutū: nutrix ad meritum: mediatrix ad p̄miū: ſoror patientie: ꝯſtantie filia: amica pacis: amicitiaꝝ nodus: vnanimitatis vinculū: ſc̄titatis p̄pugnaculū. Tolle p̄ſeuerantiā: nec obſequiuʒ habebit mercedē: nec bn̄ficiuʒ grām: nec fortitudo laudē. Deniq̧ nō q̄ inceperit: ſed qui p̄ſeuerauerit ſaluus erit. h̄ Ber. Et nota q̄ duplex eſt p̄ſeuerantia. Una eſt cō̄tinuatio in bonis op-

Chriſ. Perſecutio fratrū.

Rem. iij. tit ij. Finis coronat.

Perſeuerantia. Chriſ.

Bern. perſeuerātie laus.

Perſe- bus. hec non eſt in precepto. Alia perſeue-
ueran- rantia voluntatis in propoſito bene agen-
tia du- di: et hec eſt in precepto. Et q᷑ apoſtoli ad-
plex. huc erant infirmi nondū virtute ex alto in-
duti: docet eos tanq̄ teneros fugere: vt plu-
ribus poſſint prodeſſe di. (Cum autem per-
ſequentur vos in ciuitate vna fugite in ali-
am) vt amplius diuulgetur nomen veſtruꝫ
et veſtra predicatio audiatur: ⁊ vt veſtre in-
Chriſ. firmitati prouideatur: ⁊ hoſtibus parcatur.
vnde Chriſoſt. Sciens in tentationibus in-
firmitatem humane nature: ſi quis vos in-
quit perſecutus fuerit in ciuitate iſta fugi-
te in alteram. Nō enim contemno timidos:
nec eligo tantum fortes quia non virtutem
hominum deus conſiderat: ſed voluntateꝫ.
Nam ille qui fugit et ſi virtute quidem diſ-
ſimilis eſt: voluntate tn̄ equalis eſt. Nam ſi
cut iſte ideo paſſus eſt ne ſe magis videat
amare q̄ deum: ita et ille ideo fugit ne vi-
ctus in doloribus theſaurum xp̄ianitatis
amittat. Hoc autem mādat: nō vt q̇ ſteterit
peccet: ſed vt q̇ fugerit nō peccet. Infirmita
ti humane cōſulit nō fidei prōptioris virtu-
tē excludit. Diſcimꝰ aūt ad cōſolationē fu-
gientiū xp̄ianoꝝ qn̄ ſtare quidē fortis fidei
remig. eſt: magne autem humilitatis fugere. hec
Licen- Chriſo. vnde et Remig. Sicut p̄ceptuꝫ pſe-
tia fu- uerādi in pſecutionibꝰ ſpecialiter ad apo-
giendi ſtolos pertinet et ad eorū ſucceſſores viros
īfirmis fortes: ſic licentia fugiēdi ſatis conuenit in-
ꝯuenit. firmis in fide cuilibet condeſcēdit pius ma
giſter: ne ſi ſe vltro ad martyrium obtuliſ-
ſent fortaſſis poſiti in tormētis negarēt: le-
uius em̄ erat fugere q̄ negare. Sed q̄uis
fugiēdo pfecte fidei conſtantiā in ſe nō oſ-
derent: tn̄ magis meriti erāt qm̄ oīa pro xp̄o
G parati erāt deſerere fugiendo. Niſi aūt illis
Perſe- licentiā fugiēdi dediſſet dicerent eos aliqui
cutio p alienos eſſe a gloria regni celeſtis. hoc Re-
ſonalis mig. Ubi ſciendū ꝙ pſecutio aliqn̄ eſt pſo-
nalis: vt qn̄ q̇s q̄rit ad mortē: non q᷑ fidelis
principaliter: ſed propter odiū pſone deter-
minate: ⁊ tunc eſt ſemꝑ fugiēdū ſicut paulꝰ
q̄rebat ad mortem in damaſco qd̄ patet ex
hoc: q᷑ alij fideles permittebant ibi pacifi-
ce habitare: ſed q̄rebant ſolū paulū interfi-
cere: ideo dimiſſus a fratribus ꝑ murū fu-
git pſecutionē perſonalē non timendo pſe-
cutionē: ſed potius declinādo: vt multis p-
ij. cor. deſſet. Itaq̧ nō eſt impfectionis fugere ſm̄
xi. dictamen recte rōnis ad tp̄s ſalubrius: vt
ſaluet fugiens ad maiores fructus. Aliqn̄
Perſe- autē non ſoluꝫ eſt perſecutio perſone: ſed ēt
cutio fi etiā fidei ⁊ iuſticie: ⁊ tūc ſi hō percipiat pro
dei. babiliter ꝙ ex fuga ſua ſequatur deriſio fi-
dei ⁊ depreſſio iuſticie fuga eſt mala: et pec-
catū mortale. Si autē nō apparet hoc pro-
babiliter: ſed magis contrarium: vtpote: q᷑
ex fuga tali poteſt alibi fieri vtilitas eccl'ie:

ex manſione aūt nō habetur niſi occiſio mi-
niſtrorū eccl'ie: et conculcatio articuloꝝ fi-
dei ab obſtinatis infidelibus: tūc eſt fugiē-
dū ⁊ alibi pficiſcēdū: q̇ em̄ nō pōt in vno lo-
co proficere: dꝫ ad aliū tranſire. vn̄ Aug. Fa Augu.
ciant ergo ſerui xp̄i qd̄ p̄cepit vel pmiſit ſi- Fugaꝫ
cut ipſe fugit in egyptū. Fugiāt oīno de ci- ſuadet.
uitate in ciuitatem qn̄ eoꝝ quiſq̄ ſpāliter a
perſecutoribus q̄rit: vt ab alijs qui non ita
q̄runt non deſerat eccleſia ſed p̄beant ciba-
ria conſeruis quos aliter viuere non poſſe
nouerint. Cū autē oīm. i. epiſcoporū: cleri-
coꝝ et laicoꝝ eſt cōe periculum hi qui alijs
indigēt nō deſerant ab alijs quibꝰ indigēt.
Aut igit ad loca munita oēs tranſeant: aut
qui habent neceſſitatē remanendi nō relin
quantur ab eis per quos illoꝝ eccleſiaſtica
ſupplenda eſt neceſſitas: vt vel pariter vi-
uant: vel pariter ſufferant qd̄ eos pfamil-
lias volet pati. hec Auguſt. ¶ Sed ne dice-
rent iuſſiſti ne ad gētes iremus q̇d ergo fa-
ciemus ſi oēs ciuitates iudee circuiemus
et nos abiecerint. Hoc preuenit hunc timo-
rem remouendo: dicēs. (Amen dico vobis:
non conſummabitis ciuitates iſrael) predi-
cando. ſ. ibi aduentuꝫ vel fidē xp̄i (donec ve H
niat filius hoīs) reſurgendo. ſ. a mortuis: Aduē-
q᷑ denuntiato aduentu xp̄i ab apoſtolis ꝑ tus xp̄i
ciuitates iudee imediate paſſus eſt xp̄s: et Raba.
a mortuis reſurgens apparuit diſcipulis.
vn̄ Rabanꝰ. Predicit ꝙ nō ante p̄dicationi
bus ſuis ad fidem perducerēt ciuitates iſ-
rael q̄ reſurrectio dn̄i fuerit perpetrata: et
toto orbe terrarū p̄dicandi euangelium po
teſtas cōceſſa. Uel ſi intelligat de aduentu
chriſti ad iudiciū: tunc intelligenda eſt con-
ſummatio predicationis apoſtolorum per
totū orbē q̄tū ad conuerſionis effectū: quia
vbiq̧ diſperſi ſunt filij iſrael ſm̄ predeſtina-
tionē. Lꝫ enim p̄dicatio apoſtolorū diſcurre
rit per totū orbē tempore ipſoruꝫ: q᷑ in om-
nem terram exiuit ſonus eorū: tamē effectꝰ
conuerſionis fidelium q̄tum ad eos qui ge
neraliter conuertendi ſunt ad fidem habe-
bit plenarie effectū circa mūdi fineꝫ. Unde
dicit (Amen dico vobis: nō cōſummabitis)
id eſt cōplebitis (ciuitates iſrael) fugiendo
vel fidē predicādo: ⁊ ad fidem conuertendo
(donec veniat filius hominis). ſ. ad reſurre
ctionē generalē in gloria patris. non enim
cōuertentur cōmuniter filij iſrael: donec ꝓ
pe finem mundi. vnde Chriſo. Et quaſi dicē Chriſ.
tibus ei q̄diu poſſumus fugere. grauior eſt
enim fuga longa q̄ velox mors conſolans
eos: propterea dn̄s ait. Non conſummabi-
tis ciuitates iſrael donec veniat filius ho-
minis. Si de apoſtolis hoc tantum intelligi
tur dictum non procedit intellectus cum
multo ante defuncti ſunt apoſtoli q̄ xp̄s ad-
ueniat. Sed oīa q̇ ad ap̄los loquitur: etiam

ad illos loqui vt qui poſtmodũ ꝑ illos fue
rant credituri vſqꝫ ad exitũ mundi. Ipſi eñ
duodecim erant capita toti⁹ chriſtianitatis
future. Et queadmodũ qđ in os miſeris ꝑ
tota corporis membra diſpergit: ſic ꝛ aplis
qđ dicebat ad totã plenitudinẽ xpiani cor
poris ptinebat. Sciebat eñ dñs qꝛ noticia
eius tot occupatura fuerat ciuitates: ita vt
pene oẽs toti⁹ orbis terre ciuitates iſraeli
tice dicerent. h Chri. ¶ Deinde poſt oſtẽſaꝫ
magnitudinẽ tribulatiõis iminẽtis hortat
diſcipulos ad eius tolerãtiã: et cõſolat eos
ſuo exẽplo ꝛ ꝓcedit a minori ſic. Si i magro
in dño: i patrefamilias blaſphemias iniece
rũt: ꝛ iniurias multas ſine cã fecerũt: ꝛ ipſe
patienter ꝛ intrepide ſuſtinuit: multo plus
fiet i ipſis q̃ ſunt vt diſcipuli: ſerui ꝛ famuli:
et ipſi ſilr debent patiẽter ſuſtinere. vñ dicit
(Non eſt diſcipul⁹ ſup magiſtrũ: neqꝫ ſeru⁹
ſup dñm ſuũ) intelligẽdũ eſt donec ꝛ q̃diu
fuerit diſcipul⁹ ꝛ ſeru⁹ nõ eſt inquã ſup ma
giſtrũ ꝛ dñm ſm honoris naturã vel (nõ eſt
diſcipul⁹) .i. non dꝫ eſſe (ſupra magrm: nec
ſeruus) dꝫ velle (ſupra dñm ſuũ) cõtraria: ꝛ
quaſi potẽtiora magro et dño ſuo operãdo
q. d. Non dedignemini tolerare vos ſerui ꝛ
diſcipuli qđ ego tolero: dñs et magiſter: qꝛ
dñs ſum faciẽs qđ volo: ꝛ magr docens qđ
vtile ſcio. Mea exempla vos doceãt: ad me
reſpicite qđ in me fieri videtis: h in vobis
ne formidetis. Qui me offendere ꝛ pſeq̃ nõ
timẽt: vos q̃ꝫ offendere ꝛ perſequi nõ time
bunt. vñ Chri. Nunc incipit eos cõſolari in
paſſionibus eorũ futuris ſuo exẽplo. Natu
ralis eſt res ſi ꝓ deo iniuriã patimur ab ali
quib⁹ indignis iraſcimur ꝛ dolem⁹. Si vo
audierim⁹ aliquã p̃clarã pſonã q̃ ſilr paſſa
eſt refrigeram⁹: ꝛ inflatio indignatiõis nre
laxat. Dicimus eñ ſi vir ille q̃ clarior eſt q̃
ego paſſus eſt talia: plane ego iniurie mee
nõ debeo ſentire dolorẽ. Quãtomagis cõſo
labunt diſcipuli in paſſionib⁹ ſuis cũ diſci
puli eſſent: ꝛ ſerui recordantes xpm dñm et
magrm talia aut maiora ꝑpeſſum. h Chri.
Et ideo debẽt dñm nõ ſolũ patiẽter: ſꝫ etiã
gaudẽter ſeq̃: qꝛ vt dicit Sene. Malus mi
les eſt q̃ iperatorẽ gemẽs ſequit. Et ſubiũ
git. (Sufficit diſcipulo) .i. ſufficere dꝫ (vt ſit
ſicut magiſter eius et ſeruo vt ſit ſicut dñs
ei⁹) iniurias ſuſcipiẽs: ꝛ vindictã nõ querẽs
mala recipiẽs: ꝛ bñficia cõferens: vel ſuffi
cere dꝫ ei ſi nõ plus cõculcet ꝛ contẽnatur.
Perfect⁹ aũt erit ſi ſit ſicut magr et dñs ei⁹
ipſum in ſuis imitãdo operib⁹ qꝛ pfectio et
aſſimilatio magiſtri. vñ Beda. Si magiſter
nõ ſuas vult vindicare iniurias q̃ deus eſt:
ſꝫ ipſos mauult pſecutores patiẽdo redde
re mitiores: eandẽ neceſſe ẽ diſcipuli q̃ puri
hoies ſunt: vt ad regulã pfectiõis ſequant.
hec Beda. Hoc aũt dictũ dñi in ꝓpoſito eſt
verũ vbi de ſe loquit q̃ eſt magiſter et dñs:
imo pater olm: ſe eñ dicit magiſtrũ ꝛ dñm:
aplos autẽ ꝛ eorũ imitatores vſqꝫ ad finem
ſeculi dicit diſcipulũ ꝛ ſeruũ. Huius magi
ſtri et dñi imitatio eſt hũana pfectio. vnde
Aug. Summa xpiane religionis eſt imitari Augu.
quẽ colis. Non autẽ dicit hoc dñs de alio: ſi
eñ magr indoct⁹ fuerit nõ ſufficit diſcipu Imita-
lo ignorãtia magiſtri: etſi dñs miſer fuerit tio xpi
nõ ſufficit ſeruo miſeria dñi. vel ſm Chriſ. hois eſt
Non ſm ea q̃ raro cõtingunt: ſꝫ ab amplio pfectio
ribus et ab his que ſunt in plurib⁹ ſuſcipit Chriſ.
hunc ſermonẽ. ¶ Et addit. (Si patrẽfami
lias) .i. me q̃ paternã gero ſolicitudinẽ pa
tris habens autoritatẽ (beelzebub vocaue
runt) .i. me operari in beelzebub dixerunt
(q̃tomagis domeſticos eius) .ſ. vos in hoc
etiã diffamabũt. Qđ eñ apli facerẽt mira
cula virtute demonis ſepe dixerunt iudei ꝛ
gẽtiles: vt ptꝫ multipliciter ex aplorꝫ legẽ
dis. Non ergo boni cõtriſtari debẽt ſi forte
ab aliquib⁹ prauis hoĩbus ſine culpa detra
hatur eis: qꝛ ad cõſolationẽ noſtrã ſua dñs
opprobria adducere dignat⁹ eſt dicẽs. (Si
patrẽfamilias beelzebub vocauerũt quãto
magis domeſticos ei⁹.) Sunt eñ plurimi q̃ R
vitã bonorꝫ fortaſſe amplius laudãt q̃ de Detra-
bent ꝛ ideo ne eis elatio de laude ſurrepat ctio qui-
pmittit oipotẽs de⁹ malos in obtrectatione buſdaꝫ
prorũpere vt ſiqua culpa ab ore laudãtiũ in expe-
corde bonorũ naſcit per obtrectationẽ ma dit.
lorꝫ ad penitẽtiã reuocet. Sed inter verba
laudãtiũ et vituperãtiũ ad mentẽ ſemp re Te nõ
currere debem⁹: et ſi in ea nõ inuenit bonũ queſi-
qđ de nobis dꝛ magna triſtitia in nobis ge ueris
nerari dꝫ: et ſi in ea nõ inuenit malũ qđ de extra.
nobis dꝛ in magnã letitiã reſilire debem⁹.
vñ Greg. In oẽ qđ de nobis dꝛ ſemper taciti Grego.
ad mentẽ recurrere debemus interiorẽ te
ſtem ꝛ iudicẽ q̃rere. Quid eñ prodeſt ſi oẽs
laudent cũ cõſcientia nos accuſet: aut quid
poterit obeſſe ſi oẽs nobis derogent: et ſola
nos cõſcientia defendat? vnde Cato. Cum Cato.
te q̃s laudat iudex tuus eſſe memẽto. Plus
aliis de te q̃ tu tibi credere noli. Sed vt di
cit Greg. Qui nõ amat gloriã nõ ſentit con Grego.
tumeliã. Et de virtutibus aliis et vitiis ſi
militer iudicabis. Valde aũt piculoſum eſt Coram
hoiem in p̃ſentia ſua laudari qꝛ oporteret lauda-
eũ valde fortẽ in deo eſſe ꝗ non eleuaretur ri peri-
intus in corde: vt etiam cõſuluit Horatius. culoſũ.
Quales cõmẽdes aſpice ne mox i cutiãt ti Tribu-
bi aliena pctã pudorẽ. Igitur loco glorie id lat ec-
amplectimur ſi dño nro in paſſionũ condi cleſia
tionib⁹ adequamur. Qꝛ eñ igne tribulatio mili-
nis pctã purgant: ideo ſicut tunc caput ec tans.
cleſie xpm fluctib⁹ paſſionũ deus expoſuit:
ſic ꝛ corp⁹ eius .ſ. eccleſiã ſuã vſqꝫ in finẽ ſe
culi ad probationẽ et purgationẽ tribulari
permittit: aſpera enim ꝛ dumis ac ſentibus

plena ꝛ horrida eſt virtutis via. Sic p̄patriar-
che: ſic ꝓphete: ſic apl̄i ſic martyres ſic ꝯfeſ-
ſores ſic virgines et quotquot placuerunt
deo: ꝑ multas tribulationes tranſiere fide-
les: ſic etiã oĩa xp̄i mẽbra vſq ad diẽ iudi-
Augu. L.
cij ꝑtrãſibũt. vñ Aug. nullus ſeruus xp̄i ſine
tribulatiõe ẽ. Si putas nõ hr̃e ꝑſecutiões
Paſſionis xp̄i memoria.
nondũ cepiſti eſſe xp̄ianus. Et ſubiungit dñs
ꝯcludendo (ne ergo) domeſtici et imitato-
res mei (timueritis eos). ſ. perſecutores ho-
mines fragiles et pctõres: ne eorũ blaſphe-
mias vel ſeuitias omittẽdo ỽitatẽ fidei ꝓ-
pter ꝑſecutiõis timorẽ: ſʒ ferte patiẽter in-
iurias ꝓpter dei amorẽ. Ad tolerandũ igit̃
patiẽter aduerſa multũ iuuat ſi q̃s xp̄m ꝓ
ſe paſſum cogitat. vnde Aug. Noli eſſe pu-
ſillanimus ſi enĩ pleno corde intuitus fueris
q̃d pro te xp̄s paſſus fuerit: nec tu puſillani
mitate deficies ſʒ magnanimiter ꝛ tu q̃cq̃d
aduerſi acciderit tolerabis inſup ꝛ gaude-
bis: q2 inuẽtus es in aliq̃ ſimilitudīe paſſio
num regis tui. Et iterũ. Si ille q̃ veriſſime
dixerat. Ecce venit p̄nceps mũdi huius et in
Jo. xiiij
me nihil iueniet dictus ẽ pctõr iniquus beel-
zebub inſanus: tu dedignaris ſerue audire
pro meritis tuis qđ dñs audiuit nullis me-
ritis ſuis. Ille venit vt p̄beret tibi exẽplum
q̃ſi gratis hoc fecerit ſi tu nõ ꝓficis. Quare
enĩ ille audiuit niſi cũ audires tu nõ defice
res. Ecce tu audis ꝛ deficis. Fruſtra ḡ ille
Contumeliã ꝛ opprobria audire docemur.
audiuit: nõ enĩ ꝓpter ſe: ſʒ ꝓpter te audiuit.
Jõ enĩ prior ille ſuſtinuit vt nos ſuſtinere di-
ſceremus: ꝛ ſi ille q̃ non hẽbat ꝙ ſibi obijcie-
bat̃ quãtomagis nos: qui ꝛ ſi nõ habemus
pctm̃ qđ nobis obijcit inimicus: habemus tñ
alterũ qđ digne in nobis flagellat̃. Neſcio
quis furẽ te dicit: ꝛ nõ es fur: audis oppro-
briũ nõ tñ ſic nõ es fur vt nõ ſis aliquid qđ
deo diſpliceat. Et iterũ. Unuſquiſq cõſide
rãs cõſciẽtiã ſuã ſi mũdi amator eſt mutet̃
fiat amator xp̄i: ne ſit antixp̄s. Si q̃s enĩ di-
Antichriſti q̃ ſint.
xerit ꝙ antixp̄s ſit iraſcitur iniuriã ſibi fa-
ctã putat. Dicit ei xp̄s. Patiẽs eſto. Si fal-
ſum audiſti gaude mecũ: q2 et ego ab anti-
xp̄is falſa audio ſi aũt verũ audiſti cõueni
cõſciam tuã: ꝛ ſi audire times eẽ plus time. H̃
Grego. Conuitiorũ tolerãdorũ facilitas.
Aug. vñ ꝛ Greg. Tũc illata cõuitia bñ tole-
ramus cũ in ſecreto mẽtis ad mala perpe-
trata recurrimus. Leue q̃ppe videbit̃ ꝙ iniu
ria ꝑcutimur; dũ in actione nr̃a cõſpicimus
ꝙ peius eſt qđ meremur. hec Greg. Deinde
dñs hortat̃ diſcipulos ad tolerãtiã ex cõſi-
deratione diuini iudicij in q̃ oĩa manifeſta
erunt: q2 bona et mala olm erunt omnibus
manifeſta: tale enĩ erit iudiciũ qđ oĩbus vide-
bit̃ iuſtũ qđ nõ poſſet eẽ niſi merita ꝛ deme
rita viderent̃ ab oĩbus manifeſte. vnde dicit
(Nihil enĩ eſt opertũ) in p̄nti tpe q̃tũ ad ope-
ra q̃ occultant̃ ex induſtria (qđ nõ reueletur)
in iudicio futuro (et nihil eſt occultũ) nunc
q̃tũ ad cogitata q̃ occultant̃ ex propria na-
tura (qđ) tũc nõ ſciat̃ q2 nõ ſolũ opa: ſʒ etiã
cordis ſecreta que ſoli deo ſunt nota: tunc
erunt nobis manifeſta. q. d. ſm Hiero. No- Hiero.
lite timere ꝑſequentiũ ſeuitiã ꝛ blaſphemã
tium rabiẽ neq emulemini ſimulatores: q2
veniet dies iudicij in q̃ ꝛ vr̃a virtus ꝛ eoꝝ neq-
tia oĩbus demõſtrabit̃ ꝛ cuilibet ſm opa ſua
tã iteriora q̃ exteriora reddet̃ q2 tũc patiẽ-
tia martyrũ p̄miabit̃: et nequitia ꝑſecutorũ
puniet̃. Nolite ḡ euangeliũ erubeſcere ſed
tota intẽtiõe ỽbo operã date fixa mente re-
tinẽtes illũ extreme retributiõis diẽ q̃ illu-
minabit deus abſcõdita tenebrarũ ꝛ mani-
feſtabit cogitationes cordiũ: tũc enĩ erit vo-
bis a deo laus: et aduerſarijs ỽitatis pena
manet eterna. Cõſideratio huius manifeſta
tiõis dʒ dare magnã audaciã in ỽitatʒ p̄di
catiõe ꝛ p̄dicatores monere ad p̄dicãdũ ỽi-
tatẽ ſecure. Propt̃ qđ ſubdit̃. (Qđ dico vobis)
ſ. mõ exiſtẽtibus (in tenebris). ſ. timoris. i. dũ
adhuc i timore carnali eſtis (dicite). i. p̄dica
te (in lumine). i. in fiducia ſecuritatis qđ et
fecerũt accepto ſpũſctõ ꝛ ꝙ i aure auditʒ. i.
ſolo auditu ꝑcipitis (p̄dicate) ope cõpleto
exiſtẽtes ſup tecta corpa vr̃a q̃ ſunt aiaruʒ
domicilia. Uel (qđ dico vobis i tenebris: di-
cite in lumine). i. qđ auditʒ i miſterio ꝛ enig-
mate p̄dicate aptius ꝛ manifeſte (ꝛ qđ i au-
re audiſtis: predicate ſuper tecta). i. qđ vos
erudiui i paruulo iudee loco audacter dici
te i toto mũdo: vel qđ dico vobis i tenebris
i. i locis p̄uatis dicite i lumie. i. i locis publi
cis ꝛ cõibus q2 apl̄i poſtea i palã pplo p̄dica
uerũt ea que ſurſum a xp̄o didicerũt (et qđ
in aure auditis). i. i ſecreto ſoli p̄dicate ſup
tecta. i. publice corã oĩbus nulli abſcondẽtes
ỽba q̃ſi q̃s ſtet ſup tectũ: ꝛ clamet in publi-
cũ. Et loquit̃ ſm modũ in paleſtina: vbi do-
mus nõ habẽt tecta cacuminata ſʒ plana: W
et ibi ſolebãt ſermones fieri ad populũ infe Sup tecta predicare.
rius in terra poſitũ. Cõſidera hic q2 diſcipu
li dñi exponunt̃ ꝑſecutiõibus nos aũt i pace
pigritamus ꝓpter qđ venia digni nõ ſumus. Tecta paleſtinorum.
vñ Chri. Quo vtiq erimus digni i pace mol-
liti ꝛ pigritãtes. Nullo deniq bellãte occi-
dimur: nullo ꝑſequẽte diſſoluimur in pace Pigritia nr̃a reprehendit̃. Chri.
ſaluari iuſſi ꝛ neq hoc poſſumus q̃ igit̃ no-
bis venia? Nõ flagella nõ carceres tñ p̄nci-
pes nõ ſenagoge nõ aliud aliq̃d taliũ imi-
net ſʒ ꝛ ꝯtrariũ vniuerſuʒ. Nos regnamus ꝛ enĩ
reges pij ſunt ꝛ honores multi ſũt xp̄ianis ꝛ
neq ita ſupamus. Si igit̃ fieret p̄liũ eccl̃arũ
ꝛ ꝑſecutores excogita q̃ta eſſet deriſio q̃ta
opprobria: et valde decẽter cũ enĩ i paleſtra
nullus exercitat̃ q̃lr in agone erit clarus. Sta
igit̃ aduerſus paſſiões: fer vtilit̃ dolores q̃
ſunt mẽtis: vt reos q̃ ſunt corpis ſuſtineas.
Etenĩ btũs Job. Niſi bñ eẽt exercitatus ante Job.
agones non vtiq ita clarus in agonibus

effulſiſſet niſi meditat⁹ fuiſſet extra oēꝫ triſticiā eē dixiſſet vtiqꝫ aliqd ptinax nūc autē ad oīa ſtetit certamīa. Hāc igit̃ fortitudinē hanc mānſuetudinē et nos zelem⁹ illi⁹ qui ante legē ⁊ grām fuit vt eternis cū eo poſſimus cōicare tabernaculis. hec Chri. Oro.

Domine ieſu xpe clemētiſſime q̄ diſcipulos tuos ad pliādū ɔtra mūdū ⁊ diabolū ſicut oues iter lupos miſiſti ⁊ eis ɔſolationē i tolerātia tribulationū pſtitiſti ɔfirma fragilitatē meā ⁊ mihi ɔ̄ mūdi picula: ⁊ inſidias diaboli pbe firmitatē cuſtodi me ab hoſtib⁹ meis viſibilib⁹ ⁊ inuiſibilib⁹ ⁊ da mihi patiētiā i aduerſis ⁊ tribulatiōib⁹ vt te meū creatorē ſp ſentiā meū defēſorē ⁊ i pñti vita ſp a te defenſus poſt hāc ad te perueniā a pctis oībus abſolutus. Amen.

¶ De non timēdo mortē et cōfitendo chriſto. Capi. liij.



Poſtq̄ dn̄s excuſſit diſcipl'is timorem pſecutionū et infamie ſeu maledictiōis: ɔñr aufert eis timorē mortis corpalis q̄ ē vltimū oīm terribiliū in hoc mūdo ⁊ finis: et vt ait Chri. Non pmittit eis exeptionē a morte: ſed pmittit mori maiora largiēs q̄ ſi nō feciſſet hoc pati: ſuadere eñ ɔtēnere mortē maius eſt q̄ eruere a morte. Euacuat autē dñs timorē mortis ſex ratiōib⁹ q̄ in ſerie litere ponunt̃. Pria ē ex cōſideratiōe humane īpotētie q: hoīes nō poſſunt ledere niſi in minimis: ſꝫ in corpe: ⁊ ſic Ieſus pficit in magnis ſ. in aīa. vñ ait. Dico āt ſpecialr̃ vobis amicis meis: q̄ nihil terrenū cupitis: q̄ debetis aliis eſſe exēplū fortitudinis. (Nolite timere eos qui occidunt corpus) .i. hoīem in corpore tm̄ ⁊ ad tps (aīaꝫ aūt nō pñt occidere) quin de⁹ eā corpori reddat ⁊ ipm corpus reſuſcitet. vbi Chri. Nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹: ne forte pter timorē mortis non libere dicatis i lūine qd audiſtis i tenebris: nec fiduciałr pdiceṫ oīb⁹ qd i aure ſoli audiſtis. Sicut g̃ ex his vbis oſtēdit̃ nō ſolum ille q̄ eſt pditor vitatis q̄ trāſgrediēs vitatē palā p vitate mēdaciū loquit̃: ſꝫ ēt ille qui nō libere pnūciat vitatē quā libere nūciare opꝫ: aut nō libere vitatē defendit quā libere defendere cōuenit pditor eſt veritatis. Nō ſolū ille trāſgreſſor ē vitatis q̄ palā denegat vitatē: ſꝫ ēt ille q̄ pter timorē corꝫ q̄ pñt occidere corp⁹ tacet vitatē. Et quid dico: q: pter timorē mortis tacēt hoīes vitatē: pter miſerū ventrē: pp ſpeꝫ vani honoris tacent hoīes veritatē. Sed forte dicis ſi taceo vitatē ah aduerſarios nūqd ɔſentio mēdacio? corꝫ dic mihi ſi princeps aliqs romani impatoris vidēs ciuitatē romanā ab hoſtib⁹ expugnari cū poſſit liberare defendere neglexerit: non ipſe videbit̃ tradidiſſe quā potuiſſet liberare ſi voluiſſet? ſic ⁊ tu videns veritatem dei ab ipſis expugnari cuꝫ poſſis eā defendere ſi loq̄ voluiſſes tacens expugnaſti per hoc ipſum q eam paſſus es expugnari. Et ſi pter timorē eorū qui occidūt corp⁹ tacere vitatē ipietas eſt quō nō ſit impietas maior tacere vitatē pter miſerū ventrem: ⁊ ſpē vani honoris: melioꝛēqꝫ facere grām panis ⁊ honoris q̄ grām vitatis dei. (Et nolite timere eos q̄ occidūt corpus) qñ corp⁹ ⁊ ſi ab ipſis occiſum nō fuerit pter deū a ſeipſo poſt modicuꝫ morieṫ pter naturā ergo occiſi ſm corp⁹ ab ipſis nihil pdūt niſi mortis dilationē: magis aūt nec ipſaꝫ dilationē: ſi eñ verū eſt q nec foliū cadit de arbore ſine precepto dei: ⁊ quia numerati ſūt nobis dies ad vitā: credere debem⁹ q nec morimur añ diē: nec tranſire poſſum⁹ diē. Tñ ponam⁹ qm ⁊ añ diē morit̃ q̄ morit̃ pp deū. Si g̃ ⁊ gratis poſt modicū morituri ſum⁹ nulla dei cā pposita: quare nō ante modicū in cā dei cū glia morimur: vt fiat ſacrificiū volūtariū pposita cā dei: vt offeram⁹ deo pro mūere qd aliqñ redituri ſumus pro debito. Ecce ſi mutuo acceperis: vt puta bouē: aut equū: aut aſinū: nonne aſſidue op⁹ tuū operis in eū? Dicis eñ apud te hodie aut cras tolled⁹ eſt a me: q: nō eſt me⁹. Et in corpe corruptibili natus q̄re nō ad vtilitatē aie tue vteris corpali corpe tuo: ſciēs q: poſt modicū tollendū eſt a te: quia nō eſt tuū: que ē iſta iſipiētia nr̄a odire qd nr̄m eſt: ⁊ amare qd noſtrū nō eſt? Studere qd ſeruare nō poſſum⁹: et negligere quod in eternū habebim⁹. (Nolite timere eos q̄ occidunt corp⁹) q̄ eſt timor mortis? Non dolor exeūdi de corpore: ſed de ſpatio vite poſt mortē. i. timet mortē qui nō putat ſe viuere poſt mortem. Uis ſcire. Ecce frequēter hoīes grauē dolorē patiunt̃ in infirmitate ⁊ nō moriunt̃: ⁊ magis ɔtēti ſūt grauē dolorē pati ⁊ nō mori. Uides ergo q: nō dolor mortis: ſed mors ipſa timet̃: et iterū. Qui male cōſcie eſt ſemp puſillanimis ac timid⁹ eſt. hec Chriſ. vñ ⁊ Señ. Timidū nō facit aīm niſi ſpe reprhēſibil' vite ɔſcia mala. hec Señ. Sit g̃ tibi ſinglaris ⁊ ſupexceſſiua fiducia in xpo: ⁊ ei⁹ pmiſſis ⁊ vbis in oī pericl'o ⁊ dubio: ⁊ in oī inopia cor ineffabilr̃ aſſecurās: ita q ſi oīa caſtra demonū: ⁊ tota ſynagoga peccantiuꝫ: ac tota caterua mundanorum ſapientium et principuꝫ te obſideāt: hēas oēs p fumo volatili: ⁊ p ſtuppa: ⁊ p ſpuma: gracili ⁊ inani: ⁊ ſi in principio tētatiōis fortis fueris poſtea min⁹ vici

Añ diē mori.

mutuo accepit aīa corpus.

Q timor' mortis qd ſit.

Cōſcia mala mortē refugit.

Tertio ex viſione fidei oritur viſio qua xp̄s
ipſe videt̄ oculo intellectiue contēplatiōis:
hec viſio iam eſt aliqua beatitudinis par-
ticipatio: inde enim videtur ⁊ guſtatur qm̄
ſuauis eſt dn̄s. Quarta viſio qua ipſe vide- Ps. xxx-
tur ſicuti eſt in lumine glie. Hec viſio btifi- iij.
cat intellectū: quēadmodū pfecta charitas
beatificat volūtatē nr̄am. (Et ecce tūc q̇dā
legiſperitꝰ) peritia literali nō intelligētia
ſpūali: vba legis tenens vim legis ignorās
(ſurrexit) vt melius audiret̄ vel vt bonꝰ vi-
deretur (tentās eū) nō vt addiſceret: ſed vt
reprehenderet (⁊ dicēs. Magiſter q̇d faciē-
do vitā eternā poſſidebo) Magiſtrum vo-
cat non dn̄ꝫ: q: vult ſcire nō ſeruire: audire
⁊ nō obedire. Magiſtrū vocat cuiꝰ nō vult
eſſe diſcipulꝰ: et ſignificat laudatores ſctō-
rū non imitatores. Et bn̄ dicit (quid faciē-
do) q: non auditores legis ſed factores iu-
ſtificabunt̄: ⁊ nō in ſermōe eſt regnū dei: ſed
in v̄tute: ⁊ dn̄s dixit ad eū. (Jn lege) ſcꝫ di-
uina (q̇d ſcriptum eſt. Quomodo legis) ſcꝫ
de habendo vitā eternā: hec lex diuina eſt
lex legum: de qua fiet interrogatio in exa-
mine diſtricti iudicij ſecundum illud apli.

Ro.ij. Qui in lege peccauerūt ꝑ legē iudicabunt.
In hac ergo ſtudere debemꝰ vt de ea rñde⸗
re poſſimꝰ: ſicut vir iuſtus de quo in pſal.
Pſ.j. dr: ⁊ in lege eiꝰ meditabit die ac nocte. Sed
Hiero. vt ait Hiero. tanq̄ maiora ſint imperatorū
ſcita q̄ leges chriſti amamus euāgelia con
Beda. tēnimus. ſm Bed. Iſte tentando queſiuit
de vita eterna: ſi forte diceret aliquid cōtra
moyſen: ⁊ ideo xp̄s per verba moyſi reſpon
dendo cōfudit eū: ⁊ ꝑ hoc oſtēdens q̄ deriſo
res fidei catholice ſunt cōfutandi per illud
quod tenent indiſcuſſe ſcilicet iudei ꝑ ſcri
pturas hebreoꝝ: ⁊ ſaraceni per legem ma⸗
chometi. (Ille) vo (rñdēs dixit) qđ legerat:
ſꝫ nondū impleuerat. (Diliges dñm) qꝛ per
ſuā potentiā te creauit (deū) q: per ſuam ſa
pientiā te docuit (tuū) qꝛ per ſuā bonitatez
ſe tuū fecit. Et ſic te redemit (⁊ ex toto corde
tuo). i. ex tua voluntate tua: quia ſicut ex
corde oritur motus ad alias partes corpo
ris: ita voluntas mouet aīe potentias (⁊ ex
tota aīa tua.) id eſt ex appetitu ſenſitiuo: q̇
mouetur per voluntatem. Unde pars ſenſi
Anima tiua poteſt hic intelligi per animam ſm q̄ꝫ
Gen.j. ſcribitur in Gene. factus eſt homo in aīam
viuentē: id eſt vt dicit gloſ. vitā animalez. i.
ſenſibilem corpori dantem (⁊ ex tota mente
tua). i. ex toto intellectu qui etiam mouet
per voluntatem ad aſſentiendum his que
ſunt fidei ⁊ ad meditandum de deo dilecto
(⁊ ex omnibꝰ viribus tuis) vel ex tota forti⸗
C tudine ſeu virtute tua qđ idem eſt: per qđ
Maxi⸗ notantur potētie motiue: que etiā mouen⸗
mus. tur per voluntatem ad operandum ex dile⸗
Tri⸗ ctione viriliter et nō remiſſe: vbi maximus.
plex di⸗ Cum hac igitur intētione trinā ad deū di⸗
lectio lectionē lex pertractat: vt euellat nos a tri⸗
dei. na mundi habitudine qua reſpicit ad poſ⸗
ſeſſiones: ad gloriā: ⁊ ad voluptates: in qua
etiā tentatus eſt chriſtus. Sequit (et proxi⸗
mum tuū) id eſt omnē hoīem (ſicut teipm̄)
id eſt eo affectu quo teipm̄ vel ad qđ teipm̄
ſcꝫ ad gratiā in preſenti ⁊ gloriam in futu⸗
Baſiliꝰ ro. vbi Baſilius. Eſt igitur primū et preci⸗
dilecti⸗ puū mandatū diuine dilectiōis. Secundū
onis autē primi cōpletiuum: ⁊ ab eo completum
māda⸗ quo cōmonemur diligere proximum. vbi ⁊
tum. Chriſ. Tu autem attende qualiter fere cū
eodem exceſſu poſtulat vtrūq̄ preceptū de
deo eñ ait: toto corde tuo: de proximo ſicut
teipſum. Quod ſi diligēter obſeruaret: nec
ſeruus eſſet: nec liber: nec victor: nec victꝰ:
nec diues: nec pauper: nec notus vnq̄ eſſet
diabolus. Potius enim palee igni ſuſtine⸗
rent immiſſionē q̄ feruorē charitatis dia⸗
bolus adeo cuncta ſuperat dilectionis cō⸗
Grego. ſtantia. vñ etiā Greg. Cum autē dicat: dili⸗
ges proximū tuū ſicut teipſum: quō alteri
miſerēdo pius eſt: qui adhuc iniuſte viuē⸗
do fit impius ſibimetipſi? De hac materia

habes latiꝰ infra: ſcꝫ feria tertia poſt paſ⸗
mas. (Dixit illi dñs. (Recte reſpondiſti) h
fac ſcꝫ deū et ꝓximū diligēdo: ⁊ dicit fac: qꝛ
nō ſufficit diligere niſi dilectio demonſtret
in opere: qꝛ ꝓbatio dilectiōis exhibitio eſt
operis. (⁊ viues). ſ. vita ꝑpetua. hec eſt eñ
excellentior via eundi ad vitā eternā. q. d.
Hec dicis: ſed nō facis: ⁊ ideo ad vitā nō va
dis. (Ille aūt volens iuſtificare ſeipſum. i.
iuſtū oſtēdere ſm apparentiā putās ſe eſſe
ante hoiem qui tm̄ videt exterius ⁊ nō ante
deū qui videt interiꝰ dixit ad ieſum. Et q̇s
eſt meus ꝓximus? (In quo a dilectione ꝓ⸗
ximi vacuū ſe oſtendit: qꝛ proximū non no⸗
uit. Forſitā putabat q̄ xp̄s diceret iudeus
eſt ꝓximus tuus: ⁊ tūc rñderet: deū ⁊ iudeū
diligo: et ſic appareret iuſtus. (Suſpiciens
autē ieſus). i. ſurſum aſpiciēs ieſus: propo
ſuit ei parabolā de hoīe qui deſcendens ab
hieruſalē in hierico incidit in latrones. Iō
ſurſum aſpexit: qꝛ de rebus magnis locutu
rus erat. vñ ſcꝫ humanū genꝰ deſcēderat:
dū ꝑ pctm̄ cecidit: ſm aliquos eſt hic para⸗
bola: ſm alios eſt res geſta: qꝛ inter hierico
erat quedam ſolitudo vbi frequēter homi⸗
nes tranſeuntes ſpoliabant et occidebant
a latronibus deſertū illud inhabitātibus.
Allegorice (homo) iſte deſignat genꝰ huma
num qui in primis parētibꝰ (deſcēdebat ab
hierlm) que viſio pacis dicit id eſt a paradi
ſo ⁊ ſuperne ac celeſtis beatitudinis pace ⁊
viſione (in hierico) q̄ luna interpretat ⁊ mu
tabilē ſignificat id eſt in defectū et miſeriā
huiꝰ vite mutabilis ⁊ erronee: qꝛ a contēpla
tione ſuperna ⁊ vita pacifica quā in para⸗
diſo habuiſſet ad mutabilitatē huius exiliū
et terrene miſerie per culpā corruit (⁊ inci⸗
dit in latrones) id eſt in poteſtates demonū
ſeu in diabolicas vel etiā hūanas tentatio⸗
nes i quas nō incidiſſet niſi prius intus tu
muiſſet. Uera eſt enim ſentētia dicens ante
ruinā exaltat cor. (Qui eū deſpoliauerunt)
veſtē innocētie et immutabilitatis ſeu im⸗
mortalitatis ꝑ fraudulētiā auferēdo. Ue⸗
ſte innocētie ſeu ſtola prima amiſſa cogno⸗
uit ſe eſſe nudū gloriaq̄ imortalitatꝫ ꝑdita
pelliceū h eſt mortale ſumpſit indumentū.
Unde in ſignū mortalitatis induit deꝰ pri⸗
mos parentes tunicas pelliceas q̄ de mor⸗
tuis ſiūt aīalibꝰ (⁊ plagis) pctōꝝ (īpoſitis)
⁊ illatis. i. naturalibꝰ per pctm̄ vulneratis
⁊ debilitatis (abierunt) non ab inſidijs ceſ⸗
ſando: ſed eas occultādo. Primo eñ ſenſi⸗
biliter in ſpecie ſerpētis diabolus decepit:
ſed poſt occulte ⁊ inuiſibiliter tētauit (ſemi
uiuo relicto) qꝛ ⁊ ſi imortalitas pōt auferri:
oculus tñ rōnis remanet hoīm quo deꝰ po
teſt cognoſci. vñ Bed. Semiuiuū relique⸗
runt: qꝛ beatitudinē vite immortalis exue⸗
re: ſed non ſenſum rationis abolere volue⸗

Su rſū aſpice⸗ re.

D Beda: Semi⸗ uiuus dereli⸗ ctus.

rūt. Ex qua cū pte ſapere ⁊ cognoſcere deū
pōt viuus eſt hō: ex qua vo pctīs ꝯtabeſcit:
et miſeria deficit mortuus idē letiferoq; eſt
vulnere fedatus. vñ et Theophi. Ac ſemi-
uiuus dr hō poſt pctm: qꝛ aīa imortalis eſt:
corpus vero mortale: ita vt medietas hoīs
ſuccūbat. vñ Aug. Semiuiuus ei hz vitalē
motū. i. liberum arbitriū vulneratū quo ad
eternam quā perdiderat redire nō ſufficie-
bat. Et iō iacebat: qꝛ vires ei proprie ad ſur-
gendū nō ſufficiebāt: vt ad ſanandū medi-
cū. i. deū reqreret. Uel ſemiuiuū reliquerūt
remanēte vita nature: nō vita grē ſm illud
apli. viuo aūt. ſ. vita nature: iā nō ego. ſ. vi-
ta culpe. viuit vo in me xp̄s. ſ. vita grē. Fece-
rat eñ de⁹ hoīez ad imaginē ſuā ſz rōnē ad
ſimilitudinē ſed vt p vtrūq; deo adhereret:
et inherēdo btūs eēt. Sed diabolus hūane
btitudini inuidēs ꝯ duo bona p̄dicta duo
homini in originali intulit principalia ma-
la. In eo nāq; ꝙ factus erat ad imaginē ſeu
ſm rationē vulnerauit eū p ignorantiā bo-
ni: in eo vero qd factus eſt ad ſimilitudinē
dei ſm dilectionē vulnerauit eum per con-
cupiſcentiā mali. Hō ergo vulnerat⁹ ſemi-
uiuus relict⁹ eſt: qꝛ et ſi in humana natura
poſſit diuina ſimilitudo que in dilectiōe eſt
penit⁹ corrūpi: diuina tñ imago que in ra-
tione eſt: non pōt penit⁹ deleri. Quāuis eñ
tanta malitia poſſit affici vt nil diligat bo-
ni: nō tñ ignorātia tanta execari pōt: vt nil
cognoſcat veri. (Sacerdos) autē (et leuita)
deſcēdentes (eadē via viſo) ſpoliato et vul-
nerato (p̄terierunt) ⁊ vite p̄ſentis ſtatū tunc
ſancte viuēdo ptranſierūt: ſed hūanū gen⁹
per culpā vulneratū ſanauerūt minime: qꝛ
ſacerdotiū legis et eius miniſteriū pctā nō
curauerūt: ſz ſolū oſtēderūt: impoſſibile eñ
erat ſanguine vitulorū ⁊ agnorū ⁊ hircoruz
auferri peccata hoim. Uel ſacerdos ⁊ leui-
ta intelligunt lex et ꝑpheta q̄ hoīem nō ſa-
nauerūt: ſz pctā oſtēderūt et reprehēderūt.
(Samaritanus vero iter faciēs). i. xp̄s qui
aīas cuſtodit per humanitatē momēto vite
hui⁹ currēs ꝓ nobis eñ fact⁹ eſt hō in mū-
do (venit ſecus eū). i. vulneratū: qꝛ in ſimi-
litudine hoim fact⁹ et habitu inuentus eſt
vt hō (⁊ videns eū) oculo clemētie (mia mo-
tus eſt) ex cōpaſſione. (Et appropinquans)
hoī vulnerato miſerationis exhibitiōe (al-
ligauit vulnera ei⁹) qꝛ redarguēs peccata
cohibuit (⁊ vinculis) gratie (ligauit infun-
dens oleū) mitigatiuū: ſpem venie penitē-
tibus promittēdo (⁊ vinū) pungitiuū terro-
rem pene peccantib⁹ incutiēdo. Alligat er-
go vulnera dū ꝑcipit penitētiā agite infun
dit oleū dum addit: appropinquabit enim
regnum celorū: infundit vinum cum dicit
oīs arbor que nō facit fructū bonum exci-
detur et in ignē mittetur. Qua in re docuit
nos dñs qualiter infirmis et ad pnlam ve-
nientib⁹ mederi debeam⁹. Uulnera eñ li-
gamus qñ pctōrez a pctō ceſſare iubemus.
Oleū autē infundimus qñ miſericorditer ⁊ — Olei infuſio.
blande cōſolando indulgentiā pctōri pro-
mittimus. Inſup ⁊ vinū infundimus quā- — Uini infuſio.
do aſpere ⁊ auſtere increpando ieiunare et
carnē macerare iubem⁹. Non ſit igit oleum
ſine vino: neq; vinū ſine oleo. vnde Grego. — Grego.
Miſcēda ḡ eſt leuitas cū ſeueritate: facien-
dū: eſt quoddā ex vtroq; tēperamentū: neq;
multa aſperitate exulcerētur ſubditi: neq;
nimia benignitate ſoluātur. vnde et Bern. — Bern.
Semp punire ferocitatis eſt: ſemp parcere
puſillanimitatis: nec hoc nec illud equita-
tis habere plus amaritudinis q̄ ſuauita-
tis dānabile eſt ecōuerſo cōmēdabile vtrū-
q; tolerabile. (Et) leuans (illū in iumētum
ſuū impoſuit ac ducens in ſtabulū curam
ei⁹ egit). Iumentū dicit hic caro xp̄i in qua
ad nos venire dignatus eſt. Huic iumento
ſauciatū impoſuit fidem incarnationis in-
ſpirādo: ⁊ pctā noſtra in corpore ſuo ſuper
lignū portādo: et iuxta aliam parabolā in-
uentā q̄ errauerat ouē humeris ſuis impo-
ſitam ad gregē reportādo. (Et duxit in ſta-
bulū). i. intra ſanctā p̄ſentē eccleſiam collo-
cauit vbi depoſito onere peccatorū viator
laſſus reficit ⁊ refect⁹ ſalubri paſcua repa-
rat. Non domū ſed ſtabulū vocat quo noīe
fetores ⁊ miſerias hui⁹ p̄ſentis vite ſignifi-
cat ne hō in hoc exilio tanq̄ in patria gau-
deat. Et vt bonus medicus et neceſſarius
(curā eius egit) q̄diu in hac vita cū eo fuit
quia circa egrotū ſolicitus fuit. (Et altera
die) poſt pactū miſteriū redēptionis. ſ. poſt
dñi reſurrectionē q̄ magis ſplēdet q̄ tps p̄-
cedēs: pria eñ dies fuit dies mortalitatis: ⁊
paſſibilitatꝫ: altera dies fuit imortalitatis
⁊ impaſſibilitatis: qñ ſplendor lucis eterne
magis effulſit (protulit duos denarios). ſ.
duo teſtamēta in quibus ⁊ nomē et imago
regis eterni cōtinent ⁊ quorū p̄cio vulnera
noſtra curant (et dedit ſtabulario) qꝛ diſtri-
buit vtriuſq; teſtamēti ſcientiā ⁊ predicādi
gratiā apoſtolis quibus ſenſum aperuit vt
ſcripturas intelligerēt ac prelatis et oībus
qui eccleſiam gubernare debent: vt curam — F Supererogatio.
egroti agerēt ⁊ haberēt. Qui etiā dz in hac
cura aliquid ſupererogare: vt nō ſolū ea q̄
in duob⁹ teſtamētis cōtinent ſtudeāt p̄di-
care: ſed alia multa ſm ea q̄ ſcripta ſunt la-
borēt aliis p̄dicatiōe manifeſtare. Super-
erogat etiā qui ſine ſumptibus exēplo apo-
ſtoli predicat et ab eis quib⁹ predicat ſum-
ptus nō accipit. Item ſupererogat qui non
ſolum precepta: ſed etiam conſilia implet
vel predicat: in die autem iudicii cum dñs
redierit totum qd promiſerat tanq̄ debitor
reddet eū fideli ſeruo dicet: qꝛ ſuper pauca

Peccator vulneratꝰ.

fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituã intra in gaudiũ dñi tui. Quilibet ergo peccator qui peccãdo mortaliter a deo ꝙ eſt pax noſtra tanq̃ ab hieruſalẽ ſe auertit et ad hierico.i.ad culpabilẽ defectũ ſe cõuertit: et ſic a bono incõmutabili ad bonum cõmutabile deſcendit. hoïe autem ſic lapſo in latrones et ſpoliato ac vulnerato et relicto quid aliud reſtat niſi flagitare? Et ſamaritanus ille.i.cuſtos aĩarũ Jeſus iter miſerationis ſue ſuper nos faciet: latrones fugitet: ſpoliatos gr̃a reſtituat: et vulnera noſtra liget: ſemiuiuos in integrũ habilitet et ſic demũ in celeſtẽ hieruſalẽ nos pducat.

Moraliter.

Moraliter p hieruſalẽ ſtatus virtutis deſignat̃: et ideo per hoïem deſcendentẽ ab hierl̃m in hierico deſignat̃ pctõr deſcẽdens a ſtatu iuſticie in pctm̃ mortale: qui incidẽs in latrones.i. demones ſpoliat̃ p eos gratuitis et vulneratur in naturalibꝰ ac relinquit̃ ſemiuiuus qr tollit̃ ab eo vita gr̃e remanente vita nature. Sacerdos et leuita trãſeũtes ſunt mali miniſtri eccleſie: ſamaritanus eſt cõfeſſor et predicator motus ex charitate alligans vulnera ſauciati per ſanũ cõſiliũ infundẽs oleum mĩe et vinũ iuſticie: et imponit illũ in iumentũ: qr nõ ſolũ mẽte prebet auxiliũ: ſʒ etiã prout põt corpore qđ eſt aĩe iumẽtum: et ducit in ſtabulũ et domũ eccleſie vbi dat̃ pabulũ verbi dei et ſacramenti euchariſtie: et altera die poſtq̃ duxit in ſtabulũ protulit duos denarios: p quos deſignat̃ gratia in p̃nti et gloria in futuro. Et dedit ſtabulario id eſt dandos denunciauit bono curato facienti debitũ ſuũ erga peccatorem ſibi ſubditũ: et ei curã peccatoris cõmendauit dicẽs (curã illius habe) debitũ tuum exercẽdo (et quodcũq ſupererogaueris) faciendo circa debitum aliquod bonum ad quod non teneris (reddam tibi).i.reddendum denũcio promittẽs ei vitã eternã pro ſalario.

S Proximus nr̃ Cyrillꝰ

Et interrogatus legiſperitus a dño ꝗs pdictorũ proximus fuiſſet ei qui incidit in latrones: r̃ndit. (Qui fecit miam in illũ) vbi Cyrillꝰ. Neq enim ſacerdos: neq leuita factꝰ fuit proximus patiẽtis: ſed ille qui eſt eiꝰ miſertus: inutilis eſt enim ſacerdotij dignitas et legis ſciẽtia niſi per bona opera cõfirmet̃.

Beda.

vnde et Beda. Juxta iſtaʒ manifeſta eſt dñi ſentẽtia: nullũ nobis amplius q̃ qui miſeretur eſſe proximũ. Sic cum hieroſolymite nõ ſacerdos nõ leuita ex eadem gente: imo in eadẽ vrbe nati et nutriti: ſed externe gentis accola: quia magis miſertꝰ eſt: factus eſt proximus. Deinde dñs ex legiſperiti reſponſione et confeſſione oſtendens omnem hominem miſericordiam facientẽ eſſe proximum: et ſpecialiter ipſum dei filium concluſit dicens. (Vade) ſcilicet de virtute in virtutem (et tu fac ſimiliter) proximo ſicut ſamaritanus fecit in deo: ꝙ ſcilicet omnem hoïem etiã inimicũ proximum reputes et ei miam affectu affatu et effectu impendendo neceſſitates eius ſubleues vt te proximum diligere ſicut teipſuʒ manifeſtes.

Chriſ.

vñ Chriſ. quaſi dicat. Si quem vides oppreſſum ei dicas vtiq neq̃ eſt: ſed ſiue ſit gentilis ſiue iudeus et opere idiget nõ cauilleris: ius hʒ auxilium quicunq mala fuerit paſſus. hec Chriſ. Ex reſpõſione quoq legiſperiti dñs cõcludit ꝙ ppinquitas generis nõ facit proximũ: ſed opus mĩe impẽſum ac ſi dicat ei. Tu ergo me dilige et in vtrũq mandatũ legis implere ſtude: quia ſum deꝰ et ſum ille tuus proximus et ꝗcqđ vales in proximi neceſſitate ſubleuanda vel corporali vel ſpũali deuotos operare vt manifeſteris proximus eſſe.

Dilectio vtraq in xp̃o qui deꝰ et proximus ĩpleda ẽ Bern.

vnde Bernar. Utrãq teneo dilectionẽ dei et proximi cũ te amo dñe ieſu: ꝗ meus proximus es qm̃ homo es et feciſti mecũ miſericordiam. hec Ber. Ex vtraq ergo dñi concluſione legiſperitus cõuincit̃: qr xp̃m deũ et hoïem proximũ non dilexit qui ſuſcipiens carnẽ noſtrã per hũanitatẽ factꝰ eſt nobis proximꝰ et tot mĩe opa ipendit. Uñ merito diligi dʒ. Ad dei eñ dilectionẽ in nobis excitandã nutriẽdã et augẽdã nihil ita vʒ ſicut beneficiorũ eius freq̃ns et diligẽs cõſideratio.

H Miſericordie laus.

Magna eſt igit̃ miſericordia que ignotis et extraneis nos proximos facit: magna eſt mĩa per quam vita poſſidetur eterna. Ille quippe eſt proximus tibi: cui miſerendo appropinquas: qui vero nulli miſeret̃ nullum proximũ hʒ. In illo ergo mãdato: diliges proximũ tuũ ſicut teipſum: dñs proximum intelligit omnẽ hoïem: hic aũt eum qui implet legem naturalẽ: vt qui facit aliꝫ que ſibi fieri vult.

Ambr.

vbi Ambro. Ergo quoniã nemo magis proximus q̃ qui vulnera noſtra curauit diligamus eum quaſi dñm diligamus et eũ quaſi proximũ. Nihil eñ tam proximũ q̃ caput mẽbris. Diligamus etiã eum ꝗ imitator eſt chriſti. Diligamus eum qui inopie alterius corporis vnitate compatitur. Neq enim cognatio facit proximũ ſed miſericordia quia miſericordia ſm naturam eſt. Nihil enim tam ſm naturam q̃ iuuare conſortem nature. hec Ambro.

Augu. Dilectionis officiũ.

Ad hoc quoq faciendum hortatur nos Augu. dicẽs. Nunc cum in hac vita: ſcilicet in hac via ſumus inuicem onera noſtra portemꝰ: vt ad eam viam que caret omni onere peruenire poſſimus. Dilectionis officium eſt inuicem onera noſtra portare: nihil ſic pbat amicum quẽadmodum oneris amici portatio. Neq vlla res officioſum iſtum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi niſi cogitemus quãta pro nobis pertulit dñs.

Phil.

Hinc admonẽs ait apoſtolus hoc ſentire in vobis qđ et in Chriſto

ieſu. Huic cogitatiōi accedit etiā illa q: homines ſumus ⁊ ꝙ egritudinē ſiue animi ſiue corporis: quā ī homine alio videm⁹ etiā nos habere potuimus aut poſſumus hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatē portare volumus quod ab illo vellemus nobis exhiberi: ſi forte nos ī eo eſſemus: et ipſe nō eſſet. Ad hoc pertinet quod apoſtolus ait. Omnibus oīa fact⁹ ſum vt omnes lucrificarem cogitando ſcʒ in eo vitio ſe eſſe potuiſſe vnde cupiebat alium liberare. Deinde etiā illud cogitādo nullū eſſe hominē qui nō poſſit habere aliquod bonuʒ qđ tu non habes etiaʒ ſi lateat in quo ſine dubio poſſit te eſſe ſuperior. vñ apoſtol⁹. Nihil per contētionē neqꝫ ꝑ inanem gloriam: ſed ī humilitate mentis alter alterum exiſtimātes ſuperiorem ſibi. Iſte cogitationes deprimētes mentis ſuperbiam et acuentes charitatem faciunt onera fraterna inuicem nō ſolum equo animo: ſed etiā libētiſſime ſuſtineri. hec Aug. vñ ⁊ Grego. Si q̇ſqꝫ ſua incōmoda q̄ ab alijs portanṫ conſiderat ea que ab alijs ſuſtinet lenius portat. Et iterum. Quia illa interna pacis viſio ex ſanctorum ciuium congregatione conſtruitur hieruſalē celeſtis vt ciuitas edificatur. Que tamen in hac peregrinationis terra dum flagellis pcutitur tribulationibus tundiṫ ei⁹ lapides quotidie quadranṫ. Que vcʒ ciuitas hʒ hic in ſanctorū moribus magnū iaʒ edificium ſuum. In edificio quippe lapis lapidem portat et qui portat alterū portaṫ ab altero. Sic nūc in ſancta eccleſia vnuſq̇ſqꝫ ⁊ portat alterum et portatur ab altero. Nā viciſſim ſe ꝑmiſſtolerāt: vt per eos edificiū charitatis ſurgat. Omne autē pondus fabrice fundamentum portat: quia redemptor noſter de quo paulus apl's ait. Fūdamentū aliud nemo ponere poteſt preter id quod eſt poſitum quod eſt xp̄s ieſus oīa noſtra tolerat: ſed in ipſo malū non fuit qđ tolerari debuiſſet. hec Gre. ex his verbis gregorij colligitur quod q̄to plura q̇s ꝑ deo portauerit tāto erit ipſi fundamēto ſcilicet ieſu ꝓpinqor: ⁊ q̄to pauciora portauerit tāto erit ab ipſo fundamēto remotior. Hec igitur omnia bñ ꝯſidera ⁊ ꝑximorū infirmitates ac defect⁹ ⁊ onera nō ſolū patiētēr: ſed ēt libēter ꝑ deo porta ⁊ tolera. vnde Anſel. Qui bonis alteri⁹ arridet: ſanct⁹ ꝯſentit: q̄ vo inuidet diabol⁹. Siq̇dē magis puto ſaluationē ei⁹ ſperādā q̄ parū boni facit et factis alioꝝ fauet ꝙ q̄ mlta ⁊ īuidet. Et iterū Charitas q̄ colligit ⁊ viuificat oīa mēbra eccl'ie cū nos viderit de alteri⁹ ruina gaudere ſtatim nos precidit de corpe. Forte igitur nō dolem⁹ de ruina ꝑximorū noſtrorū: q: ꝓcīſi ſum⁹ a corpe. Si eñ ibi eſſem⁹ ſine dubio doleremꝰ: q: tādiu dolet membrū q̄diu in corpe cōtineṫ. Si aūt abſciſum fuerit nō dolere poterit nec ſentire. Ex his ergo pōt hō ꝓpēdere ſi eſt mēbrū xp̄i. Et ſicut dictuʒ eſt de ꝯpaſſiōe ⁊ ꝯgratulatiōe: ita itellige de cōitate: q: ī corpe hūano vnū mēbrū cōmunicat alteri indigēti ſuū offm̄ vt cibū quem recipit: ita ī corpe xp̄i (ꝙ ē eccl'ia) q̇libet dʒ alteri cōicare gr̄aʒ ſibi diuinit⁹ datam ac cibū et ēt tēpalia oīa a deo recepta. Silr̄ itellige de cōſideratiōe: vt ſicut mēbra inter ſe adunanṫ tāta amoꝝ ꝯcordia vt nulla rōne iter ſe valeāt diſſentire occaſiōe aliq̄: ita ēt ſit inter nos. Silr̄ itellige de ſupportatiōe: vt ſicut vnū mēbrorū ſupportaṫ alterum et ſuſtinet leſionē ꝑ curatione ſiue ꝓtectione alteri⁹: ⁊ ſi lediṫ ab alio ſine vltiōe ſuſtinet leſionē ſic dʒ eē ī nobis. hec Anſel.

Mēbrū xp̄i q̇s ſit.

¶ Orō. Domine ieſu chriſte cuſtodi nos deſcēdētes de contēplatione ad actionē: ne incidamus in latrones ſenſuum appetit⁹: nec ſpoliemur gratuitis nec vulneremur in naturalibus: ſacerdos et leuita ſuperior et inferior et portio rationis nō deſcēdant eadē via cōſentiendo in pctm̄: ſʒ poti⁹ aſcendāt ſurſum. Samaritanus vo gratia ꝑdeſtinationis ſecus nos appropiet nobis vulnera peccatorum liget: infundēs oleuʒ: ſpeʒ venie ⁊ vinū: timorē iuſticie imponat ī iumentū ordinando rationē ſupra ſenſualitatē: ducat in ſtabulū in cōſideratione peccatorum: altera die reſurrectionis det duos denarios: ſtolā anime et corporis. Amen.

¶ De penitentia marie Magdalene Capitulum. lx.



A Lu. vij.

Poſt hec aſcēdit ieſus de galilea in iudeā. vbi q̇dā (de phariſeis). ſ. ſymō leproſus volēs ſe iuſtificare ⁊ de iuſticia iactare rogauit dn̄m ieſum (vt cū illo manducaret.) Cui⁹ tñ ſimulatā iuſticiā benignus medicus nō vitauit: ſed magis curare voluit (et ingreſſus domū phariſei diſcubuit) Legitur autē chriſtum manducaſſe cū publicanis ⁊ pctōribus vt eos ad penitētiā prouocaret: ſicut quādo in domo Mathei cum publicanis comedit. Item cum iuſtis eum diligentib⁹: vt eorū amorem et deuotionē nutriret et augeret: ſicut dicitur de martha ⁊ maria. Item cum cognatis et pauperibus: vt eorū inopiā ſuppleret: ſicut habetur de nuptijs vbi aquā in vinum vertit. Item cum phariſeis ſupbiētib⁹ vt eorum ſupbiaʒ reprimeret: et eorū vitia argueret ſicut in hoc loco facit. Aliqñ etiam humiliter et cum gratū

Mādu⸗cādi cū pecca⸗toribus ratio.

actione enim inuitabat recipiebat pro loco
et tempore ex paupertatis amore: qr pauper
erat ⁊ de hui⁹ mūdi ſubſtātia parū hēbat.
Nō imerito talis ⁊ tāt⁹ hoſpes eſt inuitād⁹
⁊ cū ſe inuitat libēti⁹ ſuſcipiēd⁹: veniūt eīn
omnia bona pariter cū illo. Audiēs aūt h
Magdalena: que iā forte ipm predicantem
audierat tacta dolore cordis intrinſecus p
peccatis ſuis et de eis plene ⁊ pfecte cōtrita
amoriſq; eius igne accēſa: cū alabaſtro .i. ta
li vaſe vnguēti perrexit ad locū cōuiuij. vt
Beda. eīn dicit. Beda Alabaſtrū eſt gen⁹ marmo-
Alaba- ris candidi varijs coloribus intertincti: qd
ſtrum. ad vaſa vnguentaria cauare vti ſolent eo
q optie ſeruare incorrupta dicat. Iſte pha-
riſeus qnq; in euāgelio ſymon leproſus dr
Chriſo. cui⁹ lepra nō ſine cauſa memorat. vn Chri.
Nō ſimplr aūt lepre ſymōis meminit euan
geliſta: ſz vt oſtēdat vt cōfidēs acceſſit hec
mulier qr enim lepra videbat valde immū-
da eſſe paſſio ⁊ abominabilis: vidit autem
q ieſus curauerat illū hoiem cōfidit: qm et
anime eius immūditiam facile expurgabit
Chriſo. Et cū mulier ad locū puenisset fa-
cie inclinata et oculis in terrā demiſſis an-
te cōuiuas trāſiēs: nō quieuit donec ad ie-
ſum perueniret: et tūc ilico retro ad pedes
eius pſtrata: qr ſe anteponere non audebat
pre peccatorum ſuorū verecundia: ⁊ pcum
B bens vultu ſuper pedes ipſos cum quadā
Cōtri- confidentia: qr iā incenſe et ſup omnia eū
tio ma- diligebat: ⁊ in eius amore ardebat: cepit for
gdale- titer fletibus et ſingultibus abūdare: ac la-
ne. chrymis largiter decurrentibus pedes do-
mini balneare et lauare. vnde patet magni
tudo contritionis ex qua lachrymas peni-
tentie ſanguinem cordis fundens tantum
fleuit q pedes vnius hois lauare potuerūt
tādem a fletu ceſſans capillis ſuis pedes
Jeſu lotos exterſit ⁊ amore creſcente oſcula
batur eos ſepe dulciter et amanter nec de
hoc ſatiari potuit. Et quia propter itinera
ſqualidi et laſſi erant eos etiam vnguento
precioſo vngebat ad refrigerium caloris et
mitigationem doloris ex labore itineris. Et
hec quidem q dicta ſunt agebant exteri⁹ q
vero reuoluebat ei⁹ intentio multo feruen-
Grego. tiora erant que ſolus deus inſpiciebat. vn
nicen⁹. Grego. nicen⁹. Indignitatē autē ſuā oſtē-
dens ſtabat poſt tergum deiectis luminib⁹
⁊ effuſa coma pedes āplectēs lachrymiſq;
eos pfundēs rebus triſtē aiam ondebat ve-
niā iplorās. hec Greg. In eo g q mulier re-
tro ſtat deuotio ⁊ humilitas agnoſcit: in eo
vero q lachrymis pedes rigat vera penitē-
tia et cordis compunctio demonſtratur. Et
qm eaſdez lachrymas capillis tergēdo ab-
ſcondit et dolet: ſeſe de illis non eſſe oſtēdit
qui opera ſua faciunt vt ab hominibus vi-
deant in pīculo pacē: amorē et dilectionem

mōſtrabat in vnguento vero cordis intima
blandimenta: deuoti obſequij affectionem
ſignificabat. Per alabaſtrū pect⁹ et cordis
ſecretariū plenū fide ⁊ charitate poſſumus
intelligere. tale eīn alabaſtrū hmōi vnguen Grego. pnia magdalene.
tum cōſueuit ſeruare. vbi Grego. Cogitāti
mihi de pnia marie flere magis libet q̄ ali
quid dicere. Cui⁹ eīn vel ſaxeum pect⁹ ille
hui⁹ peccatricis mulieris lachryme ad exē
plum penitēdi nō emolliāt: ɔſiderauit nāq;
quid faceret. Super cōuiuātes ingreſſa eſt:
nō iuſſa venit: inter epulas lachrymas ob-
tulit. Diſcite quo dolore ardet q flere et iter
epulas non erubeſcit. Sed qr turpitudinis
ſue lachrymas aſperit lauanda ad fontem
miſericordie cucurrit: ɔuiuātes nō erubuit.
Nā qr ſemetipſaz grauiter erubeſcebat: in-
tus nihil eſſe credidit quod verecūdaretur
foris. hec Grego. Miſtice pedes dñi corpo- Pedes dñi.
ris ſunt pauperes: qr ſunt iferior ps corpis
miſtici p deiectionē ⁊ cruci affixi p afflictio
nē. Diues ergo peccator volēs obtinere ve
niam in preſenti et regni quod pauperū eſt
gloriam in futuro debet ſecus pedes iſtos
ſtare p familiaritatis exhibitionē: lachry-
mis rigare p cōpaſſionem: capillis extergere- Fres paupū qui filij dñi.
re p ſqualorē paupertatis: et refouere p er
temporalium que per capillos deſignantur
cōmunicationem et miſerie reuelationem
oſculum dare per affabilitatem et blandaz
allocutionē fraternitatiſq; amorē vnguen-
to vngere per miſerendi hylaritatez et cor-
dis benigni dulcedinē ac cōſolationis ſua-
uitatem. Aliter eīn ſm Augu. non poſſunt Augu.
diuites dicere cōpetēter. pater noſter: niſi ſe
fratres pauperū cognoſcant. Sed heu mul
ti faciunt his contraria et ergo cum phari-
ſeo nec gratiam merentur nec gloriā. vnde
Grego. Nos ergo nos illa mulier expreſſit ſi Grego. C
toto corde ad dñm poſt peccata redeamus
ſi eius pnie luctus imitemur. Quid autem
vngendo niſi bonus odor opinionis expri-
mitur? Si igitur recta opera agimus qui-
bus opinionis bone odore eccleſiaz reſper- Vnguē-
gimus quid aliud in dñi corpe niſi vnguen tum fū-
tum fundimus? Cōtra pedes dñi ſtetimus dere ⁊c.
cum in peccatis poſiti eius itineribus reni
tebamur. Sed ſi ad verā penitētiā poſt pec
catū cōuertimur: iā retro ſec⁹ pedes ſtam⁹
qr ei⁹ veſtigia ſeqmur: què impugnabam⁹.
Lachrymis mulier pedes rigat quod nos
quoq; agimus ſi qbuſlibet vltimis mēbris
dñi per cōpaſſionis affectū inclinamur. Ca
pillis pedes dñi tergimus qñ ſctis ei⁹ qbus
ex charitate cōpatimur etiā ex his q nobis
ſuperfluūt miſeremur. Oſculat mulier pe-
des quos tergit quod nos quoq; agimus
ſi ſtudioſe diligimus quos ex charitate con Peni-
tinemus. hec Gregorius. Per hanc ergo tens cō
mulierem peccatricē ad domini pedes ac- tritia.

cedentem ſignificat quelibet pſona vere de pctis penitens ⁊ ꝯtrita ad qđ reqritur ꝙ ſicut deū offendit ꝑ culpā:ita et ſeruiat ꝑ penitentiā:ſ3 illđ apli. Sicut exhibuiſtis mēbꝛa veſtra ſuire imūdicie ⁊ iniqtati ad iniqtaté ita exhibete nūc ſuire iuſticie in ſctificationē:⁊ ſic fecit mulier hec penitens. vñ Gre. Liquet fr̄es ꝙ illicitis actib⁹ pus inténta vnguentū ſibi pꝛo odoꝛe ſue carnis adhibuit qđ ergo turpiter exhibuerat:hoc iam deo laudabilr̄ offerebat. Oculis terrena cōcupierat:ſed hos iā ꝑ pniā3 cōterēs flebat. Capillos ad cōpoſitionē vult⁹ exhibuerat ſed iam capillis lachꝛymas tergebat. Oꝛe ſupba dixerat:ſed pedes dn̄i oſculās hoc in redēptoꝛis ſui veſtigia figebat. Quot ğ i ſe habuit oblectaméta tot in ſe inuenit holocauſta. Cōuertit ad numerū ꝟtutū numerū crimin̄ vt totū ſeruiret deo in pnia ꝗcquid ex ſe deū contépſerat in culpa. Hec Gre. Cōſimile inducit Hier. de beata paula dicēs. Cūq3 a nobis crebꝛius moneret vt parceret oculis:vt eos euangelice ſeruaret lectiōi aiebat. Turpāda eſt facies quā ꝯ dei ꝑceptum purpura et ceruſa et ſtibio depinxi. Affligendū eſt coꝛp⁹ ꝙ mlt̄is vacauit delitijs:lōgus riſus ꝑpetuo cōpenſandus eſt fletu. Mollia lintheamina ⁊ ſerica ꝑcioſiſſima aſperitate cilicij ſunt cōmutāda. Que viro et ſeculi placui:nunc xp̄o placere deſidero. hec Hiero. Hinc ğ habemus quomodo faciéda ſit penitétia. In quo em̄ qs peccat in eodé ꝑ cōtrariū penitentiā agat. Uerbi gratia. Peccaſti nimis potando penitétiam age a potu abſtinendo. Qui nimis comediſti vel pꝛecioſioꝛa:ieiuna ⁊ comede vilioꝛa. Et ſic de alijs ſuo mō. Cōſpice igitur bene hanc mulieré ⁊ eius deuotioné et ſup his moꝛoſe meditare:qꝛ factū hoc ſolenne fuit valde. Cōſpice etiā dn̄m Jeſu3 ꝙ̄ benigne eam ſuſcipit et quā patienter ſuſtinet quicquid facit. Ceſſat ⁊ quieſcit a comedēdo donec negociū compleat:ceſſant et conuiue ⁊ oēs ſuper hac nouitate mirant̄. Sed (phariſeus qui cū vocauerat)non tamē inuocauerat qđ melius fuiſſet fallaciter iuſtus ac de falſa et putatiua iuſticia veraciter ſuperb⁹:nullaq3 cōpaſſiōe nature mot⁹ ⁊ ſue fragilitatis oblit⁹ de hoc murmurās (ait intra ſe) ꝯ ſuū hoſpité murmurādo dicēs. hic ſi eſſet ꝓpheta) ver⁹ ſciens occulta (ſciret vtiq3 que)in pſona (⁊ qualis) in via (eſt mulier que tangit eū) ⁊ per conſequēs non permitteret ſe tangi ab ea (qꝛ peccatrix eſt) et ideo vnguētum ei⁹ vitare deberet. Egram repꝛehendit de egritudine que potius erat comēdanda:qꝛ lāguoꝛis ſui remediū querebat apud tantū medicū quem etiā repꝛehēdit ſubuētione de quā gratiarū actiōes erāt referédeq̄ ipe q3 de elationis vulnere egrotabat:et iō nec medium ꝑ ſubuentiōe reqrebat. Neſcis phariſee ſtulte:neſcis nuper te mūdauit a lepꝛa quē mō non credis eſſe ꝓphetā. Et ꝓpheta qdē eſt ⁊ optime ſcit:qꝛ peccatrix mulier q̄ eū tangit. Ad hoc enim ipſe venit:ad hoc ipſe de celis deſcendit. No em̄ venit vocare iuſtos ſed peccatoꝛes ad pniam:hoc ipſe teſtatur ei⁹ verba ſunt hec. Non hoꝛret ergo peccatoꝛes qui pꝛo pctōꝛib⁹ fact⁹ eſt hō. Igit̄ ſm Greg. Neceſſe ſemꝑ ē vt cū peccatoꝛes quoꝙ cōſpicim⁹ noſmetipſos pꝛi⁹ in illoꝛū calamitate defleamus:qꝛ fuiſſe in ſimilibus aut lapſi ſum⁹:aut labi poſſum⁹ ſi lapſi nō ſumus. Per iſtū phariſeū qui chꝛiſtum notauit de ignoꝛantia ⁊ mulieré de immūdicia ſignificat̄ hypocrita de falſa iuſtitia ꝑſumēs ⁊ alios contēnens:qꝛ ſm Greg. vera iuſticia compaſſioné habet falſa ꝟo indignationem ꝓpter quod iſte phariſeus arguit̄ de pietatis omiſſione in modicis reſpectiue ⁊ mulier cōmēdat̄ de maioꝛib⁹ valde. Unde dn̄s. Jeſus nō verba phariſei audiens:ſed cogitationes inſpiciēs reſpondit cogitationi ei⁹ ad cōfutationē illius. ꝑ hoc em̄ qđ ad eius reſpondit cogitationē q̄ ſoli deo eſt nota oſtendit ſe plus ꝙ̄ pꝛophetā:et dn̄m ꝓphetarū ⁊ ꝓpoſuit ei ꝑabolā de duobus debitoꝛib⁹:vt conuenienti⁹ cōcludat cōtra eū ex reſpōſiōe ipſi⁹. Cū em̄ de ſua ſentétia phariſeus ꝯuincit̄:quaſi frenetic⁹ ſunē poꝛtat cū quo liget̄. Iſti duo debitoꝛes erāt maria deo debitrix quingentoꝛū denarioꝛū:⁊ pharise⁹ q̄ quinquaginta debebat qꝛ minus ſe peccaſſe credebat:⁊ ideo maria pl⁹ diligere debebat qꝛ maioꝛé remiſſione3 acceperat ⁊ plus diligebat:ideo maioꝛa obſequia xp̄o ꝑbebat. Exēplo igit̄ debitoꝛū et feneratoꝛis cōuincit phariſeū ꝙ hec mulier eſſet gratia diuini amoꝛis iuſtificanda:⁊ dignioꝛ amari:⁊ pctā ſibi remitti:que plura grata deo obtulit in hoc facto ꝙ̄ ſuperbus phariſeus in cōuiuando:qꝛ amoꝛ in humanis plerūq3 cauſat̄ ex donis ꝑcedentibus ⁊ ꝑ ꝯn̄s maioꝛ amoꝛ ex donis maioꝛib⁹. Unde dominus enumerans bona peccatricis: ⁊ mala falſi iuſti redarguit phariſeū ex defectu triplici:ſc3 pietatis:qꝛ nō dedit aquā pedib⁹ ſuis:qui tñ erāt feſſi ⁊ dolētes ex laboꝛe itineris ac lutoſi ſeu puluerizati eo ꝙ incedebat ſine calciamētis. Un̄ titus. q. d. Facilis eſt vſus aquarū:nō ē facilis lachꝛymarū effuſio:tu pꝛomittis non eſt vſus hec effudit nō pꝛompta lauās lachꝛymis pedes meos lauit lachꝛymas ꝓpꝛias. Secūdo redarguit ex defectu charitatis qꝛ non dedit ei oſculū qđ eſt ſignū amicitie ⁊ dilectiōis. Tertio ex defectu hylaritatis que deſignātur in nomine olei: quo non vnxit caput eius. tria em̄ predicta faciebant olim ſuis

Math. iiij.

Grego. Pctōꝛe viſo fiēdu3 nobis.

Hypocrita.

Juſticia ꝟa.

Grego. Cogitationē nouit dn̄s.

E Amoꝛis mūdani cauſa.

Phariſei defect⁹ tres.

Lachꝛymaru3 difficultas.

hoſpitib⁹ q̄ primo dabant osculū in ſignū ſecuritatis: deinde lauabant pedes ꝓpter laborē itineris: poſtea vngebant caput vnguētis refrigeratiuis contra eſtum caloris. Et predicta tria ſcilʒ charitas: pietas: ⁊ hylaritas reqrunt in hoſpitalitate ⁊ ea et gratioſa ex q̄ ad obſequiū magis tenebat phariſe⁹ q̄ mulier ſuprueniēs ab extra. Uñ cōſidera qḋ pfertur hic deuotū obſequiū largitioni cibi ⁊ potus q̄s credibile eſt phariſeum in domo ſua dño pbuiſſe. Hinc poteſt elici argumentū qḋ cū ſuſcipit q̄s hoſpitio magis meritorium eſt ei benigne miniſtrare q̄ ipſum cibū et potum exhibere. Et ecōuerſo laudat dñs mulierē de triplici perfectione defectibus phariſei oppoſita prout clare ptʒ in lr̄a. Ex factis ḡ mulieris apparet qḋ dñm multum dilexit ⁊ ideo veniā reportans iuſtificata fuit: ꝓpter q̄ ⁊ ex pctīs multis ſibi dimiſſis magis in amore ei⁹ exarſit. Uñ volens dñs monſtrare q̄ oīa in dilectione cōſummant̄ dixit ſymoni (Propter q̄ dico tibi: remittuntur ei pctā multa: qm̄ dilexit multum:) charitas em̄ operit multitudinē peccatorū. Et tu plurimū dilige vt tibi plurimū remittat̄. vñ Chri. Nā q̄ vehemēter ſe igeſſerūt malis rurſus ⁊ bonis vehemēter inſiſtent conſcij ad quot debita ſe obligauerūt. (Cui aūt minus dimittit̄ minus diligit) vt. ſ. tu phariſee. Sed non ſupbias ſi in paucioribus teneris: q̄ tu q̄ꝗ venia eges: nullus em̄ pōt p ſemetipm̄ a debito peccati liberari niſi diuina grā veniā conſequat̄. Igitur vt ait Chriſo. Opus eſt nobis feruenti aīa q̄ nihil ipedit holeʒ fieri magnū. Nullus ḡ cōſtitutoꝝ in peccatis deſperet: neq̄ ꝟtuoſus dormitet. Nec hic confidat: ſepe em̄ meretrix pcedet eū: nec ille diffidat: poſſibile nāq̄ eſt eū etiā primos ſuperare. H̄ Chriſo. vñ ⁊ Grego. Quid ffes mei eſſe dilectionē credim⁹ niſi ignem. Et q̄d culpā niſi rubiginē. Unde nūc dr̄ (remittuntur ei peccata multa: q̄ dilexit multuʒ. Incendit plane peccati rubiginē q̄ ardet valde p amoris ignem. Et ſi durū eſt valde qḋ coquit̄ abundat tñ amoris igne quo et dura cōſummant̄. Tanto nāq̄ ampli⁹ peccati rubigo conſumit̄: q̄to pctōris cor magno charitatis igne cōcremat̄. vbi Augu. Hic multa cōmiſit et multoꝝ debitor fact⁹ eſt ille gubernante deo pauca cōmiſit. Cui deputat ille qḋ dimiſit huic et iſte deputet qḋ non cōmiſit. Nullum eſt em̄ pctm̄ q̄ facit hō qḋ non poſſet facere ⁊ alter hō: ſi deſit rector a q̄ factus eſt hō. vñ Berñ. Quis nō videat q̄ ſicut in multa peccata cecidit: ſic ⁊ in multa alia cecidiſſem niſi oīpotentis pietas ſeruaſſet? Fateor ⁊ fatebor: niſi q̄ dñs adiuuit me me paulominus habitaſſet in inferno aīa mea vcʒ cecidiſſet in oē peccatum aīa mea. ¶ Miſtice fenerator iſte deū ſignificat q̄ p culpa penā ⁊ p donū grāꝝ meritū bonoꝝ exigit. Debitores dici poſſunt maria ⁊ phariſe⁹ quantū ad propoſitū vel pplīs gētiū ⁊ iudaic⁹. vł pctōr notori⁹ ⁊ occult⁹ vel cleric⁹ ⁊ laic⁹: ⁊. ſic duo debitores ſunt duo populi: vel duo ſtat⁹ peccatoꝝ pmi dñt q̄ngentos denarios: q̄ plus peccāt: ſcđi q̄nq̄ginta q̄ min⁹. Sed nō hñt vñ reddant: q̄ nullus pdictoꝝ pōt abſolui ꝓprijs viribus abſq̄ grā: ⁊ iō donat vtriſq̄ i. donū ḡtuitū dat p qḋ eis debitū dimittit: nō eī ſine ñ dono dī ḡtuito fit cl'pe remiſſio. (Dixit autē dñs ad mulierē: remittunt̄ tibi pctā) . ſ. nō ſolū q̄tū ad reatū ⁊ culpā ſed et q̄tū ad reatus ⁊ penā: ⁊ h̄ fit ex vehementi amore dei: et horrore pctī preteriti. O felix maria cui tot dant̄ munera. Nā p̄rio dat̄ ei pctōꝝ remiſſio vt dr̄. Scđo fit ſpūalr̄ familiaris dño: vt in ſequēti capitulo ſubdit̄. Tertio fit ei dñice reſurrectionis p̄ria apparitio ꝓut infra de reſurrectione dñi narrat̄. Et accūbentes ſimul cū dño (dicebāt in tra ſe) in corde ſuo. (Quis eſt hic q̄ et pctā dimittit?) Hoc dicebant: q̄ hūanitatē exteri⁹ apparentē que nō pōt pctā dimittere tm̄ videbāt. Sed dñs cogitatiōes eoꝝ puipendens dixit ad mulierē. (Fides tua) . i. a deo tibi infuſa (te ſaluā fecit) q̄ iſta fides charitate formata fuit ⁊ iō habentē dignū vita eterna fecit. ſm Grego. Fides ea ſaluā fecit q̄ hoc qḋ petijt poſſe accipere non dubitauit. Spē em̄ iam ab illo acceperat a quo ſalutē q̄rebat. (Uade i pace) . i. quiete et ceſſatione a vitijs nō diſcordādo a grā tui amoris. In pace ire precipitur vt in veritatis itinere pſeueret. ⁊ ab eo in via ſcandali vlterius non declinet. vñ Theophi. Poſtq̄ autem ei peccata dimiſit non ſiſtit in remiſſione peccati: ſed adūcit operationem boni. Unde ſubditur. (Uade in pace) . i. in iuſtitia. Nam iniuſtitia eſt pax hoīs ad deū: ſicut pctm̄ eſt inimicitia inter deum et hominem. q. d. Operare omnia que ad pacē dei te ducunt. hec Theophilus. In hoc ergo q̄ dicitur (vade in pace) notatur qḋ ipſa fuit ſolicite p bona opera: et quia ipſa habuit pacem in conſcientia. O verbum delectabile et ſuaue q̄ libenter id magdalena audiuit: et q̄ iocunde receſſit: ⁊ pfecte ad deū cōuerſa deinceps honeſte et ſancte vixit: ac domino Jeſu et matri eius perſeueranter adheſit. Et bene ait: in pace poſt remiſſionē peccatorum: quod iuſtificatis eſt pax cum cōſcientia non remordet: ſed nō eſt pax impijs ⁊ exiſtētib⁹ in pctīs. Hic habes a parte q̄ charitas reformat pacē iter deū ⁊ pctōrē. vñ et btūs Petr⁹ dicit q̄ charitas operit multitudinē peccatorū. Sine qua profecto ipoſſibile ē placere deo: cū q̄ ſine dubio pla

Marginal notes (left): Hoſpitalita ⁊ tis iccōditiones. — F Perfectio triplex Magdalene. — Chriſ. — Math. xxi. — Grego. Dilectio eſt ignis ⁊ rubiginē peccatorū. — Augu. Debemus q̄ cōmiſimus. — Berñ. — Ps. xcij. Miſti.

Marginal notes (right): Pctōr non eſt ſoluendo. — G Munera in Magdalenā collata — Fides Magdalene Grego. — Theo. — Juſtitia eſt pax ⁊c. — Charitas pacificat.

et quicūq; ꝛ iō hāc ꝓcipue debem⁹ deo re-
ferre. vñ Amb. Qm̄ nihil ē qđ digne referre
deo poſſum⁹. qđ eī̄ referamus pro ſuſcepte
carnis iniuria? Quid ꝑ verberib⁹? Quid ꝑ
cruce obitu ſepultura? Ve mihi ſi non dile-
xero. Audeo dicere nō reddidit petrus et iō
plus dilexit. Nō reddidit paulus. Reddidit
quidem mortē ꝑ morte:ſ3 alia nō reddidit
q₃ multū debebat:reddam⁹ l3 crucē ꝑ cru-
ce:fun⁹ ꝑ funere:nūqđ reddim⁹ q₃ ex ipſo:
ꝛ ꝑ ipm̄:ꝛ in ipo habem⁹ oīa? reddam⁹ ergo
amorē ꝑ debito:charitatē ꝑ munere:gratiā
pro ſanguinis precio. Pl⁹ eī̄ diligit cui do-
natur ampli⁹. hec Ambr. Nemo ḡ deſperet
nemo de dei mīa diffidat. Clemens eſt dñs
qui ex corde cōuerſis tā facile miſeret. Vñ
ſi quid confeſſio et lachrime poſſunt:videre
vis:vide qđ fides et dilectio operat. Paruo
tpis ſpacio iuſtificata ē mlr̄ ꝛ ab oī pctō
mūdata que vniuerſis vitiis plena:et tam
peccatrix fuerat:vt eā phariſe⁹ videre dedi
gnaretur. Hāc igit imitās pctōr pctā nunc
defleat:vt ei⁹ lachrymas qñq; deus abſter-
gat. Naȝ vt ait Bern. Felices lachryme q̄s
benigna man⁹ conditoris abſterget:ꝛ beati
oculi qui in talibus liqueferi flectibus po
tius elegerūt ꝙ eleuari in ſuperbia ꝙ omne
ſublime videre:ꝙ auaricie petulātie famu-
lari. vnde et Chriſo. Sicut autē vbi vehe-
mēs imber prorūpit fit ſerenitas ſic lachry-
mis effuſis apparet tranquillitas:et parit
caligo reatum. Et ſicut ꝑ aquaȝ ꝛ ſpm̄ pur
gamur:ſic ꝑ lachrymas ꝛ ꝯfeſſioneȝ denuo
mūdamur. vbi Anſel. Iā nūc ingredere do-
mū pharisei:recūbētē ibi dñm tuū attende
accede cuȝ benigniſſima peccatrice ad pe-
des eius:laua lachrymis:terge capillis:de
mulce oſculis:foue vnguētis. Nōne iam ſa
cro liquoris illi⁹ odore ꝑfunderis. Si tibi
adhuc ſuos negat pedes:inſta:ora:et graui
dos lachrymis oculos attolle:tuiſq; ſuſpi-
riis inenarrabilibuſq; gemitibus extorque
quod petis luctare cū eo:ſicut iacob vt ipſe
ſe gaudeat ſuperari. Videbitur tibi aliqñ
ꝙ auertat oculos:ꝙ aures claudat:ꝙ deſi-
deratos pedes abſcondit. Tu nihilominus
inſta oportune importuneq; clama vſq;quo
clamabo et nō exaudies. Redde mihi Jeſu
bone leticiam ſalutaris tui:quia tibi dixit
cor meum:queſiui faciē tuā:faciē tuā requi
ram. Hec anſel. Null⁹ ergo pctōr dȝ de cle-
mētia dei deſperare:q₃ preſto eſt cūctis de-
bita relaxare:et penitentes ad regnum celo
rum reuocare. Iſtud de⁹ ꝑ manaſſem regē
iſrael olim ꝑfigurauit quē ꝓpter pniaȝ ad
gratiam reuocauit. Manaſſes infinitis deū
offenderat. Eſaiam qui eū de pctīs ſuis re-
darguit: ſerra lignea per medium deſecari
fecit:et tot ꝓphetas ipſum arguētes truci-
dauit ꝙ plateas hierl'm ſanguine ꝓpheta-
rum purpurauit. Tandē ab hoſtib⁹ eſt ca-
ptus:et in exiliū deduct⁹: carceri deputat⁹
vbi cepit penitere et ex corde ſcelera ſua de-
flere. Et cum lachrymis orauit dñm dicēs.
Peccaui dñe ſup numerū arene maris ꝛ iā — In oro
nō ſum dign⁹ videre celi altitudinē propter — ne ei⁹ l
iniquitatū mearū multitudinē. Miſertus — fine ſe-
dñs pniam ei⁹ acceptauit. Nam de captiui- — cūdi pa
tate eum liberauit:et in regnū ſuū in hieru — ralip.
ſalem reuocauit. Per hūc pctōr deſignat q̄
prophetas dñi ipſuȝ arguentes cruciat qñ
predicatores et doctores audire recuſat. Et
q̄diu talis ꝑſeuerat in pctō mortali tādiu
eſt in captiuitate diaboli. Si auteȝ ex corde
egerit pniam:de⁹ parat⁹ eſt eū ſuſcipere ad
gratiā. Hoc idem prefiguratuȝ fuit in rege — ii. Reg.
dauid qui adulterium et homicidium ꝑpe — xi.
trauit. Cūq; redargut⁹ a nathā peccaui di — ii. reg.
ceret:ſtatim nathā rñdit domin⁹ tranſtulit — xii.
pctm̄ tuū id eſt dimiſit. O ꝙ magna eſt pie-
tas dñi ꝛ ꝙ ineffabilis qui nullū penitentē
deſpicit cuiuſcūq; conditionis. Nō ergo ꝓ-
pter immanitatem peccatorū noſtroruȝ de-
ſperem⁹:q₃ diuerſos teſtes diuine mīe habe
mus:neq; vltra peccatis ſeruiamus:q₃ ma
gnam dignitatem amittūt miſeri homines
ſeruiendo peccatis quodam modo carnis
voluptates et cōcupiſcētias:quidā aſpirā-
do ad honores et excellentias:quidā perti-
naci ſtudio querentes mundi facultates ꝛ
diuitias. Et q₃ pauci ſunt hodie q̄ iſtum tri
nariū nephandū nō ſequantur certe miſeri
merito dicūtur:q₃ illis rebus q̄ eis deberēt
ſeruire et obſequi ſeruiunt et obſequūtur.
Tales procul dubio ſe viles oſtendunt non — R
nobiles:nō dños:ſed potius gariones ꝛ ſer — Dioge-
uos. Exēplū de diogene de quo legit ꝙ cuȝ — nes in
quadā vice ratiōe ſue eminentie ſcientie ꝛ — dolio
ſapientie imperator eum viſitaret:philoſo- — iacēs et
phus ei aſſurgere noluit quod videns im- — alexan-
perator iracūdia mot⁹ retroceſſit:venerū q; — der ma
ſerui eius et dixerunt ad eū. Domine qua- — gnus.
re ſic agere voluiſti? Non modicum te impe-
rator honorabat:quia te pauperem talis ac
tantus viſitabat:tu vero econuerſo ipſum
inhonoraſti:q₃ et aſſurgere noluiſti. Qui-
bus reſpondit. Non decet dignitatem meā
vt ſeruo ſerui mei reuerentiam faciam.
Seruit iſte ſeruo meo ſcilicet mundo qui
mihi ſeruit:eo factus eſt vt mihi ſeruiat.
Igitur non decuit me ſignum alicuius re-
uerentie ſibi exhibere. Bene dominabatur — Mūd⁹
iſti mundo et imperabat bene nature ſue — nobis
dignitatem et preſidentiam obſeruabat. — ſeruire
¶ Oratio. — debet.

O Jeſu bone ſpes penitētium qui
marie peccatrici ad tuos pedes
flēti:ꝛ eos lachrymꝫ rigāti:capil
lis tergēti:labiis oſculāti:pieta
tis ſignū aperiēs peccatorū ve-

niam tribuiſti: ne deſpicias ieſu miſericors me peccatorem: ad clementie tue veſtigia prouolutū: rigantem lachrymis intime cōpunctionis: oſculantem labijs deuote orationis: et fac me audire vocē tuā pietate et clementia: ſuauitate ⁊ mia plenā quā audire meruit: et ipſa vt dimittat̄ mihi peccata mea: multa per tuam gratiā et ipſius merita. Amen.

¶ De miniſterio Marthe: et ocio Magdalene. Capi.lxi.



A Luc.x. Et poſt hec quadā vice (itrauit ieſus in q̄ddā caſtellū: .ſ. bethaniā que interp̄tat̄ domus obediētie per qd̄ ſignatū eſt ꝙ libenter intrat dn̄s domū cōſciētie vbi ei obeditur deuote. Et venit ad domū marthe ⁊ marie. ad illam eni͞ domum freqūeter diuertebat: ⁊ ſecure ꝑpter ſpecialē ibi habitātiū amicitiaȝ et deuotionē. Sȝ marthe dom⁹ hic appellat̄ cū dr̄ (⁊ mulier q̄dā martha noīe excepit illū in domū ſuā) q2 maior natu erat et curā dom⁹ habebat. At ille ſorores toto affectu Jeſum diligentes reuerēter et alacriter eū ſuſceperunt de tanti hoſpitis aduētu gaudentes. Et martha quidem ſe incontinenti ad refectionē dn̄o ⁊ diſcipulis ſuis procurādam parauit et in miniſterio laborauit vt eis conuenienter ꝓuideret: maria vero ad pedes dn̄i ſe poſuit vt diligentiā: aſſiduitatem: ſolertiā erga auditionē oſtenderet: et multam reuerentiam quam ad dn̄m habebat. Jlla ſtabat et ſatagebat vt paſceret dominum cibo vtiq3 corporali: hec ſedebat et audiebat vt paſceretur a dn̄o ſuo cibo ſpirituali. Sane q̄to melior eſt anima corpore: tanto dulcior eſt cibus ſpiritualis in mente q̄ carnalis in ventre. Ut autē dicit Augu. Quāto humilis ſedebat tanto ampli⁹ capiebat. confluit enim aqua ad humilitatem: conuallis denatat de tumorib⁹ collis et cū dn̄s more ſuo nolēs ſtare ocioſus verba vite loquereť eterne ꝑ hoc dās exēplum diſcipulis vt cū recipiunť in domibus ſuſcipiētes repleant ſacris doctrinis. maria oculis et auribus in eū intēta ſpecioſiſſimā faciem eius cōtēplabat̄ ⁊ in ei⁹ ſuaui ſermone reficiebat̄ et vltra q̄ dici poſſit i aſpectu et verbis eius iocūdabat̄: nec quicq̄ aliud cogitabat: ſed tm̄ dulcedini verbi diuini et operib⁹ vite ꝯtēplatiue intēta erat et de illa menſa domini opulenta micas de ꝟbo dn̄i colligebat. Martha ꝟo i opib⁹ vite actiue occupata ſtetit: et ſubſtitit q̄ſi fatigata ⁊ feſſa labore miniſterij ceſſans aliquātulum ⁊

Martha magdalena.

Augu. Hūilitas magdalene.

moleſte ferens ꝙ ipſa ſola i neceſſitatibus dom⁹ laboraret ſoror ꝟo ei⁹ ocio et quieti vacaret ⁊ dn̄o hoc ꝑmittēte ꝯquerēs poſtulauit ab eo vt ad laborandū ſecū in miniſterio et iuuandum illā cōpelleret: ſed cōtrariā ſniam reportauit. Maria autē marthaȝ adiuuat cōſilijs opa eius dirigēdo: ⁊ ſuffragijs pro ipſa orando. Ecce ꝙ ſorores iſte nec ſeruum nec ancillā habebāt qui eis ſeruirent: nec dn̄s coquū vel oſtiarium q̄ ei⁹ commodo ꝓuideret. ex quo habes argumentū contra ſuperbiā preſertim p̄latoꝝ. Martha de ſorore cōquerēs ex illorū ꝑſona loq̄tur qui adhuc diuine contemplatiōis ignari ſolū quod didicerunt fraterne dilectionis opus deo placitum ducūt ideoq3 cūctos q̄ chriſto per contemplationeȝ deuoti eſſe volūt: huic mancipādos autumāt. Hanc ignarorū obiectionē ſoluit Hiero. in epiſtola in qua inuitat nobilē et diuitem matronaȝ ad heremū dicēs. Qn̄ finē habebit iſta ſeruit⁹ imperfecta? Nūquid nō h3 dn̄s vn̄ alet pauperes niſi per te? Jnuenitur aūt maria accuſata tripliciť. ſ. a phariſeo de p̄ſumptione et temeritate: eo ꝙ peccatrix xp̄m recumbētem tetigit. A iuda de prodigalitate: eo qd̄ p̄cioſum vnguētū effudit: ac caput ⁊ pedes dn̄i vnxit. A ſorore de ocioſitate ſicut p3 hic ⁊ vbiq3 maria tā̄ patiēs tacuit ⁊ xp̄s ſemꝑ pro ipſa rn̄dit ⁊ eam excuſauit oſtēdēs phariſeo ꝙ factū marie nō erat p̄ſumptiōis: ſȝ deuotionis: oſtēdēs q̄q3 iude et alijs diſcipulis quod illa effuſio vnguēti nō erat ꝓdigalitatis ſed pietatis: oñdens etiaȝ ſorori ꝙ ſeſſio marie non erat ocioſa ſed melioribus actibus occupata. Maria aūt q̄ in verbis dn̄i q̄ſcebat: et mira ſuauitate tenebatur ad clamorē ſororis q̄ſi a ſomno euigilās de quiete ſua timuit: et facie inclinata i terra ſiluit: ac cauſam ſuā tā̄ ocioſa iudici cōmiſit non parās rn̄dēdi ſermonē ne remitteret vel interrūperet audiēdi intentioneȝ. Et dn̄s excuſando mariā dixit ad marthā (martha martha) repetitio noīs ſignū ē dilectionis vel monende itētiōis vt. ſ. audiret intēti⁹ (ſolicita es: ⁊ turbaris erga plīma) ac circa multa es occupata opa eī vite actiue ſolicitudinē ⁊ diſtractionē mētis idūcūt: ⁊ frequenter perturbationē igerūt. Si ergo vis cū letitia viuere noli multa agere: q2 in multis actiōib⁹ minor eris. (Porro vnū ē neceſſariū). ſ. deo iugiter ihērere. ſȝ illď. Unā petij a dn̄o hāc reqrā ⁊c. Ul (vnū). ſ. ipſe de⁹ q̄ vn⁹ eſt ꝑ oīb⁹ q̄rēd⁹ vel (vnū). i. vnitas mentis ad deū: q2 ꝑ vitā ꝯtēplatiuā mēs adheret deo q̄ eſt ſimpliciter vn⁹: ſicut econtra ꝑ vitā actiuā intendēdo creaturis que multe ſunt: aīa diuidit̄ et ꝑ multa diſtrahit̄. Et tñ multa ſunt neceſſaria tendētibus ad vnum qd̄ oīb⁹ eſt p̄ferēdū. (Maria optimam par‑

B Marthe et magdalene ſtatus.

Cōtra ſciolos et ignaros.

Hiero.

accuſatio magdalene triplex Defenſio ei⁹.

eccl. xi. ⁊. lxxviij. ps xxvi.

tigatus foret et afflict⁹. Non habebat cha-
ra ⁊ exquiſita cibaria: non vaſa diuerſa vel
p̄tioſa: nō p̄cioſa ⁊ delicata vina: ſꝫ habebat
aquā purā de ipo fonte vel riuo q̄ vineas
fecundat: ⁊ panē tanꝙ̄ paup ſedēs in terra
hūiliter comedebat: q̄ eſcam oī carni mini-
ſtrat. Cōpatere ſibi: q: vides eū fatigatum:
⁊ ſic humiliatū ac ſuſtentatione pot⁹ ⁊ cibi
corporalis indigētē: ⁊ ſicut ceteros de pplo
Augu. hic ptentē. vñ Augu. Eſuriuit qui pēs pa-
ſcit ſitiuit q̄ eſt fons ſitientiū: fatigatus eſt
ex itinere q̄ viā nobis fecit in celū. ¶ Oro.

Domine Jeſu xp̄e diues oim bo-
norum ⁊ largitor opulētiſſime:
da mihi fatigato in huius vite
itinere cibum ⁊ potū: vt reficiar
a te: fons vite et oim gratiarum
vberrime cor meum ab vbertate volupta-
tis tue inebria vt obliuiſcaſ oia iſta tranſi-
toria: panis viuus qui nūꝙ̄ deficis da mihi
hunc cibū ſpiritualem: vt tuā in oibus fa-
ciam voluntatē: mane apud me duos dies:
quatenus duo precepta charitatis: duorūqꝫ
teſtamentorum fidem me amare facias: et
obſeruare ac tertia die: ſcilicet glorie apud
te ſemper manere. Amen.

¶ De filio reguli ſanato. C.lxiiij.



Deinde poſt A Jo.iiij.
duos dies q̄b⁹ dñs Jeſus
māſit apud ſamaritanos
(exijt inde) .ſ. de ſamaria
cōfirmatis ſamaritanis i
fide (⁊ abijt in galileam)
vbi fuerat nutritus: p qđ
ſignificaſ ꝙ in fine ſeculi
cōfirmatis gētib⁹ in fide
⁊ veritate: reuerteſ ad iudeos conuerten-
dos (venitqꝫ iterū in chana galilee vbi) in
nuptijs (fecit aquā vinū) coram diſcipulis
ſuis. (Et erat quidā regulus cuius fili⁹ in-
firmabaſ capharnaū. hic cū audiſſet Jeſū)
ad partes ſibi vicinas adueniſſe (abijt ad
eū) in chana vbi eū nouerat eſſe (et roga-
bat eū vt deſcenderet) .ſ. in capharnaū que
erat in baſſo reſpectu loci in quo Jeſus
erat (et ſanaret) p̄ntialiter (filium eius) quē
diligebat: quaſi non poſſet ſanare niſi pre- Theo.
ſens eſſet. ſm Theophi. Iſte regulus in-
terfuit miraculo facto in nuptijs: qñ xp̄s
aquam in vinum mutauit: q: tunc credidit:
ſed tñ xp̄i diuinitatē perfecte non cogno- Regu-lus q̄s.
uit. Dicit aūt regulus multipliciter. Uno
modo paruus rex qui paruo preeſt regno
⁊ hoc modo non accipiſ hic: q: tunc tēporis
non erat rex in iudea: romani eñ volentes
frangere iudeorꝫ ſuperbiā: abſtulerunt ab
eis regiā dignitatem. regnū iudee in qua-
tuor tetrarchias diuidētes ad precauendū Chriſ.
eorum rebellionē. Alio modo ſm Chriſo.
dicitur regulus aliquis de ſtirpe regia ſeu
generis exiſtens regalis: nec hoc modo ac-
cipitur hic. Tertio modo dicitur aliquis re
gulus regum officialis: et iſto modo accipi-
tur hic: quia erat officialis imperatoris de-
putatus ad cuſtodiam galilee: propter qđ
manebat in capharnaum que erat metro-
polis illius terre: vel forte aliquis de fa-
milia herodis tetrarche pollens aliqua

principat⁹ dignitate. Regulus iſte auditis miraculis xp̄i ſperauit ab eo ipetrare ſanitatem filij ſui ⁊ credidit ipm̄ poſſe ſanare filiū ſuum a quo ſalutem queſiuit: ſed in fide dubitauit in hoc ꝙ preſentiā eius requirēs: nō niſi preſentia corporali et tactu cū poſſe ſanare putauit. non enim vbiqꝫ preſentē eum eſſe credidit: ſicut centurio qui ait. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meū ſed tantuꝫ dic vbo ⁊ ſanabitur puer meus. Agnoſcens itaqꝫ dominus cor diffidētis arguit hominē in fide tepidum dicens. (Niſi ſigna) .ſ. opa ⁊ pdigia) .ſ. ſigna magna que ſunt ſine exemplo eo ꝙ ſimilia eis nō ſunt viſa vel audita: ⁊ ideo procul a digito: id eſt a ſimilium demonſtratiōe dicta (videritis) ſicut increduli (non creditis) nā ſigna dantur infidelibus ad confirmationem doctrine: et non fidelibus qui aſſentiunt ſcripture. Non reprehendit eum de petitione ſalutis filij ſui: ſed de defectu fidei. Verūtamen quia ex deuotione repetit petitionē dicēs. (Domine deſcende priuſꝗ̄ moriatur filius meus) ideo exauditur a domino. Jeſus tamen ibidem remanēs: ⁊ propter ſemiplenaꝫ fidem eius ſe non deeſſe: ſed vbiqꝫ: ſicut deū preſentialiter eſſe indicans ſolo iuſſu ⁊ verbo filium abſens ſanat: vt pater ampli⁹ credat dicens. (Vade) non enim voluit ieſus ire corporaliter vt amoueret ab eo falſā eſtimationem qua putabat ipſum poſſe ſanare tantum per preſentiam corporalē (filius tuus viuit) id eſt reſtitutus eſt perfecte ſanitati de ianua mortis cui appropinquauit: quia mori incipiebat. (Credidit homo ſermoni ieſu) q: fides requiritur ad obtinēdū dei beneficium: et ibat ſine corporali preſentia xp̄i credens: q: vbiqꝫ eſſet virtus ei⁹ ad curandū. Jam incipit credere quia ſermone ſanat et ita euꝫ deū eſſe et preſentē vbiqꝫ exiſtere quod nō ſupra credebat. Ad informationē ergo noſtraꝫ ceſſit dn̄s ſuperbo regulo ne iret cū eo ad filium ſuū cōceſſit humili centurioni vt iret ad eius ſeruum. vn̄ Greg. Quid eſt ꝙ regulus rogat vt ad eius filiuꝫ veniat ⁊ tn̄ corporaliter ire recuſat ad ſeruum vero centurionis non inuitatur: et tn̄ ſe corporaliter ire pollicetur. Reguli filio per corporalem preſentiā non dignat̄ adeſſe centurionis ſeruo non dedignatur occurrere. Quid eſt hoc niſi ꝙ ſuperbia noſtra retūditur qui in hoībus nō naturā quo ad imaginē dei facti ſunt: ſed honores et diuitias veneramur. Cūqꝫ pēſam⁹ ꝗ̄ circa eos ſunt profecto interiora minime prouidem⁹. Dū ea conſideramus que in corporibus deſpecta ſunt negligimus penſare qđ ſunt. Redēptor vero noſter vt oſtenderet: q: ꝗ̄ alta ſunt hominū ſanctis deſpicienda ſunt: ⁊ ꝗ̄ deſpecta ſunt hoī deſpicienda non ſunt ad filiū reguli ire noluit ad ſeruū centurionis ire paratus fuit. Increpata eſt ergo ſupbia nr̄a ꝗ̄ neſcit pēſare hoīes ꝓpter hoīes. hec Greg. Nō ergo cōſideremꝰ aut pēſem⁹ ꝗ̄ circa homines ſunt: ſed quid ſunt. Multi eñ negligētes qđ ſunt ſoliciti gloriā aliunde ſibi ꝗ̄runt. vn̄ Chriſ. Nabuchodonoſor itaqꝫ plurimi nunc inueniunt̄ imitari. Ut eñ ille tūc de imagine: ſic mō alij de veſte precioſa: de eqs vel curribus: de āplitudine domorū: de pulchritudine colūnarū ⁊ picturis parietū opinant̄ eſſe meliores. Q: eñ qđ erant homines perdiderunt: ſolicite huc illucqꝫ circūeunt aliunde ſibi gloriā colligētes omni ſane irriſione pleniſſimā. hec Chri. (Credidit ergo regul⁹ ſermoni ieſu) non tñ integre neqꝫ ſane qđ oſtēdit̄ ex hoc qđ ſequit̄. Naꝫ eo deſcēdēte de chana galilee i capharnaū ꝗ̄ magis eſt i valle cū ſerui ſibi occurrerēt ⁊ congaudēdo filiū ſuū ſanatum renūciarēt (interrogabat horā ab eis in qua meli⁹ habuerat) Quod fecit ad certificationē miraculi reſpectu ſui. volebat eñ ſcire vtrū caſu hoc factū eſſet vel ex p̄cepto chriſti. (Et dixerunt ei q: heri hora ſeptima reliquit eū febris.) Ubi Chriſo. Vide qualiter miraculū manifeſtū eſt non enim ſimplr̄ neqꝫ vt contingit a periculo erutus eſt: ſed repēte ⁊ ſimul vt appareat nō eſſe ex nature cōſequētia qđ fiebat: ſed actiōe xp̄i. Vn̄ ſequit̄. (Cognouit ergo pater q: illa hora erat i ꝗ̄ dixit ei ieſus) autor ſalutis (filius tuus viuit) et quod in hora verbi dominici ſanat⁹ eſſet (⁊ credidit ipſe ⁊ dom⁹) .i. familia (eius tota) ⁊ hec eſt cōcluſio intēta. Ad hoc eñ factū eſt iſtud miraculum vt regulus cū familia ſua crederet in xp̄m: et ex tūc pfect⁹ in fide fuit quia perfecte credidit. vnde ſecundum Auguſtinum et Bedam datur omnibus intelligi et in fide gradus eſſe ſicut et etiam in alijs virtutib⁹ ſcꝫ initiū: incremētū: ⁊ perfectionē. Hui⁹ ergo reguli fides initiū habuit quando dn̄m rogauit vt deſcenderet et filiū ſuum ſanaret: tunc enim et credidit et dubitauit. Credidit quidem vt filium ſuum ſanare poſſet: ſed non credidit quod eum ſanare poſſet niſi et corpe preſens eſſet. Deinde fides eius accepit incrementum: qn̄ ſcꝫ credidit ſermoni domini dicentis: vade fili⁹ tuus viuit. Sed perfectionem obtinuit: quando ſcilicet ſerui ſanitatem filij nunciauerunt: et tunc perfecte credidit et domus eius tota. ſecundum illud Luc. Hodie huic domui ſalus a deo pfecta eſt. Jam ergo hic regulus euangeliſta efficitur dum ad fidē ſuſceptā alios inducebat. Et ideo ſignanter qui prius regulus in euangelio eſt vocat⁹ poſtea creſcēte fide hō eſt dictus: et cōſeq̄nter propter perfectam fidē pater eſt appellatus. Jtē notandū ꝙ tribus vicibus in hoc

Chriſo.
Ne te ꝗ̄ ſiueris extra.
Chriſo.
Miracul finꝫ
Augu.
Beda.
Grad⁹ i fide.
Lu. xix.
regul⁹
Homo.
Pater.

euãgelio de vita filij iſti⁹ reguli habet oſtēſio. Primo per dominum qui dixit (fili⁹ tu⁹ viuit) ſecundo per ſeruos qui nunciauerūt dicētes ꝙ fili⁹ eius viueret: tertio pr̄ hoc cognouit (qꝛ illa hora) .i. ſeptia ſanatus eſſet: et hoc ad denotādū ꝙ triplex eſt vita triplici morti oppoſita.

Mors vita triplex.

Prīa nature q̄ hꝫ oppoſitam mortem nature: ſecūda gratie cui opponitur mors culpe: tertia glorie cui opponitur mors gehenne.

Miſtice.

¶ Miſtice iſte filius reguli ſignificat humanū genus: filiū reguli ꝓpagatum de adā qui de rege factus eſt regul⁹ qn̄ ꝑdita charitate fact⁹ eſt mal⁹. Hic filius reguli febre laborabat qn̄ per diuerſa vitia genus hūanū eſtuabat: cui⁹ ſalus inter chana ꝛ capharnaū ꝯpletur ad dādū intelligere ꝙ de zelo miſericordie diuine: qꝛ chana zel⁹ interptat̄ ꝓceſſit ſalus in hoīe qui erat in capharnaū: hoc eſt comeſſationib⁹ et ebrietatib⁹ deditus: qꝛ capharnaum interpretata pinguedo dr̄.

D Illuſtrationes ſolis iuſticie.

Hore autē ſeptē ſunt ſeptē illuſtrationes ſolis iuſticie q̄ eſt chriſtus ſcꝫ ſanctificatiōis nature in incarnatiōe viſitationis hoim in natiuitatis humilitate et cōdēnatiōis cōcupiſcētie: in circunciſione regenerationis nr̄e: in baptiſmo ſanctificationis pro nobis: in ieiunio eruditionis noſtre: in predicatiōe ꝛ miraculis et redemptionis noſtre: in paſſiōe qn̄ hora ſeptima ſol declinauit et infirmitas ſanata fuit: et hoc ſignificabat in libro Reg. vbi dr̄

iiij. Re. v.

Uade lauare ſepties in iordane ꝛc. iordanis enim humilis decurſus interptatur et ſignificat ꝑ ſeptē horas deſcendētē ad nos dn̄m in cui⁹ grā lauamur ad ſanitatē. Uel hore ſeptē ſunt ſeptē recordatiōes ſolis iuſticie: qꝛ in nocte in matutinis recolimus dn̄i captiuitatē: in prīa illuſionem: in tertia ꝓductionem ad iudiciū: in ſexta ſententiam in nona mortem: in veſpera ſepulturaꝫ: in completorio poſitionem cuſtodum circa ſepulchrū. his eīn horis ꝑducimur ad vitam et ſalutē: vn̄ in pſal. Septies ī die laudē dixi tibi ſuꝑ iudicia iuſticie tue.

Pſal. cxviij.

¶ Myſtice ēt iſte cuius filius infirmabatur nō rex ſed regulus appellatur: nā ſicut in Prouerb. dicit rex q̄ ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. Qui ergo ſeipm̄ bn̄ diſponit regere ſedeat in ſolio iudicij diſcutiens omnia opera ſua: vt ſi quid intermiſceat diſcretionis intuitu illud diſſipet: qm̄ qui regnū ſuū bn̄ adminiſtrat merito rex dr̄. vnde

Sene. Impa re ſibi.

Sen̄. Uis habere magnū honorē dabo tibi imperiū impera tibi. Qui vo male regnum adminiſtrat nō rex: ſed regul⁹ dici dꝫ. Quilibet ita petōr pōt dici regul⁹ diminutiue: qꝛ defecit in ſuipſius regimine: ꝛ tūc ei⁹ fili⁹ infirmat̄ qn̄ rōnis ſenſibilis appetit⁹ contrariat̄ qui debet obedire rationi ſicut fili⁹ ſuo patri: ſꝫ cū hō per rationē xp̄m fideliter deprecat̄: tūc iſte fili⁹ ꝑ virtutē xp̄i ſanatur per quem ſenſibilis appetit⁹ ſub ordine rationis collocat̄. Ipſa ergo rō rex eſt ī regno que bene rex dicit̄: qꝛ totū corp⁹ hoīs ꝑ eaꝫ regit̄ ꝛ affectus hoīs ab ea dirigitur et īformat̄ necnō et filie ſcꝫ vires aīe eā ſequunt̄ Sed qn̄qꝫ dicitur regul⁹ qn̄ ſcꝫ diminuitur in cognitiōe ꝛ obſcura ſequit̄ inordinatas paſſiōes ꝛ nō reſiſtit eis: ꝛ iō fili⁹ ei⁹ .i. affect⁹ infirmat̄ .i. deuiat a bono ꝛ declinat ad malū. Si eīn rō fuiſſet rex .i. fortis filius ei⁹ nō infirmaret̄ ſed qꝛ regul⁹ eſt ideo fili⁹ ei⁹ infirmat̄. Serui rōnis ſunt opera hoīs: qꝛ homo eſt dn̄s actuum ſuorū ꝛ affectus partis ſenſitiue qꝛ obediūt rationi imperanti ꝛ dirigenti. Iſti autem ſerui annūciant ꝙ filius reguli .ſ. rationis viuit qn̄ relucet ī opere ꝙ vires inferiores obediunt rationi. Per horam autem ſeptimaꝫ in qua puer a febre dimittit̄ ſignant̄ .vij. dona ſpūſſancti ī quo oē pctm̄ dimittit̄ ꝛ vita ſpūalis ī aīa creatur ac tota et perfecta ſalus mentis et corporis cōſiſtit. Hore etiam .vij. quibus anima de peccato per penitentiam reſurgit poſſunt dici iſte. Una eſt in contritione: tres in cōfeſſione que eſt vera: ſimplex et integra: et tres in ſatiſfactione .ſ. ieiuniū: oratio: et eleemoſyna.

Hore. vij.

Iſte ſeptē hore ſignificant ī libro Regū. vbi dicitur ꝙ puer ab eliſeo reſuſcitat⁹ oſcitauit ſepties et rediūt ad vitam qꝛ iſtis vij. reſurgit a portis mortis ad vitā. vbi Theo.

iiij. Reguꝫ .iiij. Regul⁹ q̄libet.

Regulus eſt omnis hō nō ſolum quia regi vniuerſorū ꝓpinquus ſm̄ aīam exiſtit ſed qꝛ ipſe ſuꝑ oīa principatū ſumpſit cui⁹ fili⁹ iddeſt mens febricitat voluptatibus prauis et deſiderijs. Accedit autem ad ieſum ꝛ deprecat̄ vt deſcēdat .i. vt cōdeſcenſu mīe vtat̄ et peccatis parcat prius ꝙ̄ a voluptatū infirmitate mortificet. Sed dn̄s dicit vade id eſt profectum cōtinuū circa bonū oſtēdas: ꝛ tūc filius tu⁹ viuet. Si aūt ambulare ceſſaueris mortificabit̄ tibi intellect⁹ circa boni opationē. hec Theoph. Quotidie etiam regulus ꝓ filio infirmo ſanando ītercedit dū ꝓlat⁹ q̄ſqꝫ pro ſuo ſubdito varijs tentationibus deprauatur vt a dn̄o ſanet̄ ꝓces effundit. Infirm⁹ vero ſanat̄ dū ꝑ culpā deprauātus: ꝑ grām ad iuſticiā reuocat̄. Debemus ergo rogare deū vt a pctīs ſanemur qꝛ nullus per ſe pōt ad ſtatū redire iuſticie niſi a deo ſanet̄. In hoc autē ꝙ īfirmabat̄ capharnaū notant̄ tria q̄ ſūt cauſa ſpūalis infirmitatis. Capharnaū eīn interpretat̄ ager pinguedinis vel villa cōſolationis: erat etiam ciuitas magni honoris. Ex quibus habetur ꝙ̄ ſepe cauſa ſpiritualis īfirmitatis eſt abūdantia rei temporalis et nimia conſolatio mundana et nimia exaltatio terrena: qꝛ ꝓſpera plus nocēt hoī ꝙ̄ aduerſa.

E Proſperitas nocet. Boeti⁹.

Unde boetius. Plus hominib⁹ reor aduerſam ꝙ̄ pro

ſperā prodeſſe fortunā. Uñ ⁊ Sene. Tūc cōſilia ſalutaria aduoca cum tibi alludit vite pſperitas. Tūc te velut in lubrico ſuſtinebis ac ſiſtere nec dabis tibi impet⁹ liberos: ſ3 circūſpicies ꝙ eūdū ſit vel quouſqꝫ. h Sene. In h etiā ꝙ erat fili⁹ reguli daꝛ itelligi qđ nobilitas generis ſepe eſt cā infirmitatis ſpiritualis qꝛ nobiles ſepe efferuntur in ſupbiā: ſepe exercēt rapinā ſepe etiā immergunt ſe in lutū luxurie ⁊ laſciuiam. Cauendum ergo in pſperitate hui⁹ mūdi ne ſpiritualꝛ infirmemur: qꝛ tūc facili⁹ ⁊ frequēti⁹ ꝑ ꝑctm̄ arripimur. Uñ Chriſo. Quādo pſperitate pfruimur cū in malignitate viuamus tūc magis nobis eſt ac magis dolēdū. Nā ſemꝑ quidē nos oportet metuere peccantes: maxie aūt cū nihil triſte ꝑpetimur. Quādo enim per partes ab vnoquoqꝫ nr̄m penas exigit: leuiorē nobis ipſam animaduerſionē facit. Quādo vero patientius noſtra videt diſſimulare delicta ad maximā nos in talibus permanētes penā reſeruat. Sanaꝛ autē filius hora ſeptima in virtute verbi dei. hora enim ſeptima declinat ſol a meridie ⁊ vergit ad occaſum. Cū ergo vite noſtre videmus tranſiſſe meridiem et nos in declinatione poſitos: tēpus eſt vt in virtute diuine predicationis relinquat nos febris et ad dn̄m cōuertamur. ¶ Et notandū ꝙ bene per febrē ſignificatur peccator ⁊ febricitās poteſt intelligi peccator. Sicut em̄ febricitans nunc habet calorem nunc frigus ⁊ tremorē: ſic peccator habet modo cupiditatem ⁊ inordinatū amorem boni tranſitorij: et hic eſt calor anime: modo habet timorē qui eſt frigus eiuſdem anime. Unde dicit Aug. ꝙ oēs peccata due res faciūt in hoīe. ſ. timor: et cupiditas. Timor facit fugere oīa que ſunt carni moleſta cupiditas facit appetere oīa ꝙ ſunt carni ſuauia. Et ſm hec duo duplicē penā habebit pctōꝛ in inferno. ſ3 illud Job. Ad nimiū calorē trāſibit ab aquis nimium. Inter cetera etiam incōmoda que patitur febricitans eſt iſtud qđ habet palatū inordinatum: propter qđ dulcia videnꝛ ſibi amara ⁊ inſipida ⁊ econuerſo eodē modo peccator ſic habet inordinatū palatum ꝙ oīa ſpiritualia ſibi videnꝛ inſipida: dꝛ autem febris a feruore: et ideo omnis inordinata paſſio feruēs igne maligno febris eſt aīe. Sicut autē ſunt diuerſe ſpecies febrium: ſic etiam ſunt diuerſa genera peccatorū. Prima eſt effimera ꝙ dicꝛ ab effimero piſce marino: ꝙ eodem die quo naſcitur moritꝛ: ⁊ ſignificat motū inordinate paſſionis ⁊ ſpecialꝛ ſubitū ire motū: ꝙ debet finiri ante ſolis occaſu3: ſm illud apoſtoli. Sol nō occidat ſup iracūdiā veſtrā. Scđa febris eſt tertiana: ꝙ vno die interrumpiꝛ qua laborant illi qui cum peccauerint dolent de pctō: ⁊ ſic habēt vnū diem pnīe que eſt cōtritio: ſed ad ſecundū diem cōfeſſionis nō perueniūt: ⁊ ideo ſtatim in idē redeunt. Tertia febris eſt quartana: vbi duo dies abſqꝫ acceſſione ſunt. Quidā em̄ poſt acceſſionē peccati duos dies pnīe ſc3 cōtritionē et cōfeſſionē aſſumunt: ſed qꝛ iuſta ſacerdotis arbitriū ad diem tertiū ſcil3 ſatiſfactionis nō ꝑueniunt: ideo rurſus in pcti paſſionē incidūt. Quarta febris eſt ꝙtidiana: cor videlicet ꝙ abſqꝫ cōtritione aliqua frequētant mala qui ad literā oī die gule ſeruiunt aut mēdacijs ⁊ litibus ſeu iurgijs vacant. Sed hāc ſequiꝛ febris quinta. ſ. cōtinua: qꝛ frequētationē ſequiꝛ ꝯtinuitas: ⁊ hac febre maxime laborāt luxurioſi ⁊ inuidi ⁊ auari: ꝙ ꝓpter cōſuetudinē difficulter poſſunt curari. Ethica. Sexta febris eſt iam generate conſuetudinis: que per ethicā itelligiꝛ: ethica em̄ dicꝛ que in morem eſt deducta: ethis nāqꝫ mos appellaꝛ. hec autē febris radicatur in mēbris: ⁊ naturalē hūiditatē aſſumit et cōſumit ⁊ ſpecialiter ſignificat ſeculi triſticiā ꝙ oſſa exiccat: ⁊ mortē operaꝛ. vñ in prouer. Prouer. xvij. Spirit⁹ triſtis exiccat oſſa id eſt robur virtutū. Septima febris eſt acuta ꝙ eſt defenſio cōſuete iā nequitie cū quis iā nō erubeſcit nec timet nec paueſcit facere que cōſueuit. De ſalute talis valde timendum eſt: qꝛ in tali febre ſolent medici deſperare. (Hoc iterū ſcđm ſignū fecit Jeſus) i chana galilee: vbi primo mutauit aquā in vinū: ⁊ nunc ſcđo ſanauit reguli filiū. Quāuis em̄ filius reguli cū ſanaretur capharnaū fuerit. Jeſus tamē in chana hoc ſignū fecit: quia ibi corpaliter exiſtens ỽbo eū abſens ſanauit. Miſti. Myſtice aūt per duplicem dn̄i aduētum in chana ſignificaꝛ duplex affect⁹ verbi dei in mente. Primo em̄ letificat ⁊ ſignificatur in miraculo vini: qđ letificat cor hoīs: ſecūdo ſanat ⁊ h ſignificaꝛ in cura infirmi. Itē ꝑ h ſignificaꝛ duplex aduentus filij dei: ſc3 primus ꝙ fuit māſuetudinis ad letificandū: qꝛ in natiuitate ei⁹ angel⁹ nūciauit paſtorib⁹ ⁊ oī pplo magnū gaudiū: ⁊ hoc ſignificaꝛ ꝑ vinū: ſecūd⁹ aduēt⁹ ei⁹ in mūdū erit maieſtatis qn̄ veniet tollere ifirmitates ⁊ penalitates nr̄as ⁊ cōfigurare nos corpi claritat3 ſue ⁊ hoc ſignificaꝛ in cura infirmi. ¶ Orō.

DOmine ieſu xp̄e qui de iudea angelice cōfeſſionis ⁊ laudis in galileam rotā huius mundi aduenisti: qm̄ infirmus ſum tēporaliū rerū pulchritudine tētat⁹: ⁊ iđ incipio mori tentatiōe fatigat⁹ miſerere mei priuſqꝫ moriar morte culpe vel corpis aut gehēne ⁊ virtute verbi: humilitate cōfeſſionis: ieiunio: orōne: pietate ⁊ exēplo ꝑ grām tuā liberer a febre fomitis et egritudie peccati ⁊ nulli ſuccūbā iordinate paſſiōi. Amē.

℄ De quatuor parabolis dñi ad turbas ⁊ tribus ad diſcipulos habitis. Capitu. lxiij.

A Math. xiij. Lu. viij Mar. iiij.



Poſt hec dominus ieſus iuit ad mare piſcaturus hoĩes in terra exiſtentes: ⁊ pre turba ad eũ cõgregata aſcẽdẽs cũ diſcipulis in nauiculã et ſedẽs i ea docebat turbas ſimplices ⁊ deuotas i littore ſtãtes. vñ Chri. Aſcẽdit in nauẽ: vt poſt ſe nemĩnẽ dimitteret: ſʒ oẽs auditores añ faciẽ haberet: ⁊ vt audiret eũ pplˀs ⁊ videret ⁊ viſus delectaret auditũ et auditˀ viſum. vbi ⁊ Beda. Prefigurabat hec nauis eccleſiã in medio nationũ edificandã in qua dñs dilectã ibi cõſecrat manſionẽ. Et ꝓpoſuit dñs turbis quatuor parabolas diuerſas diuerſis cõditionibˀ hoĩm cõgruẽtes: vt pro varietate morborũ varia eſſet medicina: alij auſterioribˀ: alij lenibˀ delectant̃ cibis. vt eñ ait Hiero. Turba nõ vnius ſentẽtie eſt: ſed diuerſarũ in ſingulis volũtatũ: ⁊ ideo loquit̃ ad eã in multis parabolis: vt iuxta varias volũtates diuerſas reciperẽt diſciplinas: ⁊ quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficiẽs cibis: vt vnuſquiſq̨ ſm naturã ſtomachi ſui alimẽta varia ſuſciperet. Et ſciendũ ſm eundem Hiero. q̄ nõ oĩa locutˀ ſit eis in parabolis ſed multa. Si eñ dixiſſet cuncta in ꝑabolis abſq̨ emolumẽto ppl'i receſſiſſent: ꝑſpicua miſcet obſcuris: vt ꝑ ea q̄ intelligũt prouocent̃ ad eoꝝ notitiã q̄ nõ intelligũt. In his autẽ quatuor parabolis ⁊ alijs tribˀ conſequenter ſibi ſuccedẽtibˀ ponit̃ decurſus eccleſie a p̄dicatione xp̄i vſq̨ ad finẽ mundi. In pria parabola q̄ eſt de ſemine proiecto in terrã cuius quarta pars tñ fecit fructũ denotat̃ p̄dicatio xp̄i ⁊ aploꝝ q̄ predicauerunt iudeis indifferenter bonis et malis: et pauci cõparatiue crediderũt: ꝑ maiori autem ꝑte in infidelitate remãſerũt. ℄ Prima ergo eſt de ſemine et ṽbo dei qđ ipſe exiens a patre qñ de inuiſibilitate patris mũdo viſibilis apparuit ſeminauit in mundo et in quatuor locis cecidit. ſ. in terram tripliciter malã nec ferentẽ fructũ: ⁊ in terrã bonã facientẽ fructũ triplicẽ. Seminauit aũt plura genera ſeminũ. Primo ſeminauit legem naturalẽ in mente cuiuſlibet hoĩs ſicut eſt qđ tibi fieri non vis alijs ne feceris: ⁊ qđ tibi fieri vis alijs feceris. Itẽ ſeminauit per angelos reuelationes: per moyſen legem ſcriptam: ſcilicet precepta ⁊ prohibitiones: per prophetas promiſſiones et cõminationes: ſed nunc exijt ſeminare per ſeipſum legem euãgelicam oĩbus fidelibˀ. Non ceſſat etiã ſemper in noſtris animabus ſeminare nõ ſolũ cum docet: ſed etiã cum creat in eis ſemina bona virtutũ. ſ. donoꝝ. (Exijt) ergo dei filius de ſinu patris non ſm diuinitatẽ: quia ſic eſt vbiq̨: ſed ſm humanitatẽ ⁊ carnis aſſumptionẽ. vñ Chri. Exijt aũt q̄ vbiq̨ eſt nõ localiter: ſed incarnatiõe ⁊ ꝑ amictũ carnis ꝓpinquior nobis factus. (Exijt) inq̄ꝑ (q̄ ſeminat). i. qui hʒ officiũ: ſcientiã ⁊ gratiã ſeminandi (ſeminare ſemẽ ſuũ). i. doctrine verbũ. Seminator ĝ ꝓprie xp̄s eſt predicator: eñ potiˀ eſt cophinus ſeminatoris q̄ꝑ ſeminator. (Et dum ſeminat). i. doctrinã indifferẽter ſpargit (aliud cecidit ſecˀ viã). i. ſuper cor deuiũ: ꝑ errores vagũ: ꝑ laſciuias attritũ: ꝑ carnales affectiões ac ſuggeſtionibus demonũ ⁊ varijs tẽtationibˀ vitioꝝ ad modũ vie expoſitũ ꝑ carnis cõcupiſcentias ⁊ horum oĩm ſeculo tranſitu ⁊ frequẽti meatu ſemẽ verbi conculcat̃ ne germinare poſſit (et volucres celi). ſ. aerei. i. demones qui volucres celi dicunt̃: ſiue propter aeris inhabitationẽ: q2 ꝑ aera diſcurrũt: ſiue propter naturã celeſtẽ: q2 celeſtis ſiue ſpũalis nature ſunt: ſiue ꝓpter velocitatẽ ad malũ: q2 ad hoc ſemꝑ intẽdunt (comederũt illud) id eſt ſua ſuggeſtione rapuerũt et fructum impedierunt: ⁊ ſic tollunt verbũ ⁊ memoriã verbi de corde. vt nec memoria nec mens teneat qđ opere exercere neglexit: vt impedito verbo impediat̃ fides: nec credẽtes ſalui fiãt: q2 fides ex auditu ẽ. Hi ſunt q̄ audiũt: ſʒ i ṽbi ṽtute nõ afficiunt̃. Vñ neq̨ naſcit̃: q2 diabolus de corde eoꝝ tollit verba: q̄ dei mente retinẽda ſunt: ⁊ ſicut ſemẽ ſub terra: ita ṽbũ dei in memoria dʒ occultari vt fructificet: q2 ſm Greg. ſicut de eius vita deſperat̃ q̄ languẽte ſtomacho alimẽta non retinet: ſic eterne mortis periculũ formidare dʒ q̄ verba vite. i. alimẽta iuſticie in memoria nõ tenet. (Aliud cecidit ſupra petrã). i. ſupra cor petroſum ⁊ durũ ac rebelle et proteruũ per ſupbiã (⁊ natũ) ſtatim ſole ⁊ feruore tentationis orto (aruit) et vigorẽ fidei perdidit (q2 nõ habebat ꝓfunditatẽ terre). i. ſtabilitatẽ patiẽtie (⁊ humorẽ) deuotiõis ⁊ gratie. Hi ſunt q̄ audiũt ⁊ aliquo mõ afficiunt̃: ſʒ nõ ꝓponũt facere qđ dʒ. vñ nõ radicatur in verbũ per bonũ propoſitũ. In cordibus eñ duris quãdoq̨ cito ad horam naſcitur germen compunctionis cum verbum cõminationis audiunt ⁊ ſtatim feruore perſecutionis vel cuiuſlibet tribulationis et tentationis areſcit cũ per impatiẽtiã deſolant̃ ⁊ deficiũt: q2 verbũ p̄dicatiõis ſine humore gratie ⁊ amore virtutis nõ proficit. Et hi radices nõ habent: ſcilicet profunde firmitatis ⁊ firmi deſiderij: ⁊ ideo ad tẽpus credunt ⁊ in

Margin notes: Chriſ. — Beda. Nauis eccl'ia ſignificans. — Hiero. Turbe varietas. — Parabolice q̄ã dñs ſaţat. — Parabola prima. B — Seminũ dei gña. — Chriſ. — Grego: Stomachˀ languens allegorice.

tempore tẽtationis recedũt:q͛ ꝟbũ prius receptũ renuũt.ꝛ ſicut arbor q̃ ſepe trãſplãtatur radices firas nõ habet:ſic hi frequẽter de bono in malũ mutant:ꝛ ideo in bono nõ radicant. Tentatione nẽpe ꝓbat ſi verbuꝫ dei radices fixerit: ſicut impetu ventorum apparet ſi arbor bñ radicata ſit:tales inſtabiles ſunt de familia regis Saul:qui inter prophetas erat ꝓpheta.ꝛ inter ſtultos ſtultus. (Aliud cecidit inter ſpinas.i.in corda diuitiarũ ambitione ſolicita ꝛ ſolicitudinibus earũ lacerata ac curis tp̄alibus nimis dedita ꝑ auaritiã (ꝛ ſimul exorte ſpine).i. multiplicate diuitie(ſuffocauerũt illud.).i. impediuerũt fructũ predicationis occupãdo mentẽ:vt in ea proficere non poſſit fructus ſpiritualis.Hi ſunt q̇ audiũt ꝛ afficiũtur ꝛ ꝓponũt bonũ facere: ſꝫ nõ ꝑficiũt: q͛ ſuffocat in eis bonũ ꝓpoſitũ p̄ualẽtib⁹ i eis curis ꝛ diuitijs ꝛ voluptatib⁹.Euntes eñi a loco p̄dicationis ad mũdana ſuffocãtur a ſolicitudinib⁹ q̃ importãt auarã acquiſitionẽ ꝛ diuitijs q̃ notant auarã cõſeruationeꝫ: ꝛ voluptatibus vite q̃ important laſciuam fruitionẽ: ꝛ fructũ nõ referunt:q͛ hec tria ſemẽ ſp̄ũale fructificare nõ ſinũt: ſicut ſpine ex cõdẽſatione ſemẽ immiſſum ſuffocãt ꝛ oriri nõ ꝑmittunt.Diuitie q̇ppe ꝛ honores:ſpine ſunt:q͛ ſicut ſpine ſuis punctionib⁹ corpus laniant ꝛ cruentãt ac turpe ꝛ fedũ in oculis hoim reddũt : ſicq͛ amor ꝛ ambitio diuitiarũ et honorũ cogitationũ ſuarũ punctionibus ac curis ꝛ ſolicitudinibus que ſunt ſpes acquirendi ac timor perdendi ꝛ ſolicitudo cõſeruãdi aiam lacerant ꝛ eum vſq͛ ad pctm̃ ꝑtrahũt quaſi inflicto vulnere cruentãt ac miſerã ꝛ infelicẽ corã oculis dei faciũt. Et tamẽ ſub his ſentib⁹ eſſe delitias multi reputãt:ꝛ qñ de ſp̄ũalib⁹ cogitare incipiũt ſtatim ſe tp̄alib⁹ immiſcẽt ac ſuffocati ꝛ emolliti rigore virtutũ amittũt. Sicut ouis conuerſans,inter ſpinas ſemper ibi de lana dimittit:ſic vacãs curis tp̄alib⁹ ꝛ mũdo multa bona ſp̄ũalia amittit.vñ Chriſo. Quẽadmodũ ſpina vndecunq͛ detineatur pungit eũ q̇ detinet:ita ꝛ ſclaria vndecũq͛ detineãt cõtriſtãt eũ q̇ cõſtringit ꝛ fouet. Sed non q̃ ſp̄ũalia talia:ſed margarite alicui aſſimilãtur vndecũq͛ circũuolueris delectãt oclos. hec Chriſ. Uel diuitie dicũtur ſpine: q͛ pũgũt aiam in mundo ꝛ iudicio ꝛ inferno. In mũdo triplex eſt pũctura.ſ.laboris in acq̄ſitione:timoris in poſſeſſiõe:ꝛ doloris in amiſſiõe. In iudicio ẽt pũgũt mẽtẽ qñ dñs dicet auaris. Eſuriui ꝛ nõ dediſtis mihi manducare:ſitiui ꝛ nõ dediſtis mihi bibere ꝛc. Iſte pũcture erunt ita penoſe q̃ ipſi auari q̄ſi cupiant nõ eſſe:quia dicẽt mõtibus cadite ſuper nos : ꝛ collibus cooperite nos. In inferno etiã iſte ſpine pũgent aiaꝫ perpetuo cruciatu: q͛ ex eis parat ignis q̃ peccatrix aia cõburit. Et nota ordinẽ iſtorũ predictorum triũ ſeminũ nõ fructificãtiũ. Primũ nõ germinat:ſꝫ cõculcat ꝛ ab auib⁹ cõedit. Scdm germiat:ſꝫ nõ multũ erigit q͛ hũorẽ non hꝫ. Tertiũ ꝟo iã in ſtipitẽ eleuat:ſꝫ nõ fructificat:q͛ a ſpinis ſuffocat. (Aliud) ſcꝫ quartũ (cecidit in terrã bonã) q̃ eſt nigra per deſpectũ pinguis per affectũ:culta ꝑ virtuoſum exercitiũ: ꝛ ſic fecũda ꝑ fructũ.i.inter fidelẽ ꝛ deuotũ(ꝛ ortũ fecit fructũ) bonorũ operuꝫ vbi Beda. Terra aũt bona eſt electorũ conſciẽtia q̃ oib⁹ p̄dictis trib⁹ terris cõtraria facit q͛ ꝛ cõmẽdatũ ſibi ſemẽ ꝟbi libẽter excipit ꝛ exceptũ inter aduerſa ꝛ ꝓſpera cõſtanter ad fruct⁹ vſq͛ cõſeruat. hec Beda. (Aliud autẽ fecit fructũ centeſimũ: aliud ſexageſimum ꝛ aliud triceſimum.) Iſta vero triplex differẽtia fructuũ primo põt cõſiderari quãtum ad tres ſtatus fideliũ qui ſunt incipiẽtes: ꝓficiẽtes ꝛ perfecti. Incipiẽtes ſunt tanq̃ terra que profert fructũ triceſimuꝫ: quia ſufficit vt habeant fidẽ trinitatis cũ impletione decalogi. Proficiẽtes ſunt tãq̃ terra q̃ ꝓfert fructũ ſexageſimũ:q͛ nõ tantũ habẽt fidem trinitatis ꝛ ſeruãt decẽ precepta:etiã exhibẽt ſex opa miſericordie. Perfecti ſunt tanq̃ terra optima que profert fructum cẽteſimum. quia habent duplicẽ perfectionẽ ſeruantes veteris legis precepta ꝛ euangelij cõſilia. Iſte triplex gradus ſcilicet incipientium:proficientiũ ꝛ profectorũ tangitur infra in ſecunda parabola vbi dicitur. Ultro enim terra fructificat primo herbaꝫ deinde ſpicam : ꝛ deinde plenũ fructum in ſpica. Secundo poteſt conſiderari quantũ ad tres ſtatus ſaluandorũ:ſcilicet virgines viduas ꝛ ꝯiugatos. Aliud ergo fecit fructũ centeſimũ:ſed in virginib⁹.virgĩes enim nolunt multiplicari per opus carnale in alijs ſi per opus ſp̄ũale in ſeipſis : ꝛ iõ ſignificat per centenarium qui fit ex ductu denarij in ſeip̄m. Aliud aũt fecit ſexageſimũ:ſcilicet in viduis ꝛ cõtinentib⁹:ſexageſim⁹ eñi conſtat ex denario ducto per ſenariũ in quo ſignificatur decalog⁹ cũ ſenario operũ miſericordie. Aliud ꝟo fecit triceſimũ:ſcꝫ cõiugatis ꝓpter fidem trinitatis cũ obſeruantia decalogi. Ubi tanguntur tres gradus caſtitatis Primus eſt caſtitas cõiugalis per quẽ gradum vitatur illicitus ꝯcubitus:licito tamẽ concubitu retento in matrimoniali actu. Scđs gradus eſt caſtitas vidualis per quẽ euitatur de cetero ois cõcubit⁹ vt animus poſſit decetero liberi⁹ deo ſeruire licet poſſiit licite matrimonium cõtrahere. Tertius gradus eſt virginalis q̇ eſt ſuperior iſtis:ꝑ quẽ ois concubitus ſimpliciter euitatur:vt mens ipſa tanq̃ ſpõſo ſuo ſoli deo per amorem copuletur. vnde Theophi. Qui in cẽtũ

D S: minimum nõ fructificantiuꝫ ordo.

Beda: Terra bona.

Status tres fideliuꝫ.

Perfecti.

Status ſaluandorum iij.

Grad⁹ caſtitatis tres

Theo:

fructificāt ſunt qui pfectam habēt vitā vt ꝟgines ⁊ heremite. Qui autē l ſexaginta q̇ mediocriter ſe habēt vt cōtinētes ⁊ q̇ in cenobijs ſunt. Qui autē in triginta q̄ parui quidem ſunt ſm ꝓpriā virtutem fructū ferentes: vt laici et q̇ in cōiugio ſunt. Vñ et aug. Cētesimus fruct⁹ eſt martyrū ꝓpter ſanctitatē vite vel cōtēptum mortis: ſexagenari⁹ virginum propter ociū interius: q: non pugnat contra conſuetudinem carnis. Triceſimus ꝟo cōiugatorū: q: hec eſt etas prelianitiū ipſi em̄ acriorē habēt cōflictū ne libidinib⁹ ſuperenſ. Hec Aug. vel triceſimū fructū affert q̇ detrimentū in exteriorib⁹ bonis cōſtāter ſuſtinet: ſexageſimū qñ ſuſtinet detrimentum etiam proprij corporis p flagellationē ⁊ incarcerationē ⁊ cetera hmōi: centeſimū qñ cōtēnis etiā totā vitā per martyriū. vñ Chri. Terra bona ſunt q̇ abſtinēt ſe a malis ⁊ ſm vires ſuas faciūt bona. ⁊ ē iſte fruct⁹ eorū triceſim⁹. Si aūt ⁊ ola ſua contēnāt ⁊ accedant ad ſeruiēdū deo habēt ſexageſimum. Si autē ⁊ pceptū īperialis ſententie de morte eoꝝ pceſſerit hñt cēteſimū. Aut ſi bona eorū pcuſſa fuerint et filij habēt ſexageſimū: ſi aūt infirmitas aliq̄ corporis eis contingeret et fideliter ſuſtinuerint habēt cēteſimū. Nā iob añ tētationē triceſimū habuit in facultatibus ſuis iuſte viuēdo poſt dāna ſubſtantie et filiorū ſexageſimū. poſt plagā aūt corpis centeſimū fecit. Qui centeſimū hꝫ in ſe et ſexageſimū hꝫ et triceſimū. Econtra q̇ triceſimū hꝫ ⁊ ſexageſimū nō hꝫ: ⁊ qui ſexageſimū hꝫ nō etiā cēteſimū hꝫ. Semp em̄ mai⁹ qd̄ minus eſt in ſe hꝫ incluſum: illud aūt qd̄ min⁹ eſt mai⁹ in ſe nō hꝫ. hec Chri. Itē vt dicit Remig. ſemē verbi dei triceſimū fructum facit qñ bonā cogitationē gignit: ſexageſimū qñ bonā locutionem: centeſimum qñ ad fructum boni opis pducit. hi ergo per terrā bonam deſignati in corde bono qd̄ intendit verbū dei audire: ⁊ optio qd̄ intendit ſm hec operari audiētes verbū dei deuote retinēt fideliter in memoria et fructū afferūt in patientia. ſ. vſq; ad finē expectādo pmia. q: ſm Grego. dū equanimiter ꝓximorū mala tolerant et hūiliter flagella ſuſcipiunt poſtmodum ad requiē ſublimiter ſuſcipiuntur. Et aduerte ꝙ bona terra hꝫ cōditiōes penit⁹ oppoſitas alijs in quibus ſemē cecidit. Q: em̄ hi audiētes ꝟbū retinent: eſt cōtra eos q̇ ſunt ſecus viā ⁊ venit diabol⁹ et tollit ꝟbū de corde eorū ꝙ aūt fructū afferūt ſctārū. ſ. operationum eſt contra eos q̇ ſunt ſpine ſuffocantes dei ꝟbū. ꝙ vero hoc faciūt in patientia eſt cōtra eos q̇ ſupra petrā. q̇ ad tps credūt ⁊ in tpe tentationis recedunt. Terra ergo mala in loca ſec⁹ viā petroſa et ſpinoſa diſtinguitur: ſed terra bona nō ſubdiuiditur q: vna eſt eccleſia vna eſt colūba mea licet fruct⁹ et virtutes ei⁹ ſubdiuidanſ in centeſimū ſexageſimū ⁊ triceſimū: ita etiā et premia diuerſa ſunt: q: differt ſtella a ſtella in pmio ſicut ⁊ in merito de ſemine itaq; tres ptes ꝓhdolor pereūt ac vna tm̄ ſaluatur ⁊ ꝓficit ⁊ neq; hoc equaliter ſꝫ cū multa differentia. Quāuis em̄ ſemē diuini verbi de ſe ſit fecundū: fit tm̄ vt viſum eſt tripliciter infructuoſum. vñ Theo. vide quō mali ſunt plurimi et pauci ſaluantur. quarta em̄ ps ſeminis ſaluata inuenitꝰ. Ex quo ptꝫ ꝙ exēplo chriſti pdicator ꝟbi diuini non dꝫ ceſſare a predicatione: licet videat inde paucos ꝓficere q: faciēs qd̄ in ſe eſt meritū ſuū nō pdit. Vñ nota. ſm Theophi. ꝙ non dixit qd̄ ſeminās aliud ꝓiecit ſecus viā ⁊ cetera: ſed ꝙ ſemē cecidit. qui em̄ ſeminat docet rectuꝫ ſermonē: ſed ſermo diuerſimode cadit l audientes q: ſemē quodlibet recipiſ ſecūduꝫ modū et diſpoſitionem terre in qua ſeriſ q̇ ſi ſit fertilis et culta ꝓfert bonū fructum: ſi autē ſit ſterilis ⁊ inculta germinat ſpinas et tribulos vel etiā nullū fructū ita ꝙ ſcdm variā diſpoſitioneꝫ terre ſemē diuerſimode proficit ad fructum: ſic in nobis ſecundum variam diſpoſitionem cordis noſtri diuerſimode recipitur ſemen quod eſt chriſt⁹ ver⁹ agricola de celo nobis adduxit. Primū ergo debemus verbum dei cuꝫ deuotione audire ac cum gaudio et deſiderio ſuſcipere. Deinde intelligere ac inter proſpera ⁊ aduerſa vtiliter conſeruare et deniq; fructus facere vel centeſimum et ſexageſimum vel triceſimum. ¶ In ſecunda parabola q̇ eſt de zizania deſcribitur ſtatus eccleſie ſequēs immediate poſt mortem chriſti et apoſtolorum: quia diabolus fidei in cordib⁹ fideliū ſeminate inuidit: et ideo poſt xpi ⁊ aploruꝫ dormitionē p mortem aliquos inter fideles ad perfidiam hereſis cōmouit quaſi ſeminans zizaniam in medio tritici ad ipſi⁹ deſtructionem. Poteſt autē omnis immundicia l ſegete zizania dici: vt lolium ſterileſq; auene ⁊ hmōi. Sicut ergo zizania bono ſemini: ſic hereſis bonis ſcripturis superſeminaſ et eis ſe admiſcent. vnde Auguſt. neq; enim nate ſunt hereſes et quedam dogmata peruerſitatis illaqueantis animas et in profundum precipitantis niſi dum ſcripture intelliguntur non bene: et quod in eis non bene intelligitur etiam temere et audacter aſſeritur. Et notandum qd̄ chriſtus habet triplicem agrum ſuum proprium in quo ſeminat triplex ſemen bonum. Primus ager eſt mundus in quo Chriſtus ſeminauit ſemen verbi dei ſiue doctrinam veritatis. Secundus ager eſt et eccleſia catholica l qua chriſt⁹ ſeminauit fideles homines qui ſunt filij regni. i. ſancti electi viri qui

Margin notes: Augu. — E Chriſ. Terra bona. — Remi. — Grego. — Terra mala diſtinguitur. — Theo. — Theo. cecidit non factū eſt. ſemen. — F Parabola ſecunda. — zizania — Augu. — Ager xpi triplex.

inter filios regni cõputant. Terti⁹ ager eſt aīa ī qua xp̄s ſeminat duplex ſemē bonum. Primū ſemē eſt bona voluntas: ꝛ hoc ſemē dꝫ pferre fructū bone operationis. Scđm ſemē ē cognitio ſui mūdi ꝛ dei. Ex cognitione ſui quaſi ex quodā ſemine oꝛit doloꝛ. ſecundum illud Eccl'es. q̄ addit ſciētiā addit et doloꝛē. Ex cognitione mūdi oꝛit timoꝛ: qꝛ in medio laqueoꝝ hō ingredit. Ex cognitione dei oꝛitur amoꝛ: qꝛ ipſe eſt creatoꝛ: redemptoꝛ et glorificatoꝛ. Primū ergo ſemē ſeminat deus in agro affectus: ſecundū in agro intellect⁹: ſed inimic⁹ diabol⁹ ſuperſeminat zizaniā. ſ. erroꝛes in intellectu: et cogitationes multas in affectu. Hoc ſemē tripl'r extinguit. primo igne contritionis. ſcđo p preciſionē cõfeſſionis. tertio per eradicationeꝫ ſatiſfactiōis. Studeat ergo aīa fidelis vt ſemē dei in ea germinet ſanctis deſiderijs et opib⁹ virtuoſis. Hic aūt ager. ſ. aīa ſepitur fide: arat p̄dicatione: cõpluit pluuia grē et roꝛe mīe. ¶ Scđa itaq̃ parabola eſt de zizanijs et locis bono ſemini ſupſeminatis q̄ deſcribit cetū hereticoꝝ. (Simile eſt em̄ regnum celoꝛū). i. eccleſia militans ſeu ſtatus eius (homini). ſ. xp̄o qui dat regnare in celeſtibus et cui ſeruire regnare eſt (qui) p ſe et p apoſtolos (ſeminauit in agro ſuo) id eſt in mundo ſeu in eccleſia laboꝛe et ſanguine xp̄i exculta (bonū ſemē). i. ſanctā doctrinaꝫ ꝛ fidē catholicā ac eos quos filios regni vocat. Et nota hic ꝙ ī iſtis parabolis nō fit cõparatio perſone ad perſonaꝫ ſed negotij ad negotium ſeu facti ad factum. ac ſi diceret factū qđ agit circa regnū celoꝛū et circa eccleſiaꝫ ſimile eſt tali facto vel negocio. (Cū autem doꝛmirent homines). i. cuſtodes interius qui ad tutelā et cuſtodiaꝫ ſunt deputati p quos ſignificant p̄lati quoꝝ ſomno id eſt negligētia interueniēte diabolus ſuperſeminat zizaniā ſeu loliū. doꝛmiunt em̄ p̄lati tripl'r: vel cū toꝛpent inertia: vel cū reſoluunt laſciuia: vel cū p̄munt ignoꝛantia ſiue culpa. hec aūt doꝛmitio nō ſolū ſignat ſuperioꝛū negligentiam circa cuſtodiā gregis: ſed etiā negligentiā cuiuſlibet circa cuſtodiaꝫ ſue pꝛopꝛie perſone ꝛ ſalutis. Utrāq̃ em̄ negligētiā exploꝛat diabol⁹: et ſic per ſuggeſtiones malas ſeminat zizaniā in coꝛdibus humanis. (Cū ergo doꝛmirent venit inimicus). i. diabol⁹ (ꝛ ſuperſeminauit zizaniam). i. erroꝛes ꝛ ſequentes iniquitates ac eos quos filios maligni dñs interp̄etatur (in medio tritici). i. electoꝛū. hoc eſt hereticos permiſcuit et electis. zizania alio nomine dicit loliū ꝛ eſt feminini generis in ſingulari: ſꝫ neutri vel feminini in plurali. vñ eſt verſus. Eſt zizania ſunt zizania pluraniſq̃. Et dicunt aliqui ꝙ zizania in ſingulari penultimā pꝛoducit: ſed in plurali coꝛripit.

¶ Uigilent ergo p̄poſiti eccleſie et ſubditi ne p eoꝛū negligētiā diabolus valeat zizaniā ſeminare. (Cū autē creuiſſet herba) per profectū fidei (ꝛ fructū feciſſet) per effectum operis boni: qꝛ fides ſine operibus moꝛtua eſt (tūc apparuerūt zizania) per manifeſtationē erroꝛū et ſoꝛdiū peccati et perſecutionē fideliū xp̄i. Et cū ſerui hoc dño dicerent (ait illis. Inimicus hō fecit hoc) Diabolus dr̄ inimicus hō qꝛ ſub ſimilitudine ratiōis hūane hoīem decipit vel ex eo ꝙ homini a principio inimicatus ſit: vel ab euētu: quia hoīem vicit ſicut ab africa dr̄ ſcipio africanus: quia africā deuicit. Serui iſti ſunt patres antiqui q̄ fuerūt in pꝛimitiua eccleſia: q̄ admirātes pfidiā hereſis inſurgenteꝫ in eaꝫ acceſſerūt ad deū p oꝛationē inquirētes vñ oꝛiret talis perfidia quib⁹ fuit diuinit⁹ reuelatū ꝙ hoc erat ex diaboli ope deo permittente factū: et hoc vt ſtabilitas pꝛobaretur fidelium. Diabolus quideꝫ in mūdo ſeminauerat tria ſemina peſtifera. ſ. ignoꝛantiam obtenebꝛantem: culpā infrigidantem et miſeriā ignominioſam: ideo de celo venit celeſtis agricola poꝛtans tria ſemina illis contraria. ſ. ſapientiam illuminanteꝫ: gratiā inflāmantē et gloꝛiam exaltantē. Seminauit quoq̃ xp̄s ſanctā doctrinā ꝛ fidē catholicā et ſuperſeminauit diabolus erroꝛes. ꝛ iniquitates multiplices. Seminauit deus in mūdo pacē ꝛ fraternā charitatem: ſupeꝛſeminauit diabol⁹ inuidiā ꝛ malam voluntatē. Seminat etiam deus quotidie in agro interioꝛi. i. mēte bona ꝓpoſita diabol⁹ ſupſeminat deſideria carnalia. Seminat de⁹ in agro exterioꝛi. i. in coꝛpoꝛe mundiciā et puritatem: ſuperſeminat diabolus immūdiciā ꝛ carnalitatē. (Serui aūt dixerūt) i. ſancti patres per oꝛationem diuinum cõſiliū queſierūt. (Uis imus et colligimus ea ſeparādo malos a cōitate eccleſie p excōicationē ꝛ tādē dimittēde iuſtitie ſeculari exterminandos per moꝛtē. (Et ait nō ne foꝛte foꝛte colligētes zizania eradicetis ſimul) cū eis (et triticū). i. illud qđ eſt triticū quo ad ſe: ſicut ſi aliq̄s fidelis dānaret ſola ſuſpitione vel qđ eſt triticum quo ad alios: ſicut ſi eradicat nō pꝛio victus tūc alij fideles ſcādalizant: qꝛ nō eruat oꝛdo iuris: et ſic eradicat triticū. i. alij fideles p ſcādalū: vel qđ eſt futurū triticū: qꝛ mō eſt aliq̄s malus q̄ cras erit bon⁹. Ubi ꝓhibet eradicatio feſtinata, dānoſa et ſuſpicioſa. Feſtinata: ē quā nō p̄cedit ammonitio. Dammoſa eſt quādo multitudo eſt in cā vel p̄nceps niſi fuerit cā manifeſta redūdans ī iniuriā eccleſie. vñ Aug. dicit ꝙ aliq̄n tolerādi ſunt mali p pace eccl'ie: q̄n timet de ſciſmate. Suſpicioſa eſt q̄n nō habet certitudo de alicui⁹ hereſi vel vitio. Tales ḡ nō ſunt excludendi: qꝛ

Inimicus hō.

Eradicatio triplex. Augu.

In his trib⁹ modis ꝓhibetur hic eradicatio fieri. (Sinite vtraq͂ .ſ.zizaniā ⁊ triticū ma los ⁊ bonos (creſcere vſq͂ ad meſſem) idest vſq͂ ad cōſummationē ſeculi ⁊ diem iudicij ⁊ hoc eſt intelligēdū de illis q̄ nō ſunt noto rij neq͂ pertinaces neq͂ per eos imminet vniuerſale damnū eccleſie. Hic daī pnie lo cus ⁊ diſcretiōis exēplū. In hoc em̄ mone mur ne occultoꝝ iudiciū nobis vſurpem⁹: ſed deo illud reſeruem⁹ q̄ tribuit vnicuiq͂ iuxta opa ſua. Nec iſtud eſt cōtrariū aplo q̄ ait. Auferte mala ex vobiſipſis: q꞉ hoc dictū dn̄i intelligiī de ambiguis: illud autē apli de manifeſtis. Hic etiā innuiī diuina beni gnitas ⁊ patiētia dilatiōis. ſuſtinet enī pa tiēter diuina clemētia zizanias cū tritico: hoc eſt malos cū bonis. Suſtinet autē eos trib⁹ de cauſis. Prima vt ſi velint cōuertan tur et p bonos adiuuenī. ſecūda vt iuſti plu rimū deo regratienī ꝙ electi ſunt p grām de nūero pereūtiū ⁊ coꝝ cōparatione plus nitanī ad bonā. tertia vt bōis ꝓficiāt ⁊ eis merita ſua augeāt. Proſunt em̄ mali bonis purgādo: vt ſi qua eſt in eis peccati rubigo elimineturꝫ exercitādo vt virt⁹ i bonis latēs manifeſteī: ac ſimulādo vt electi in via hu ius exilij ſegnes nō efficianī ſed ad patriā ſuā feſtinēt: ⁊ coronādo: q꞉ dū tribulatiōes iuſtis ingerūt lapides ꝑcioſes in corona ce leſtis glorie apponunt. ſeruiunt ergo mali bonis ꝑdictis modis: ⁊ ideo permittūtur vi uere cum eis. deinde dominus ſubiungit. (Et in tpe meſſis, idest iudicij ⁊ finalis cō ſummatiōis dicā meſſorib⁹ (ſcꝫ āgelis (Col ligite primū zizania (idest malos a cōſortio bonoꝝ eos excludēdo: ⁊ hoc quo ad penā dāni: et ſequiī pena ſenſus (et alligate ea i faſciculos ad conburendum) quia miniſte rio angelorum ſeparabunī tūc mali de me dio iuſtoꝝ ⁊ mittenī in īfernū qui creditur eē i cētro terre ⁊ terra vallat⁹ vndiq͂. Et bn̄ dicit (in faſciculos, nō in vno faſce: q꞉ vnuſ q̄ſq͂ punieī ꝓ mō diuerſitatis ſue et ſimul erunt immundi cū immūdis: gulosi cū gu loſis: auari cū auaris: ſupbi cū ſupbis. ⁊ ſic alij impij cū ſuis ſilib⁹: vt q̄ ſocij fuerunt in culpa ſimul torqueanī in pena: quo ad pe nā ſenſus erūt plures faſciculi ſed vn⁹ erit quo ad penā dāni. Et ſubditur. (Ibi erit fle tus). i. dolor vehemēs ex damno. ſ. ꝓ caren tia viſionis diuine ⁊ exponiī ꝓ triſtitia ⁊ do lore: q꞉ forte nō erūt ibi corporales lachry me: ⁊ ſtridor dētiū. i. paſſio vrgens ex pena ſenſus ⁊ tormēto: ſcꝫ ꝓ penarum acerbita te. In quo ſignaī duplex pena inferni: vna ex parte mentis. ſ. triſtitia vehemens que ſi gnificatur per fletū ⁊ alia ex parte corpo ris q̄ ſignificaī per ſtridorem dentiū. Uel fletus ex calore diſſoluente et ſtridor den tiū ex frigore conſtringente: vnde Iob. Ab

aquis niuiū trāſibit ad calorē nimiū. Dein de ſequitur (Triticū aūt. i. fideles ⁊ electos qui in area huius mundi ſunt triturati fla gellis: afflictionibus ⁊ tentationib⁹ varijs: ita vt in eis nulla ſit palea vel macula (con gregate in horreū meū ſcꝫ celeſtiū manſio nū. Et tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol ⁊ hoc per dotē claritatis ex gloria aīe ad corpus redū dante. vbi Chriſo. Nō q꞉ ita ſolum ſicut ſol: ſed q꞉ hoc ſidere aliud magis luculentum nō noſcimus cognitis nobis vtimur exem plis. Hec Chriſo. Cōparaī autem gloria iu ſtoꝝ ſoli maxime quo ad corpus: q꞉ aīa glo rificata multo pulchrior erit ſole. In ſole au tem quatuor dotes corporis glorificati no tantur ſcilicet claritas: q꞉ in creaturis infe rioribus nihil ſole eſt clarius: agilitas quia exiens ab oriente ſtatim apparet in occidē te: ſubtilitas q꞉ tranſit per vitrū illeſum: im paſſibilitas quia radius ei⁹ nō leditur nec maculaī. Et ſubdiī in regno pr̄is eorum: er go tanq͂ filij regis accipient regnū decoris. O q̄ glorioſum eſt regnum in quo ſancta ſocietas q꞉ iuſti: in quo perfecta claritas q꞉ fulgebunt: in quo perfecta delectabilitas: q꞉ ſicut ſol dulce em̄ lumen eſt ⁊ delectabile in quo ſublimis dignitas quia in regno in quo paterna charitas eſt patris eorū. Hāc parabolam ſecundā tangit marcus faciēs tantū mētionē de bono ſemine qꝺ ad ſolos electos pertinet qui tanq͂ triticum ⁊ fru mentū in horreum eterne beatitudinis col ligētur qn̄ zizania ⁊ loliū in caminū ignis mittētur. Unde cōparat regnū celoꝝ. i. ec cleſiā que a deo regitur ⁊ hoies regit homi ni iacienti ſemē in terrā ⁊c. Per ſemē intelli gitur verbū vite qꝺ homo ſcilicet xp̄s ſemi nauit in corda humana ⁊ dormiuit per mor tem (Exurgit) autē ſemen) nocte ⁊ die ac ger minat ⁊ creſcit) q꞉ poſt ſomnū chriſti nume rus credētiū per aduerſa ⁊ proſpera germi nauit in fide ⁊ creuit in ope (dū neſcit ille) hoc eſt neſcire nos facit quēꝫ. ſ. fructū vſq͂ in finē afferat ⁊ (terra vltro fructificat) q꞉ voluntate adduciī: vt fructū faciat (primo herbā deinde ſpicā ⁊ tādē plenū fructū) Ex ſemine enim iſto recepto in aliquo hoie pri mo cōcipitur timor diuinoꝝ iudicioꝝ: ⁊ ſi gnificaī p herbā q̄ eſt q̄d impfectū: ⁊ q꞉ ex timore ceſſat hō a malis ⁊ incipit ſe exerce re in bonis: ideo ſcꝺo cōcipiī ſpes diuinoꝝ bn̄ficioꝝ q̄ ſignificaī p ſpicā in q̄ eſt iā ſpes grani futuri. tertio ex hoc daī charitatiuus amor q̄ hꝫ opus ꝑfectū: ⁊ iō ſignificaī p ple nū granū: q꞉ vt dicit apl's. Plenitudo legis eſt dilectio. Uel (terra fructificat primo her bam: deinde ſpicā: deinde plenū fructum) hoc eſt timorē: penitentiā ⁊ charitatē. Illi q generant herbā. i. timorem ſunt incipientes qui debēt incipere a timore. Sicut em̄ her

Margin notes (left): ſ.co.vj. — Suſti nēt ma litribus de cau ſis. — Mali p ſunt bo nis. — faſcicu li malo rum. — I. Pēa in fernidu plex.

Margin notes (right): Chriſo. Soli cō paraī gloria iuſtoꝝ. Dotes ſolis q̄ tuor. — Spes. ro.xiij.

ba eſt principiũ ſpice:ſic timor dñi eſt prin=
cipiũ vite et initiũ ſapientie. Illi qui gene=
rãt ſpicã ideſt penitentiã durã ſunt pficiẽ=
tes:q̃ ſicut delectati ſunt in pctis ſic dñt ſe
affligere in penitentia ⁊ lamẽtis. Illi q̃ pro=
ducunt plenũ fructũ.i.charitatẽ:⁊ bonorũ
operũ plenitudinẽ ſunt pfecti q̃ habent cha
ritatem dei ⁊ proximi:q2 plenitudo legis eſt
charitas:⁊ tunc eſt hõ diſpoſit⁹:vt de ſtatu
grẽ tranſeat ad gl'iam:⁊ ideo dñs tũc (mit=
tit falcẽ).i.mortẽ abſcindendo iuſtos de p̃=
ſenti vita vt transferat ad gloriã (qm̃ adeſt
o. meſſis).i.collectio iuſtorũ in pr̃ia. ſm Gre.
ſemẽ hõ iacit in terrã cum cordi ſuo bonã
intentionem inſerit. Et poſtq̃ ſemen iacta=
uerit dormit:quia iam in ſpe boni operis
quieſcit. Nocte ꝟo exurgit ac die: q2 inter
aduerſa ⁊ proſpera pficit. Et ſemẽ germiat
⁊ creſcit dum ille neſcit:q2 cum adhuc me=
tiri incrementa ſua nõ valet ſemel cõcepta
virtus ad pfectũ ducit. Et vltro terra fru=
ctificat:q2 preueniente ſe gratia mẽs hõis
ſpõtanea ad fructũ boni opis aſſurgit. ¶ Cũ
ergo deſideria bona cõcipim⁹:ſemẽ in ter=
ra mittim⁹:cũ ꝟo operari recta incipimus
herba ſumus:cũ autẽ ad profectum opus
trahimus ad ſpicam peruenimus: cũq3 in
eiuſdem opis perfectione ſolidamur iam
plenũ frumentum in ſpica proferimus. Om=
potẽs autem deus in productũ fructũ fal=
cem mittit ⁊ meſſem ſuã deſecat:q2 cũ vnũ=
quẽq3 ad opera pfecta perduxerit eius tẽ=
poralem vitam p immiſſam ſentẽtiã inci=
dit vt granum ſuum ad celeſtia horrea per
ducat. Uide ergo ne ſis tm̃ in herba vel ſpi=
ca et maturitatẽ expectes in purgatorij pe=
na:non em̃ fructũ immaturũ cõgregat de⁹
in horreum ſuũ. Nullus tñ qui ad bonum
propoſitum adhuc in mentis teneritudine
eſſe cõſpicit deſpiciat:q2 frumẽtum dei ab
herba incipit vt granũ fiat. ¶ In tertia pa
rabola q̃ eſt de grano ſinapis deſcribit ec=
cleſie ſtatus ſequẽs immediate poſt reſur=
rectionem hereſum:q2 cõtra hereſes inſur=
gentes ſuſcitauit dominus in eccleſia do=
ctores ſanctos literatos vt p rõnem ⁊ ſcri=
pturã confutarent hereticos:⁊ licet primo
fuerint hũiles ⁊ abiecti tamẽ diuina diſpo=
ſitione fuerunt poſtea exaltati: tertia ergo
pabola eſt de exaltatione eccleſie ac p̃dica=
tionis fidei ⁊ euãgelij in qua cõparatur re=
gnum celorũ grano ſinapis. (Simile eſt em̃
regnũ celorũ) id eſt predicatio euangelij q̃
dicitur regnũ:q2 docet regere manũ cuius
ciues ſunt opa:regere os cuius ciues ſunt
ꝟba:regere cor cuius ciues ſunt cogitatio=
nes et deſideria (grano ſinapis) q2 calefa=
cit in amore:venenũ expellit.i.errorem:ca=
put purgat.i.mentẽ quod accipiens homo
ſcilicet chriſtus a patre (ſeminauit) ⁊ per ſe

⁊ per diſcipulos ſuos (in agro ſuo).i.in mũ=
do (quod minimũ eſt omnibus ſeminibus)
i.omnibus diſciplinis:vel quia vix ei in pn
cipio credit:vel quia docet que in mundo
minima ⁊ vilia reputantur:quia amploſi=
tate verborũ nõ innitit (cum autem creue=
rit) p diuulgationẽ (maius eſt oibus ole=
rib⁹).i.ſcientijs phiſicis naturalib⁹ ⁊ poe=
ticis que dicunt olera:q2 cito decidunt nec
fructũ eternũ:ſed tẽporalẽ hñt (⁊ fit arbor
alta) p eius ſublimationem:fructifera per
eius vtilitatem (ita vt volucres celi).i.aie
credentium celos affectãtiũ (veniãt) per fi=
dẽ (⁊ habitent per amorẽ in ramis eius).i.
in dogmatibus:vel (volucres).i.predicato=
res q̃ vt nubes volãt (veniant) ſtudẽdo (et
habitent) in meditãdo ⁊ operãdo (in ramis
eius).i.diuerſis expoſitionibus ⁊ ſentẽtijs
q̃tuor enim rami ſunt hyſtoria:tropologia
allegoria:anagogia. vñ (regnũ celorũ) põt
hic intelligi primitiua eccleſia q̃ rõne hũi=
litatis pauptatis q̃ parue multitudinis q̃
videbat etiam abiecta:ſed virtute eſt ma=
gna vel pro feruore fidei q̃ modica videba=
tur pter ſcãdalũ crucis:ſed feruida eſt p=
pter calorẽ dilectionis paruo (grano ſina=
pis) cõparat (qđ cum ſit minimũ) q̃titate:
tñ eſt magnũ in virtute et calore que creuit
in arborẽ ma[illegible]biq3 orbis eſt expan=
ſa habens ſti[illegible] per ſpem ⁊ ramos exalta=
tos per dilectionẽ dei:dilatatos per chari= Lu.xiij
tatem proximi. Alta eſt:q2 ad celeſtia ſuſtu=
lit:ampla q2 totũ mũdũ occupauit. Quam
arborem aſcendit zache⁹ vt xp̃m videret:q2
niſi in eccl'ie ⁊ fidei arbore xp̃s non videt (⁊
volucres celi).i.principes hu⁹ mundi alta
petentes vel alti intellectu.ſ.hui⁹ mũdi ſa=
pientes (habitant in ramis eius) ⁊ ei ſubie=
cti regunt ei⁹ cõſilio. Uel (volucres).i.ſcti
q̃ pennis virtutũ in alta aſcendũt ⁊ ad pre=
mia celeſtiũ bonorũ volare contendũt (ha= L
bitant in ramis eius).i.diuerſis ei⁹ ſenten= Arbo=
tijs ſpũalib⁹. Rami euãgelice arboris ſunt ris euã
dogmatũ diuerſitatis:vt pro varietate mo= gelice
rorũ varia ſit medicina in q̃bus vnaq̃q3 vo rami.
lucrũ.i.alarũ inſtarũ requieſcit. Uolucres
enim celi ſunt aie fideles q̃ cor a terrenis
leuantes ad celeſtia p deſideriũ volãt ⁊ ne=
glectis tẽporalium rerũ cupiditatibus ſur=
ſum cor habent in celeſtib⁹ atq3 in ſctõrũ di=
ctis ⁊ conſolationib⁹ reſpirãt ⁊ requieſcũt
ab huius vite fatigationibus. Unde pſal.
Quis dabit mihi pennas ſicut colũbe ⁊ vo= Pſal.
labo ⁊ requieſcã? Aſſumamus g̃ ⁊ nos pẽ= liiij.
nas colũbe vt altiora volantes poſſimus in
ramis hui⁹ arboris habitare ⁊ nidulos do=
ctrinarũ nobis facere terrenaq3 fugientes
ad celeſtia feſtinare. Magnum q̃3 ⁊ feruẽs
ſit nobis deſideriũ exaltandi fidẽ noſtrã vt
dñs Jeſus xp̃s ab oibus timeatur ⁊ cogno=

M ſcat et amet. ¶ In quarta pabola q̄ eſt de
Para- fermēto deſcribit ſtatus eccl'ie ſequēs exal-
bola tationē p̄dictoꝝ ſctōꝝ:qꝛ ꝑ diligentiā eoꝝ
qrta. ad predicandū iā fides vbiqꝫ eſt diuulgata.
In hac ergo parabola cōparat regnum ce-
loꝝ fermēto (ꝙ mulier abſcōdit in trib⁹ fa-
Satū. rine ſatis.) Et autē ſatū mēſura i paleſtina
capiens vnū modiū ⁊ dimidiū. Regnū celo-
rū eſt eccl'ia militās in qua deus ꝑ fidē re-
gnat:vel doctrina fidei q̄ regnū celoꝝ predi
cat mulier autē dei ſapientia vel diligentia
ſctōꝝ ad p̄dicandū vſquequaqꝫ fidē catho-
Fermē licam:tria ꝟo ſata farine ſunt tres partes
tum. mundi.ſ.aſia : africa:⁊ europa:vel tres lin-
gue.ſ.hebrea:greca ⁊ latina. Fermentū aūt
lꝫ in ſcriptura frequenti⁹ accipiat in malo
eo ꝙ eſt corruptiuū:tñ qꝛ aliud eſt fermētū
zizanie:⁊ aliud fermentū tritici:hic accipi-
tur in bono tñ ⁊ ꝓpter virtutem alterandi
ſignificat verbū euangelicū:ꝙ ad fidē trāſ-
mutauit magnā partē mūdi ⁊ adhuc am-
Pente- pli⁹ tranſmutabit ipm. Un̄ in figura in pē-
coſtes. tecoſtes q̄ celebrat a iudeis ꝓpter bñficiū
legis date quinquageſima die ab exitu de
egypto q̄ fuit euangelij figura offerebant
duo panes de ſimila fermētata. Mulier ğ
i.dei ſapientia vel ſanctoꝝ diligentia acce-
pit fermentū qd̄ ꝓpter calorē intrinſecū et
incluſum legē euangelicā que eſt lex amo-
ris et feruorem fidei ſignificat ⁊ abſcondit
ſeu poſuit in tribus farine ſatis donec fer-
mentaret totū. Hoc eñ fermētū poſitū fuit
in trib⁹ mundi partib⁹ a tēpore apoſtolo-
rū ⁊ amplius ponet donec fermētetur totū
et multiplicet fides trinitatis per totū mū-
dū:qꝛ inde totū pene mundū iā fermenta-
tū ⁊ viuificatū in eccl'ie corpus creuiſſe vi-
demus ſicut modicū fermēti magnā fari-
ne maſſam tranſmutat in ſuīpſius virtutē
B ac viuificat ⁊ creſcere facit. ſm Bedā. mu-
lier.i.aīa ſctā abſcondit ꝑ rectā intētionem
Modi a mundi laudibus occultādo fermētū.i.di-
diligē- lectionē in tribus ſatis farine.i.in trib⁹ mo
di.iij. dis eligendi.ſ.ex toto corde:ex tota aīa : ex
tota mēte:vel in tribus anime virib⁹.ſ.rō-
nali:concupiſcibili:iraſcibili:in q̄bus cha-
ritas ſiue doctrina abſcondit donec totam
Hyla- mentē in ſui perfectionē cōmutet quod q̄-
rius. dē hic inchoatur:ſed in futuro perficit. ſm
Faria. Hylariū farina eſt plebs ex diuerſis colle-
cta:tria ſata triplex ſtatus fideliū.ſ.noe:da-
niel:iob:vel qꝛ de tribus filijs noe ꝓceſſit
totū gen⁹ humanū cui dei ſapientia fidē et
charitatē ⁊ ſanā doctrinā cōmendat in ꝑh-
ti donec totū fermentet.i.donec in fine mū-
di completo numero electoꝝ fideles ad re-
ſurrectiōis gloriā ꝑueniant ⁊ tūc ꝑfecta ca
leſcēt charitate mō eñ eſt ignis paru⁹ : ſed
tunc erit caminus (hec oīa) .ſ. predicta et
talia mlta (locut⁹ eſt ieſus ad turbas in pa-

rabolis et lꝫ alia multa ſine parabolis di-
xerit turbis tūc tñ nihil ſine parabolis di-
xit eis:vt.ſ.mouerent ad interrogandū de
auditis. Qꝛ eñ hominibus rudibus loque-
batur de regno dei:opus erat induci eos in
talibus parabolis ⁊ rerū ſenſibiliū eius co
gnitarū ſimilitudinib⁹ ad diuinoꝝ archa-
na:vt ex his que aīmus nouit ſurgat ad in-
cognita ⁊ exemplo viſibiliū rapiat ad inui-
ſibilia:ac ꝑ ea q̄ viſu didicit diſcat amare
q̄ non nouit:vt q̄ celeſtia cape nō poterant
ꝑ ſimilitudinē terrenā audita perciperent
parabola eñ grece ſimilitudo dꝛ latine per
quā ꝟitas demonſtrat et in qua aliud dꝛ ⁊
aliud rōnabiliter intelligit. ¶ Un̄ ſubdit
ammonitionem (hec dicēs clamabat. Qui N
hꝫ aures audiendi audiat.) Hanc ammoni Aures
tionē audit dñs in locis pluribus. Nā ſm audiē-
Hie. vbicūqꝫ ponit hoc ꝟbū deſignat miſti- di.
cus intellect⁹:qꝛ ſub ꝟbis parabolicis ali⁹ Hiero.
ſenſus eſt ꝑ intellectū requirēd⁹. Et ſm Be
dā. aures audiendi ſunt aures cordis ⁊ ſen- Beda.
ſus interiores.ſ.aures intelligēdi : obediē-
di ⁊ faciendi q̄ iuſta ſunt. Innuit ğ triplicē
auditū.ſ.ſentiendi:intelligēdi : obediendi. Audit⁹
Prim⁹ eſt exterior in corpe de q̄ dt (q̄ hꝫ au triplex,
res.) Secund⁹ interior in mēte de q̄ ſubdit
(audiendi) Terti⁹ vtrūqꝫ ꝯplectēs de q̄ ad-
dit (audiat) p̄mus auditus eſt ſenſitiue:ſe-
cūdus intellectiue:terti⁹ affectiue. De his
dꝛ in pſal. ꝑ ordinē. Audi filia:quo ad p̄mū ps. xl
⁊ vide quo ad ſm:⁊ inclina aurē tuā:quo iiij.
ad tertiū. Et i Job. auditu auris audiui te.
In hoc aūt ꝙ ieſus hec dicēs clamabat tā- Job.c.
gitur magnitudo affect⁹ eius in predicādo xlij.
clamor eñ iſte ſignū erat magni affect⁹ in
ipſo. De hoc clamore xp̄i dt Aug. Intonuit Augu.
dñs ieſus xp̄s clamās dictis:factis:voce:vi
ta:deſcēſu:aſcēſu vt redeamus ad eū. Cla- clamor
mat ſurdis vt audiāt:clamat dormientib⁹ dñi.
vt euigilēt clamat trāſeūtibus vt attendāt
clamat ignorātibus vt intelligāt:clamat er
rantibus vt redeant clamat peccatoribus:
vt peniteāt. Clamauit quippe predicando:
clamauit orando:clamauit lazarum reſu-
ſcitando:clamauit tandē moriendo quoti-
die in celis exiſtēs:clamat ad nos di. Ueni
te ad me oēs qui laboratis et onerati eſtis
et ego reficiā vos. Et nos miſeri adhuc tan- mat.x.
tos clamores cōtēnimus. hec Augu. (Tūc
dimiſſis turbis) que eum non interrogaue-
runt et ſedentes a tumultibus (venit in do-
mum) vt diſcipuli tanꝙ digniores haberēt
oportunitatē querendi ⁊ interrogādi eum.
(Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eius) tanꝙ fa
miliares non tā corpe ꝙ diſcēdi volūtate q̄
rentes (quare i parabolis) loq̄ret turbis cū
ipi nō caperēt ⁊ petētes vt eis parabolas ex
poneret. Qꝛ eñ percipiebant chriſtū miſti-
ce loqui queſierūt intellectū ⁊ ſibi exponit.

Qui respondẽs ait.(Uobis)credentib⁹ vobis hũilib⁹vobis obediẽtib⁹ vobis mihi adherentibus et dilectis vobis mundo abiectis et odiosis. Uobis volẽtibus et simpliciter dignis ac vr̃is ſequacib⁹ ad me accedẽtibus(datum eſt)diuinit⁹ ꝛ ex gr̃a dei nõ ex merito vr̃o(noſſe aperte)ſine parabolarum inuolutione(miſteria regni dei).i.ſecreta et intelligẽtiã ſacre ſcripture q̃ cõtinet ſtatuta atq; decreta illi⁹ regni ſeu abdita et profunditatẽ ṽitatis euangelice q̃ ducit ad regnũ celeſte:vel(miſteriũ regni celoꝝ).i.eccleſie militãtis ſiue triũphãtis. Apl̃i ei erãt q̃ſi fundatores eccleſie poſt xp̃m:et ideo ad ipſos ptinebat ſcire ſecreta eccl̃ie de quib⁹ erat proceſſus eccleſie vſq; ad finem mũdi: quia iſta erãt futura in diuina diſpoſitione preordinata:ꝛ iſtud põt hic vocari(miſteriũ regni celorum).i.ſecretum eccl̃ie.(Ceteris autẽ)q̃ foris ſunt q̃ clauſis ſenſib⁹ nõ curãt intrare ꝛ cognoſcere ṽitatẽ.ſ.vulgarib⁹ turbis ſeu etiã ſcribis et phariſeis incredulis non eſt datum neq; cõceſſum iſta intelligere:ꝛ pp hoc loquebat̃ eis talia pabolice (vt videntes).i.videre ſe reputãtes nõ videant ſm ṽitatẽ(ꝛ audiẽtes).i.itelligere ſe putantes(non intelligãt)ſniam interiorẽ.naʒ hec eſt vna cauſarũ quare dñs loq̃bat̃ in pabolis:vt ſcʒ ṽitas occultaretur malis et boni ad inquirendũ exercerentur in eis. vñ ſeq̃t (Qui hʒ)ſcʒ amorẽ ṽbi(dabit̃ ei).ſ.intelligẽtia verbi amati(ꝛ abundabit) ſcilicet ſenſu intelligẽdi:q: habẽtib⁹ deuotionẽ ꝛ fidẽ datus eſt verus ſacre ſcripture intellectus.dr̃ eñi in Luca ꝙ aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas:et ex abũdãtia reuelatus eſt eis eccleſie pceſſus. Item(qui hʒ) opus (dabitur)ei intellect⁹(ꝛ abũdabit)augmento pfectus. Itẽ(qui hʒ) gratiã (dabitur ei) pſeuerãtia(ꝛ abũdabit)gl̃ia:q: gratiam et gloriã dabit dñs.(Qui autẽ nõ hʒ).ſ.amorem ṽbi(id quod videt̃ habere).ſ. naturali ingenio vel l̃rarum ſtudio(auferet̃ ab eo)q: nulla vere ſapiẽtie gaudebit dulcedine.vñ nõ habẽtib⁹ fidẽ ꝛ deuotionẽ ad xp̃i doctrinam intellectus ſcripture veteris teſtamẽti ablatus eſt ppter eorũ incredulitatem et datus eſt gẽtibus ppter eorũ fidẽ. Itẽ q̃ nõ habet opus id qđ videtur habere.ſ. itelligẽtie auferet ab eo:q: fides ſine opibus mortua eſt. Itẽ ſicut auar⁹ multas h[illegible]es et nullas:ſic qui nõ diuinã ſapiẽtiã [illegible]llaʒ habet:q: ſm Hierony. literas neſcit qui ſacras ignorat. ſm Amb. intelligitur qđ hʒ.i. qđ ſe putat habere. Seorſuʒ aũt.ſ.in domo diſcipulis ſuis diſſerebat omnia vnde patet ꝙ nõ ſolũ parabolas de q̃b⁹ eũ interrogabãt:ſed ẽt alia ibidẽ eis expoſuit lʒ de aliarũ expoſitione mẽtio hic nõ fiat. Et tũc etiã in parabolis locutus eſt diſcipulis et propoſuit eis tres parabolas alias a p̃dictis.

In quarũ p̃ria q̃ eſt de theſauro abſcondito in agro:deſignat̃ ſtat⁹ eccleſie ſequens poſt predictum:q: diuulgata fide in orbe terrarũ p p̃dicationẽ ſanctorũ multi valentes ꝛ literati viri.vt Aug.ꝛ aliĳ ad fidẽ catholicã conuerſi inceperũt ſe exercere et ſcientiam ſuã ad vtilitatẽ aiarũ cõuertere. Aſſimilat ergo regnũ celoꝝ.i.celeſtẽ patriã theſauro abſcõdito i agro q̃ ager oĩb⁹ vẽditis emitur vt theſaurus ibideʒ inuentus habeat̃ ager iſte labor eſt in exercitio vite actiue ꝛ operibus omnibus mĩe in regimine eccleſie. theſaurus autem abſconditus eſt premiũ celeſte cuius diuitie nondũ oĩb⁹ apparent maniſeſte ſm illud pſal. ꝙ magna multitudo dulcedinis tue quã abſcõdiſti timẽtib⁹ te Inuenit̃ tñ ipſe theſaur⁹ ꝛ ſi nõ ad plenum qm̃ ſctõꝝ doctrina ꝛ p̃dicatio qualis quãtave ſit ex magna parte declarat̃. hũc autẽ theſaurũ inuẽtũ ille abſcõdit q̃ cognito q̃lis ſic corde retinet ꝛ mẽte diligit:cuiuſq; nullo modo obliuiſcit̃.(Et pre gaudio illi⁹ vadit)pedibus mẽtis ip̃m affectãdo(et vendit vniuerſa que habet)tpalia ac voluptates carnis et deſideria terrena contẽnendo.(Et emit agrũ illũ)oĩb⁹ aliĳs dimiſſis i agro dominico ppter celeſte p̄miũ laborãdo et totaliter celeſtibus inhiãdo. Cõtẽnere ergo ſecularia dʒ vt totũ poſſideat ꝛ ſic ei poteſtas vtendi theſauro cum agro:q: celeſtes diuitie nõ niſi dãno ſeculi poſſidẽtur ab aliquo

¶Ad laudẽ virginũ exponitur iſta parabola ꝛ ſic theſaurus in agro eſt virginitas in carne. Circa iſtũ theſaurũ cõſideranda ſunt tria. pmũ eſt ꝙ inueniatur: ſecundũ ꝙ inuent⁹ abſcondat̃ :tertiũ ꝙ abſcondit⁹ ceteris preponat̃. Nõ aũt inuenitur i luxurioſis:nõ abſcõditur iuanegloꝛioſis:nõ preponit̃ in auaris:ſic ergo habemus triplicẽ virtutẽ.ſ.virginitatis:humilitatis ꝛ paupertatis. Uirginitas nouit theſaurũ inuenire vt habeat̃:hũilitas nouit theſaurũ abſcondere ne amittatur:paupertas nouit theſaurũ oĩbus preponere ne vilipẽdatur. In ſecũda parabola que eſt de margarita declaratur ſtatus eccleſie immediate ſequẽs precedentẽ:q: poſt ſtatum predictũ inceperunt aliqui contemptis mundi diuitĳs ꝛ honoribus intendere vite contẽplatiue ſicut beatus benedictus ꝛ aliĳ ſequẽtes eũ in diuerſis ſtatibus ꝛ gradibus religionum. Et iſte ſtatus figurat̃ p margaritã q̃ inuenitur in cõchilĳs maris:q: religio fundatur ꝛ nutritur in humore deuotionis. Iſta aũt margarita dicitur vna ꝛ p̃cioſa. Una:q: hominem vnit:actiua aũt vita magis diuidit: ꝛ ppter hoc dr̃ ꝙ martha erat circa multa occupata. Maria vero circa vnũ intẽta dicitur etiã precioſa:quia vita contemplatiua ſimiliter

Margin notes: P Parabola pꝛima diſcipul̃ dicta. — theſaurus abſcõdit⁹. — pſ.xxx. — Uirginũlaus — Q ſcđa parabola ad diſcipulos. — margarita.

et abſolute melior eſt ꝙ actiua ſ3 l caſu acti
ua ſit magis fructifera: ꝓpter quod dicitur
Maria optimā partē elegit. Aſſimilat er-
go (regnū celoꝝ) .i. pn̄tem eccleſiā (hoi ne-
gociatori) q2 ſicut homo ille vni⁹ margari-
te deſiderio oīa vēdit ⁊ eā emit: ſic et iſta (in
uēta vna precioſa margarita) .ſ. dulcedine
vite contemplatiue vadit) ad forum ſpūa-
liū mercationū (⁊ vēdit oīa q̄ h3) p contem-
ptū terrenoꝝ (et emit eā) p conatū ⁊ deſide
moral'r riū eternoꝝ. ¶ Moraliter in hac parabola
Imitā- proponūtur nobis tria imitanda .ſ. officiū
da tria. ſanctoꝝ: ſtudiū moꝝ: deſideriū eternoꝝ.
Officiū notat̄ i negociādo: ſtudiū in querē
do. deſideriū i operādo. Felix qui nouit ne-
gociari ſpūaliter: ſiue q̄tū ad ſtatū actio-
nis operib⁹ mie intēdēdo: ſiue quantum ad
ſtatū pfectiōis p xpo oia relinquēdo: ſiue
quātū ad ſtatū ſupererogationes per predi
cationē aias deo lucrificādo. Itē felix nego
ciator qui nouit q̄rere nō nociua ſicut am-
bitioſi: nō inutilia ſicut curioſi: ſ3 ſalubria
ſicut ſcti. Itē felix q̄ inuētis bonis mercib⁹
bene nouit lucrari: q̄ ſc3 abiit a ſe p carnis
mortificationē: vēdidit terrā p celo p oim
abrenuntiationem: cōparauit eam per pro
prie voluntatis ſubiectionē. Et q2 iſte ſtatus
duraturus eſt vſq3 ad finē mūdi: iō nō poni
tur alia parabola poſt iſtā niſi illa q̄ finem
mūdi ſignificat: q̄ eſt de ſagena in mare miſ
ſa. Igit̄ q2 ſub parabola theſauri ⁊ margari
te induxit nos ad eterne beatitudinis amo
rē: cōſequēter ſub parabola ſagene inducit
R nos in timorē vt mala caueam⁹ ⁊ bona ſe-
parabo ctemur. Aſſimilat g̃ (regnū celoꝝ) q hic no
la.iij. tat pn̄tē ecclīā (ſagene) q2 piſcatorib⁹ eſt cō
Sagēa miſſa: ⁊ p eā quiſq3 ad eternū regnū de pn̄t3
ſeculi fluctib⁹ trahit̄ ne eterne mortis pro-
fundo mergat̄ (miſſe in mare) .i. in mundū
q̄ dr̄ mare ꝓpter magnitudinē ⁊ ꝓpter ama
ritudinē (⁊ ex oi gn̄e piſciū) .i. hoim (cōgre
gāti) .ſ. bonoꝝ ⁊ maloꝝ: q2 miſſa in hui⁹ ſe
culi fluctib⁹ nullū reſpuit: ſed malos cum
bonis capit: ⁊ ois generis homines ad ve-
niā vocat. (Quā cū impleta eſſet) quod erit
i fine ſeculi qn̄ hūani generis ſumma cōclu
ditur ⁊ numer⁹ electoꝝ impletur (educen-
tes) ſc3 de mari ⁊ de fluctib⁹ vite huius et
trahētes ad littus vite alteri⁹: q2 ſm̄ glo. ſi
cut mare ſeculū: ita litt⁹ maris eſt finis ſe-
culi (et ſec⁹ litt⁹ ſedētes) p immortalitatem
(elegerūt bonos in vaſa ſua: malos autem
foras miſerūt.) Nūc eī̄ malos bonoſq3 cōi
ter q̄ſi pmixtos piſces ſagena fidei cōtinet
ſ3 litt⁹ iudicat quos ſagena ecclīe trahebat
Nā ſicut nō diſtinguūtur boni piſces a ma
lis q̄diu ſagena eſt intra aquas: ſic in eccle
ſia militāte pmixti ſunt mali cū bonis. S3
in fine mūdi trahent̄ ad litt⁹ per apertum
iudiciū: q2 tūc erunt manifeſta abſcondita

cordiū. Unde ſubditur. (Sic erit in cōſum-
matione ſeculi) .i. in fine mundi. Et dicitur
cōſummatio tripliciter: vel q2 tunc comple-
tus erit numerus electorum: vel q2 termi-
nabitur ſtat⁹ meritoꝝ: vel quia ceſſabit ſuc
ceſſio rerum mutabilium. (Exibunt angeli)
de celo empireo ad conuocandum populū
iudicandum et ſeparabunt malos de me-
dio iuſtorum.) O q̄ dura ſeparatio quippe
malis: quia irremediabilis: quia irreuoca-
bilis. (Et mittens eos) .ſ. malos (in caminū
ignis) inferni torrendos et excecandos ⁊ ſic
eccleſia purgata offeret̄ deo patri ſine ma-
cula et ruga tunc enim boni mittentur in
vaſa celeſtiū manſionū: malis ſeparatis et
detruſis in infernū. Sic introductis prudē
tibus virginibus et excluſis fatuis claude
tur ianua regni celeſtis. Et ſubditur de pe-
nis malorum cū dr̄. (Ibi erit fletus) pre ar-
dore (et ſtridor dentiu3) pre frigore. Tunc S
ſero mali penitebunt et ingemiſcēt ſero ſi- tormē-
bipſis iraſcentur et indignabunt̄ qd̄ tā p- ta ma-
tinaci ꝓbitate deliquerūt. Aperte i multis lorum.
locis ſacre ſcripture dicitur de tormētis ma
lorum ne quis ſe excuſet per ignorantia3 et
toties commemorantur ſupplicia gehen-
nalia vt ſitiamus ⁊ anhelemus ad gaudia
celeſtia. Deinde ponitur concluſio princi-
palis ad hoc eī̄ in predictis parabolis per
ſcriptus eſt proceſſus eccleſie militantis: vt
apoſtoli qui erant ipſius fundatores poſt
chriſtum intelligerent hmōi pceſſum. vnde
ſubiungit̄. (Intellexiſtis hec oia?) ſcil3 para
bolas predictas. q. d. ad vos pertinet intel-
ligere eas. Un̄ glo. ad apoſtolos fit ſermo
quos nō tm̄ vult audire vt populos: ſ3 etiā
intelligere. Et eſt argumentum quod non facere
ſufficit maioribus tantum audire ad faciē- ⁊ docer
dū: ſed oportet etiam intelligere ad docen- docet.
dū. (Dicunt ei etiā) .ſ. intelligimus. Dein- Augu.
de vtit̄ exhortatione ad alios docendū cum
ſubditur. (Ait illis: ideo ois ſcriba) .i. doctor
vt enim dicit Augu. apoſtoli ſunt ſcribe et
notarij chriſti verbū ei⁹ ſignantes in tabu-
lis cordis: doct⁹ ⁊ inſpiratus in his q̄ neceſ-
ſaria ſunt ſibi et alijs (in regno celoꝝ) .i. in
eccleſia militante. vbi tria dicit ꝙ ſit doct⁹
per habitum ſcientie: ſcriba per officiu3 do
ctrine: in regno celorum p meritū vite: (ſimi
lis eſt homini patrifamilias) .i. mihi. ⁊ intel
ligit̄ de ſimilitudine imitationis non cōpa-
rationis (qui profert de theſauro ſuo) .i. de
ſciētia ſua in corde abſcōdita (noua et vete
ra) .i. autoritas noui et veteris teſtamenti
ex quibus teſtamentis contexta eſt eccleſie
ſagena. vel ſcdm̄ Greg. (noua) de ſuauitate Grego;
regni (et vetera) de terrore ſupplicij vt ſcil3
pene terreāt quos p̄mia nō inuitāt. vel (no
ua) p admonitionē virtutū (et vetera) p de
teſtationē vitioꝝ. Ex quo pt3 ꝙ epi q̄ ſunt

ſucceſſores apl'oꝝ dñi hñe notitiā vtriuſqꝫ teſtamēti: in cuius ſignū portāt mitrā in capite cū cornu duplici. Et bene cōparat eum prifamilias: q2 ſicut prfamilias hꝫ paſcere filios pane corporali ſic iſte paruulos fideles pane ſpūali: hortat ergo dñs diſcipulos ꝙ parabolas itelligāt vt alios docere ſciāt q2 iō ſiles ei erūt ſi alios docebūt. ¶ Orō.

Domine Jeſu xp̄e fac me de veteri vita exire ne ſemē ḃbi tui qḋ in meo intellectu boni propoſiti qḋ ī meo affectu boni operis qḋ in meo actu ſeminaſti comedat a volucribus inanis glorie ne conculcet in via aſſiduitatis: ne areat in petra dure obſtinationis: ⁊ ne ſuffocet in ſpinis ſolitudinis: ſed poti' in terra bona ⁊ optima cordis humilis cōpatiētis et hylaris centeſimum fructum afferat in patiētia: fac etiā me hec oīa ī parabolis dicta intelligere ⁊ facere ac verbo vel ſaltē exēplo alios docere. Amen.

¶ De aduētu dñi ī nazareth qñ legit in ſynagoga eorū ⁊ ipſi volebant precipitare eū. Cap. lxv.



Et factū eſt cū cōſummaſſet ieſus parabolas iſtas trāſijt inde cū diſcipulis ſuis: et abijt ꝑ patriā illā. ſ. galileā (et docebat ī ſynagogis eorū) tū ꝓpter pluriū ibi cōuenientiū vtilitatē: tum ꝓpter maiorē autoritatē (et magnificabat) ꝓpter doctrine et miraculorū excellentiā (ab oib') .i. plurib' et de oī ſtatu nō tñ ab oībus vniuerſalr cū multi eū contēnerent ⁊ ſibi cōtradicerent. (Et venit in nazaret vbi erat nutrit' lꝫ ī bethleē fuiſſet nat'. (Et) die ſabbati qñ plures conueniebāt (intrauit ſm cōſuetudinē ſuam in ſynagogā) q̇ erat locus orōnis et doctrine legis q̇b' iudei ſm ꝑceptū legis vacare debebant in ſabbatis. (Et ſurrexit legere) vt nō ꝑdicaret ſeipm̄ ḃbo ſuo tm̄: ſed ēt teſtimonio ſacre ſcripture: g̊ non eſt legendū in eccleſia niſi ſtādo: pſallere tñ poſſumus ſedendo (et tradit' eſt ei) a miniſtris quorum officiū hoc erat (liber Eſaye prophete) clauſus q̇ de xp̄o loquit aperti': ⁊ ſm Hiero. nō tam ꝓpheta ꝙ euāgeliſta eſt dicēdus. Myſtice aūt ſm glo. ideo tradit' eſt ei liber propheticus vt oſtēderet eſſe q̇ locut' eſt ī ꝓphetis ⁊ qḋ oēs ꝓphetie ad ipm̄ ptinēt ⁊ in ip̄o implent ⁊ ꝑ ip̄m aperiunt. Itē vt ī hoc oſtēderetur ꝙ oēs ꝓphete libros ſuos ei tradiderunt. i. illi aſcripſerūt quicquid dixerūt. (Et vt reuoluit) id eſt aperuit librū in quo intelligere dedit ſe illum eſſe qui aperiret ſcripturas (inuenit) non a caſu ſed ex propoſito: q2 ſciebat paſſus ſcripture loquentes de ſe (locum vbi) ſm trāſlatonē. lxx. interpretum (erat ſcriptū. Spiritus dñi ſuper me ⁊c.) prout patebit infra. Circa qḋ ſciēdum ꝙ iudei expectāt illa que eis promittuntur in hac prophetia impleri per meſſiā quē expectant futurū ⁊ toti mūdo tēporaliter dñaturū ⁊ educturū iudeos de captiuitate ⁊ poſiturū eos in maxia glīa ⁊ honore ſuꝑ oēs gētes: ſed q2 tp̄s aduēt' xp̄i trāſijt: iō xp̄s hunc locū cōuenieter de ſeipſo expoſuit di. (Spūs dñi) .ſ. pris (ſuꝑ me) .ſ. requeſcit tanꝙ ductor ⁊ ꝑceptor cui' exhortatiōibus ſemꝑ obedio (ꝓpt qḋ vnxit me) .i. ſpūs ab inſtāti cōceptiōis plenitudine grē ī regē in pontificē in ꝓphetā et in deitatis tabernaculū (euāgelizare) .i. bona nūciare (pauperib') .i. hūilib' quib' doctrina ꝓficit: nō ſuꝑbis (miſit me) qḋ ⁊ ipſe perfecit di. beati pauperes ſpū qm̄ ipſorū eſt regnū celorū et ꝑ hoc (ſanare) nō tm̄ corꝑaliter ſed ⁊ ſpūaliter (cōtritos corde) vulneratos a peccatis ⁊ (ꝑdicare captiuis) a diabolo pctō ꝑ cū carcere ⁊ vinculis (remiſſionē) .ſ. ad pniam eos vocando (⁊ viſum) .i. verā dei cognitionem (cecis) .i. gētib' excecatis per errorē (dimittere cōtractos) ⁊ depreſſos importabili pondere legis (in remiſſione) .ſ. ꝑ gratiā noue legis alleuiādo (ꝑdicare annū dñi acceptū) annū .ſ. benignitatis: q2 nūc tp̄s acceptabile nūc dies ſalutis. Iſte annus eſt totū tp̄s eccleſie ⁊ ſpālr annus paſſionis xp̄i in quo dñs placat' eſt hūano generi ſoluta emēda primi peccati (⁊ diē retributionis) extremi iudicij ſententiā cōminādo ſm merita. vbi retribuet vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Tangunt aūt hic ſex cōditiones quas dꝫ habere ꝑdicator vel ꝑlatus. Prima eſt miſeroꝝ conſolatio ibi (euāgelizare pauperib'.) Secunda eſt penitentium cōfortatio ibi) ſanare contritos. ¶ Tertia eſt captiuorum viſitatio ibi (predicare captiuis remiſſionē.) Quarta eſt imperitorum inſtructio ibi (cecis viſum.) Quinta eſt oppreſſorum releuatio ibi (dimittere cōfractos.) Sexta eſt pigrorum excitatio ibi (predicare annū dñi acceptū et diem retributionis.) Reuolutum ergo librum legit: q2 palā locutus eſt ⁊ omnē veritatē docuit. Et deinde plicuit librum in quo legerat in quo intelligere dedit qḋ non oīa oīb' ſunt ꝑdicāda. Hoc etiā fecit ad oſtēdēdum ꝙ libri ſacre ſcripture reuerenter tractādi ſunt. Unde ⁊ iudei hāc reuerentiā faciūt libris veteris teſtamēti ꝙ nullo modo iuxta illos ſederent tā alte ꝙ libri ſunt poſiti: multomagis debemus nos reuerentiā libris euangelij exhibere qḋ tante eſt reuerentie ꝙ ſm Chriſo. ſi euangeliū ſuſcipere

Expectatio iudeorum.

ij. Cor. vj.

Ann'.

B

Predicatoris et ꝑlati cōditiones ſex.

Plicatio libri.

Chriſ.

oporteret non lotis manib⁹ nō vtiq̧ elige-
res h iacere. Ex quo ptʒ ꝙ xp̄iani ſunt mul
tū repꝛehendendi q̄ non ſolū libꝛos veteris
teſtamenti: ſed etiā noui ꝛ ſacra euangelia
ita irreuerēter tractāt et q̄nq̧ irreuerenti⁹
ꝙ libꝛos gentiliū dānatoꝝ ſeu veſtes ꝛ mul
Libri ta alia rerū tranſeuntiū. Et bn̄ dicit reuol-
iudeo- uit et plicuit nec dr̄ aperuit et clauſit: qꝛ li-
rū i ro- bri iudeoꝝ i rotulis ſunt (dedit q̧ miniſtro)
tulis. librū plicatū: qꝛ aliis tradidit euangelizā-
di officiū ꝛ ꝑ captu audientiū cōmiſit diſpē-
ſandū verbū (ꝛ ſedit) vt ſedendo exponeret
mature qd̄ ſtando legerat reuerenter et de-
uote. Stans ḡ legit: qꝛ dum nobis ſcriptu-
ras aperuit in carne operat⁹ eſt: ſed poſtea
ſedit: qꝛ ſe ſuperne q̇eti reſtituit. Et inſtrui-
mur hic qꝛ p̄mo nobis eſt ſedēdū ꝛ flendū ꝑ
hūilitatē pn̄ie: deinde ſurgendū a vitiis per
C ſeueritatē conſcientie: tertio legendū .i. bn̄
pulchri operandū ꝛ plātā et p̄dicandū ꝛ poſtea reſi
tudo et dendū p̄mia q̇etis expectando: vt ea demū
p̄eemi accipiam⁹ in quib⁹ ineternū q̇eſcam⁹. (Et
nentia oīm in ſynagoga oculi erant intēdentes in
chriſti. eū) ꝓpter efficaciā verboꝝ et aſpectū hūilē
ꝛ decoꝝ: qꝛ in facie eius quidā fulgoꝛ diui-
ne gratie relucebat q̄ aīos intuentiū attra-
hebat. Fuit eñ pulcherrimus: vt pote vir-
go de ꝟgine nō ex volūtate viri: ſed ex deo
nat⁹. Fuit ꝛ eloquētiſſimus: et de vtroq̧ ſic
Ps. xl- ei dictū fuerat per ꝓphetā. Speciosus for-
iiii. ma pre filiis hoim: diffuſa eſt ḡra in labiis
tuis. Et ꝓphetiā quā legerat in ſeipſo im-
pletā oſtēdens dixit ad illos: attēdite et in-
telligite (qꝛ hodie ipleta ē ſcriptura hec in
aurib⁹ vr̄is) .ſ. in meipſo. Impletam dicit
eſſe ſcripturā: qꝛ ſicut illa predixerat ſic ipe
faciebat. q.d. In me impletam ꝛ videre po-
teſtis oculis: qꝛ ceci vident: claudi ambu-
lant: pauperes euangelizātur: ꝛ audire ēt ꝛ
intelligere aurib⁹ mentis cū vobis eā expo
Lectoꝛ fuerim ad me eſſe referendā. ¶ Conſpice
dn̄s. bene dn̄m quō humiliter ſuſcipiens lecto-
Ambꝛ. ris officium benigno ꝛ placido vultu legit
inter eos. vt enim ait Ambꝛo. ita ad oīa ſe-
curauit obſequia vt nec lectoris q̇dē aſper-
naretur officiū. Conſpice etiā quō humili-
ter ſe manifeſtans dicit (hodie impleta eſt
ſcriptura hec in auribus veſtris. q.d. ego
Lecto- ſum ille de quo loquit̄. Igit̄ exemplo ſuo
ris offi- approbat officium lectoris in hoc loco: offi-
ciū ap- ciū oſtiarii q̄n eiecit vendentes ꝛ emētes de
pꝛoba- tēplo: officium exorciſte demones de obſeſ-
tum. ſis coꝛpoꝛibus expellendo: officiū acoliti ſi-
Officia ue ceroferarii ſe lumē mūdi oſtēdēdo et di-
q̄tuoꝛ cendo. Sic ergo patet dn̄m quatuoꝛ officia
minoꝛū minoꝝ oꝛdinum in quatuoꝛ ſuis operibus
oꝛdinū exercuiſſe et approbaſſe propter qd̄ nullus
exercu- quantūcūq̧ magn⁹ dʒ dedignari minores
it xp̄s. oꝛdines ſuſcipere vel coꝝ officia exequi et
exercere: ſubdiaconatum vero exercuit q̄n
lintheo ſe p̄cinxit ꝛ pedes diſcipuloꝝ la-
uit. Diaconatū exercuit q̄n in cena coꝛpus Dyaco
ꝛ ſanguinē ſuū diſcipulis miniſtrauit. Pre- nus do
ſbyteratū exercuit q̄n in cena panē ꝛ vinū minus.
in coꝛpus ꝛ ſanguinē ſuū mutauit. Deinde Presb.
vt pōtifex in ara crucis ſe obtulit. (Et oēs)
id eſt multi de oī populo (teſtimonium illi
dabant) .ſ. ꝙ illa ſcriptura eſſet impleta et
ꝙ ipſe eſſet ille de quo Eſa. et alii pꝛophete
ſcripſerunt ꝛ hoc erat ſignū veritatis: qꝛ vt
dicit Seneca. Veritatis argumentū eſt oī-
bus aliq̄d videri (ꝛ mirabant̄ in ꝟbis ḡre)
id eſt gratioſis (q̄ de oꝛe eius ꝓcedebant.)
Bonus eñ homo de bono theſauro coꝛdis
ſui pꝛofert bona: ergo de theſauro ḡre ver-
ba gratioſa. In ip̄o aūt erat theſaurus gra
tie: qꝛ plenus gratie ꝛ veritatis de cui⁹ ple-
nitudine nos oēs accepimus. ¶ Deinde Phari-
poſt atteſtationē ſimpliciū de xp̄o ſubditur ſeoꝛum
ſcribarū ꝛ phariſeoꝛum detractio et emula- detra-
tio cū eo. Et dicebant ſcʒ ſcribe et phariſei ctio.
ei inuidentes: dicebāt inq̄ deſpectiue et eū
deridētes. Vn̄ huic ſapiētia hec? in doctri-
na ꝛ in ꝟbis (ꝛ ꝟtutes) in operibus miracu
loſis: hoc dicebāt: qꝛ non viderāt eū lr̄as di
ſcentē nec in lege ſtudentē: q̄ſi dicerent nō
habet hec a deo vel exercitiū ſtudio: ſed ma-
gis habet a diabolo: qd̄ arguūt ex infirmi-
tate ꝛ paupertate parentū dicētes. (Nōne hic
eſt fabri filius) .i. ioſeph q̄ erat faber ligna
rius: cui⁹ ipſe putabat̄ fili⁹: qꝛ eum maria
ioſeph deſpōſata genuerat: putabat quidē
ſʒ nō erat (nōne mr̄ ei⁹ dr̄ maria: ꝛ fratres D
ei⁹) id eſt ꝯſanguinei (ꝛ ſoꝛoꝛes ei⁹) .i. cogna Frēs
te (nōne oēs apd̄ nos ſunt?) Scd̄m eñ ꝯſue- dn̄i.
tudinē ſcripturaꝝ cōſanguinei et ꝓpinqui
dn̄i moꝛe hebꝛaico fratres et ſoꝛoꝛes ei⁹ ſo-
lent appellari. (Vn̄ ḡ huic oīa iſta?) q̄ſi di-
cerēt. Si nō hʒ ex exercitio vel ex gn̄e: ergo
hʒ ex demone: et iō ſequit̄ (ꝛ ſcādalizaban-
tur in eo) .i. cōturbabant̄ et indignabant̄ cō
ſiderantes gn̄is paupertatē et humilitatē
ac ſi ſapiēs et ꝟtuoſus nō poſſet de paupe-
rib⁹ et hūilib⁹ ꝓcreari: cū potius opoꝛteret
ꝓpter hoc marie obſtupeſcere et ipſum ho
noꝛare: qꝛ mai⁹ miraculū et amplioꝛ ſtupoꝛ
erat ꝙ de talib⁹ ex his talia loq̄bat ꝛ faciebat
quia manifeſte apparebat: ꝙ nō ex hūana
diligētia: ſed a diuina gratia erat. Humi-
lia eñ domin⁹ reſpicit: et alta a lōge cogno Ps. cxx
ſcit. Irrationabilr̄ ergo mouebantur deſpi vii.
cientes eū ꝓpter paupertatē et humilitatē
gn̄is et attribuētes virtuti demonis qd̄ de-
bebat attribui ꝟtuti diuinitatis. Quia da- Dauid
uid q̄ fuit radix regū et eximius ꝓphetarū
fuit paſtoꝛ ouiū et cuiuſdā agricole .i. ieſſe
fili⁹. Sed ꝛ Moyſes legiſlatoꝛ valde a ſe de
ficientem habuit patrem et in plurib⁹ aliis
ſit poteris reperire a q̄bus ḡ opoꝛtebat am-
mirari dn̄m ab his q̄ ꝯtēnunt eū. Unde et

hoc qḋ ỽitatis eſt et honoris ꝑ vituperio inducũt dicẽtes eũ fabri filiũ ſeu fabrũ. Sicut eñ pater ꝑ filiũ in principio oĩa fabricauit: ſic ipſe filius per quem oĩa facta ſunt omniũ fabricator extitit: vt vere ⁊ fabri filiꝰ ⁊ faber dici poſſit. In illoꝝ ergo errore veritas latet: nã vtiqꝫ fabri filius erat: ſꝫ nõ illius cuiꝰ ipſi putabãt: ſed fabricatoris oĩm qui fabricatꝰ eſt aurorã ⁊ ſolẽ .i. eccleſiã primitiuã ⁊ ſequẽtẽ. Magna cecitas coꝝ erat qꝛ cũ in ỽbis ⁊ factis illiꝰ xp̃m cognoſcere poterãt: ⁊ tñ ꝓpter gñis noticiã eũ cõtẽnebãt: ⁊ ex ꝑuitate gñis ⁊ ĩfirmitate carnis vocabãt ab eo excludere potentiam maieſtatis. Et quia auditis famoſis miraculis ab eo frequẽter ĩ capharnaũ factꝫ: illi de nazareth indignati ſũt ꝯtra eũ nec credebãt miracula eiꝰ eſſe vera: ipſe intuẽs coꝝ corda obiectionẽ coꝝ tacitã ſibiipſi obiecit vt ad eam cõgruenter r̃nderet. vñ ſubdit. (Et ait illis ieſus) .ſ. ſcribis ⁊ phariſeis. (Utiqꝫ dicetis mihi) q̃ multos in capharnaũ curaui (hãc ſimilitudinẽ) .i. obiectionẽ a ſimilitudine medici corporalis ad ſp̃ualẽ ſumpta (medice cura teipſum) .i. tuos compatriotas: quibus magis teneris impẽdere beneficiũ charitatis. Sicut eñ medicus verus citiꝰ ⁊ libentius curat ſeipſum ⁊ alios a ſe ꝑtinẽtes q̃ extraneos ita dicebãt et ei: ſi tu faceres ỽa miracula: citius faceres ea in ciuitate tua: ⁊ potiꝰ inter ꝓpinquos tuos q̃ inter extraneos. vñ ſubiungit (Quanta) miracula (audiuimꝰ facta a te in capharnaũ fac ⁊ hic in patria tua) .i. in tua ciuitate vbi ꝯceptꝰ es ⁊ nutritꝰ tot ⁊ tãta vt credamꝰ: qꝛ q̃ facis apud alienigenas magꝫ debes facere apud tuos cõpatriotas: magis eñ teneris bñficia ĩpendere tuis cõpatriotis q̃ alienis q̃ſi dicat. Multa audiuimꝰ a te facta miracula: ſed nõ credimꝰ ⁊ ꝙ ĩcerta vulgauit fama cũ apḋ nos nihil tale fecerꝭ q̇bꝰ cõuenientiꝰ talia ĩpẽdẽda erãt bñficia q̃ ceteris. Sed dñs cõſequẽter r̃ndẽs oñdit ꝙ nõ dimittebat inter eos facere miracula ꝓpter odiũ patrie vel defectũ potentie: ſed ꝑꝑ coꝝ incredulitatẽ ⁊ maliciã. Qḋ eñ ibi miracula non faciebat: nõ erat ꝓpter h̓ ꝙ patriã ſuã deſpiceret: quã ſua conceptiõe ⁊ educatiõe honorauerat: vel ꝓpt̓ hoc ꝙ ipſe ĩpotẽs eẽt: ſed qꝛ ipſi indigni erãt. Et ad hoc inducit ſacre ſcripture exẽpla. vñ ſequitur (Ait autẽ ieſus. Amen) .i. vere (dico vobis: qꝛ nemo ꝓpheta acceptꝰ eſt in patria ſua) in qua natꝰ eſt. (Et in domo ſua) ex qua ſ̓m carnẽ ꝓceſſit: ⁊ hoc vt in pluribꝰ ac cũ debito honore ⁊ reuerentia. Minus eñ Helyas ⁊ ceteri ꝓphete in ſuis ciuitatibus fuerunt honorati q̃ in alijs. Eſayas ſectus. Hieremias carceratus ⁊ ceteri vituperati. Mos eñ ⁊ pene naturale eſt ciues ciuibus inuidere: ⁊ nõ ꝑñtia viri opa nec virtutes cõſiderare: ſed infantie fragilitatem recordari q̃ſi nõ ⁊ ipſi ꝑ eoſdẽ etatis gradꝰ ad maturã etatẽ ꝑuenerint: dũ eñ ciuis ⁊ contribulis ad alicuiꝰ virtutis vel ꝓbitatis eminẽtiã aſcendit eiuſqꝫ fama creſcit: conciues et cõtribuli q̃ nõ ſic laudant̓ inde graniꝰ ſauciant̓ ⁊ eſtimant ſe contẽni ſi eis in laude ⁊ fama probitatis: ꝑſertim minor gñe preferat̓. Hinc habemꝰ in Ioſeph exẽplũ reſpectu fratrũ ſuorũ. Uñ contingit ꝙ faciliꝰ ꝓmouent̓ hoĩes in terra aliena q̃ ĩ patria ꝓpria. Idcirco igit̓ non curo patriã meã: qꝛ ei acceptꝰ nõ ſum: ⁊ qꝛ fidẽ in ea nõ inuenio ⁊ mihi ſicut ceteri non credit: tãtoqꝫ minus me cognoſcit quanto plꝰ pre ceteris me noſtũ habuit (et) qꝛ non erat acceptꝰ eis nec ei credebat: ideo (virtutes multas) .i. ſigna et miracula (ibi facere non poterat) nõ de impotẽtia: ſed de incõueniẽtia: nõ eñ ꝯueniẽs fuit: qꝛ digni nõ erant: ⁊ cauſa ſtatim ſubditur ſcꝫ (ꝓpter incredulitatẽ coꝝ) ꝓpter quã etiã dñs (mirabat̓) qꝛ ip̃m etiã p̃ñtẽ habentes xp̃m agnitionẽ ſui verbis ⁊ ſignis eis ingerentẽ: nihilominꝰ increduli ꝑdurabant. In hoc ptꝫ ꝙ fides marie cõgerat̓ in miraculis faciendis: qꝛ ꝓpter incredulitatẽ ſubtracta ſunt illis: aliq̃s tñ ỽtutes ibi fecit .ſ. paucos infirmos fideles ⁊ deuotos manibꝰ deificis ĩpoſitis curando: qḋ ptꝫ ex hoc qḋ ſupra dixerunt. vñ huic ſapientia hec ⁊ ỽtutes. Pro tanto ḡ non poſſe dr̓ qꝛ noluit nec decuit ꝓpter incredulitatẽ coꝝ vt negetur potẽtia nõ abſoluta: ſed ordinata ac ꝯgruitatis ⁊ decẽtie q̃ ſe diſpoſuerãt nõ factuꝝ: qꝛ non erat decẽs ⁊ cõgruũ ꝙ ibi miracula faceret ⁊ multa fides eñ credẽtiũ eſt meritoria de congruo qḋ eis fiant miracula. Iõ aũt aliq̃s virtutes ibi fecit: vt fideles cõfirmaret: ⁊ infideles excuſationẽ de pctõ ſuo nõ haberent: dũ opa diuinitatis in eo viderẽt nec fecit multas ne ĩfideles ãpliꝰ dãnarent̓ .i. plus punirent̓: dũ ſcꝫ contẽnerẽt. vñ Chriſ. Pauca fecit ſigna ne dicerent hoſtis eſt nobis ⁊ proprios deſpicit: ſi facta eſſent ſigna ⁊ nos vtiqꝫ credidiſſemus: ꝓpter hoc ergo fecit: vt qḋ ſuũ eſt ĩpleat: ſed cõtinuit vt nõ illos ampliꝰ condẽnet. Ad ſui aũt excuſationẽ q̃re dñs ipſe in patria ſua vbi acceptꝰ nõ erat multas ỽtutes non fecit: oſtẽdit exemplo Helie ⁊ Heliſei ꝙ ſi̇t̓ ꝓphete veteres in maiori honore habebant̓ apud extraneos q̃ apud domeſticos: et qḋ plura miracula faciebant apud alienos q̃ apud ſuos. Helias eñ a iudeis expellebat̓ ⁊ contẽnebat̓ a gẽtibus aũt ⁊ alienis recipiebat̓ ⁊ honorabat̓: et ibi miracula operabatur. (Miſſus) eñ (ad viduã in ſarepta) vrbe ſydonie ꝓuincie: receptꝰ eſt honorifice: ibiqꝫ duo miracula fecit: qꝛ farina et oleum non

Fidei augmẽtatio.

Chriſ.

defecit ⁊ filiũ vidue mortuũ ſcʒ ionã ꝓphetam ſuſcitauit: non ergo in iſrael vbi multe vidue erãt: ſed in ſydonia oparabat̃ miracula: q̄r vidue iſrael non erãt ita deuote ſicut illa mulier ſareptana ⁊ quia helias ꝑſecutionẽ patiebat̃ in terra iſrael q̄ debuiſſet ſibi eſſe grata ⁊ gratioſa.

Sarepta. Sarepta vrbs ſydonie eſt i littore maris añ cui⁹ portã oñdit̃ locus vbi Helias venit ad viduã eiuſdẽ vrbis: deinde eſt q̄dam capella vbi erat cenaculũ in quo quieuit: ⁊ ibi filiũ vidue ſuſcitauit.

Helye oꝛone clauſuʒ celum. Quare aut̃ ꝑ oꝛonem helye clauſum eſt celũ ⁊ facta fames oſtẽdit Baſili⁹ dicẽs.

Baſili⁹. Ut em̃ aſperit ex ſaturitate nõ modicũ generari dei opprobriũ ꝑ famẽ illis ieiunium attulit quo culpã illoꝝ que in immenſum creſcebat cohibuit. Nõ ergo nunc mirẽtur hoĩes ſi ꝓpter eoꝝ laſciuiam fiat fames.

Helyſei deriſio iiij. reg. ij. ⁊ iiij. Reg. v. ¶ Helyſe⁹ etiã a iudeis deriſus ⁊ contẽpt⁹ a naamã ſyro deuote eſt q̄ſitus quẽ a lepra ſua curauit: q̄r deuotionẽ ei⁹ agnouit qui añ curationẽ bonus fuit: q̄r ꝑ illã de⁹ ſalutẽ ſyrie dedit: ⁊ poſt curationem adhuc melior ac valde gratus deo ⁊ helyſeo fuit curauit ergo alienũ ⁊ gentilẽ: ſed nõ cõciues ⁊ conſortes ꝓpter coꝝ erga deũ ingratitudinẽ: q̄r regnũ iſrael declinauerat ad idolatriam colendo vitulos aureos quos fecerat ieroboã: ſi ergo iſti famoſiſſimi prophete nõ fuerunt accepti cõpatriotis ſuis: non ꝓpter ſuam ſed ꝓpter compatriotaꝝ maliciã ⁊ inuidiã: multo fortius nec minores ꝓphete fuerunt accepti in patria ſua: ex quo ꝑʒ verũ eſſe q̄d dixerat (q̄r nemo propheta accept⁹ eſt in p̄ria ſua).

Moraliter. Moraliter autẽ vidua de q̄ dictũ eſt ſignificat aĩam peccatricẽ q̄ ꝑuata ẽ amplexib⁹ ſpõſi ſui xp̄i: modo multe vidue tales ſunt ĩ mũdo tñ ad nullã mittit̃ helyas niſi ad illam q̄ eſt in ſarepta ſydonie ſarepta iterp̄tat̃ icendiũ vel anguſtia panis: ſydonia venatio inutilis et ſignificat aĩam peccatricẽ q̄ ꝓpter hoc ꝙ cõſiderat ꝙ q̄cq̄d q̄rit̃ in mũdo eſt venatio inutilis ſiue diuitie ſiue delitie anguſtiantur: q̄r perdidit illũ panẽ verũ q̄ reficiebat̃ xp̄m ſcʒ q̄ dicit: ego ſum panis viuus q̄ de celo deſcẽdi: ⁊ incẽdit̃ per contẽptũ terrenoꝛũ et deſideriũ supernoꝝ ad talẽ aĩam venit verus helyas xp̄s vt eã paſcat et reficiat cum filijs ſuis. i. cogitationibus et affectionib⁹ ſuis. Silr̃ naamã ſyrus ſignificat pctõrem eo ꝙ pctm̃ ſicut lepra inficiat hoĩem: modo multi tales ſunt in mũdo: tñ ad nullũ venit

Naamã. heliſeus niſi ad naamã ſyrũ. Naamã interp̄tat̃ decor⁹ vel cõmonens me: ſyrus ſublimis ⁊ ſignificat pctõrẽ q̄ cõmouet ſeipſum per cõtritionẽ: currit ad iordanẽ q̄ iterpretatur riu⁹ iudicij. i. ad cõfeſſionem ⁊ ibi induit gr̄e decorẽ: et per hoc efficit̃ ſublimis: q̄r per hoc eleuat̃ ad deum ad talẽ venit verus heliſe⁹. i. xp̄s. (Et oẽs in ſynagoga hec audiẽtes) ſcʒ ꝙ eos indignos reputaret inter quos miracula faceret indignati ſunt (et repleti ira) q̄ ex xp̄i doctrina q̄ſcere debebãt a malicia: ꝑ iſtos ſignificant̃ illi q̄ ꝑſequunt̃ predicatores ⁊ defenſores veritatis eo ꝙ dicunt diſplicẽtia illa hoc autẽ facto ꝓbat̃ v̄bũ xp̄i ꝙ dictũ ẽ ſupra (q̄r nõ ẽ accept⁹ ꝓpheta in p̄ria ſua) nã cũ audirẽt nazareni q̄d ꝓphetis ꝓphetã ſe cõparabat, et q̄r eos de incredulitate notabat ⁊ deuotionem gẽtiũ q̄s vt canes abominabant̃ deuotioni coꝝ p̄ferebat: creuit zelus: creuit ira: creuit inuidia: ⁊ q̄d dñs de eis dixerat et teſtabat̃ v̄bo h̄ ipſi oſtendũt ⁊ teſtant̃ facto mala ꝓ bonis retribuendo. vñ (ſurrexerũt) ⁊ eũ tãq̄ dignũ morte extra ciuitatẽ ſuam nazareth eiecerũt vt illũ interficerẽt. vñ dicit Ambr. — Ambr.

Nõ mirũ ſi ꝑdiderũt ſalutẽ q̄ de finib⁹ ſuis eiecerunt ſaluatorẽ. Dñs aũt qui docuerat exẽplo ſui oĩb⁹ oĩa fieri: nec volentes repudiat: nec inuitos alligat: nec eijcientib⁹ reluctat̃: nec rogantib⁹ deeſt ⁊ duxerũt illum vſq̄ ad ſupciliũ mõtis ſup quem edificata erat ciuitas coꝝ vt precipitarent eũ. Nazareth q̄dẽ edificata erat ſup montẽ: ſed nõ in cacumine: vñ extra ciuitatẽ ad cacumẽ duxerũt eũ ad p̄cipitandũ. In quo ſm Bedã — Beda. iudei diſcipuli peiores diabolo magiſtro ſuo oñdunt̃: q̄r ille verbo tentans ait. Mitte te deorſum: iſti facto de ſupercilio mõtis eũ mittere ⁊ p̄cipitare conabant̃.

Potẽtia xp̄i. ¶ Jeſus autem virtute diuinitatis qua poterat ſe ſeruare ille ſum quando volebat: tranſiens per medium illorum ibat et deſcendit de monte non viſus ab eis quos delerebat mente furentium ſubito per deum mutata vel obſtupefacta. Et enim quando vult capitur: quando vult labitur: quando vult ſuſpenditur: q̄ñ vult nõ tenet̃. Quia capit̃ ⁊ tenetur a paucis: voluntatis eſt ꝙ a populo nõ tenet̃: ſed tranſit maieſtatis eſt non q̄ reſiſtit nec ſe vindicat docẽs nos in hoc vt non queram⁹ vidictã de iniurijs nobis factis: ſed per mediũ inimicoꝝ tranſiens canes hincinde latrãtes contẽnit malẽs eos ſanare q̄ ꝑdere: vt caſſatam vidẽtes ſuam nequitiã deinde deſiſterent ab eius morte. Tunc em̃ euadere voluit: quia pnie locum adhuc illis reſeruabat: et q̄r nondum hora paſſionis ei⁹ venerat nec tunc in loco paſſionis erat: ⁊ q̄r hoc gen⁹ mortis (qui crucifigend⁹ p̄conizabat) non elegerat.

Precipitium dñi et ſaltus. Beda. Adhuc ibi oſtendit̃ locus q̄ dr̃ p̄cipitiũ ⁊ ſaltus dñi ſcʒ per miliare a nazareth cõtra meridiem verſus hieruſalẽ. vbi ſm Bedã. Cũ dñs de manibus illoꝝ elapſus ꝑ medium illoꝝ de rupe deſcenderet: atq̄ in ipſa rupe latere vellet ſubito ad tactum ſõnice veſtis ſarum illud ſubterfugit et inſtar cere reſolutum

quēdā ſinū q̄ dn̄icuȝ corp⁹ reciperet efficit. tāte vtiq̄ȝ capacitatis quāte ip̄m dn̄icū corpus extitit quātitatis in q̄ veſtigia pedū et vniuerſa liniamēta ⁊ ruge veſtis que a terra dn̄i fuerant veluti de manu ſculptoris Iꝑſſa ſeruant. Saxea duricies ſub deſcēdēte recedit ⁊ q̄ſi nolēs ledere ei cedit ⁊ ſub pede ꝑſſa emoleſcit. Mira res. Lapis emoleſcit. et ipſe homo emolliri neſcit: ſed lapideſcit agnoſcit dn̄ȝ lapis emollitus: et ipſe hō a q̄ erat cognoſcēd⁹ erat forti⁹. Et notādum ꝙ q̄tuor modis ē dn̄o mors intētata. quidam eni tētauerūt cū perimere gladio ſicut herodes. quidam precipitio ſicut hic nazareni. quidam lapidatione ſicut in templo iudei: quidā crucifixione ſicut in paſſione etiā iudei adhuc etiā xp̄s ſpūalr̄ crucifigit in noſtra recidiuatione: lapidat in noſtra obduratione: precipitat in nr̄a deſperatione gladio perimit in blaſphematione. ¶ Oratio.

Domine ieſu xp̄e q̄ ſic ad oīa te humiliaſti obſeq̄a: vt nec officiuȝ lectoris ſuſcipere dedignare ris ac tandem poſt doctrine beneficiuȝ nazarenis hūilr̄ impenſum mala pro bonis patienter recepiſti cum te ab ipſis precipitare te volentibus duci ſine reſiſtentia permiſiſti: da mihi bone Jeſu hanc gratiam: vt te imitando ad oīa humilitatis obſequia me curuare appetā ⁊ paratū gaudenter exhibeam. da etiaȝ mihi iniurias patienter tolerare et de ipſis vindictā nō q̄rere: oēſq̄ȝ meos aduerſarios ex corde diligere et eis beneficia exhibere. ¶ Amen.

¶ De decollatione Joānis baptiſte. Capitu. lxvj.



Poſt hec āt iminēte paſcali feſtiuitate paſſio ⁊ mors io. bap. ē ſubſecuta: et ponitur motiuū ꝯtinēs mltiplicē culpā. Herodias eni timens ne p̄dicatiōe ioānis herodes peniteret ⁊ ip̄am fratri redderet cū q̄ non ſine piculo remaneret iō cogitauit modū q̄ interficeret ioānes abſq̄ȝ ſeditiōe populi: ⁊ herodes cōſci⁹ fuit eiuſdē doli. (Cū igit herodes) tetrarcha qui aliq̄n rex dicitur nō a regia dignitate ſed a regendi officio: diē natalis ſui celebraret corā pricipib⁹ ⁊ primis galilee (ſaltauit filia herodiade) .i. tripudiauit (in medio) vt videretur ab omnibus: et hoc fuit ex diſpoſitione mr̄is et herodis (et placuit herodi) quod tn̄ deberet erubeſcere: q̄ ſignū fuit ipudice filie et diſſolute (et cū iuramento promiſit ei dare quicquid ab eo peteret) ſ͡ȝ Hiero. ad hoc forte iurauit: vt occaſionē apparētē ad occidēdū ioānem et reprimendū populi ſeditionē haberet: vt videretur facere inuit⁹ qd̄ faciebat ſpōtane⁹. Et premonita a mr̄e petijt ꝓ muliere dari i diſco .i. ſcutella caput ioānis bapti. eſt enim in hoc loco diſcus vas rotūdū deſup extenſum: q̄nq̄ȝ etiā mēſa inferior diſcus d̄r ⁊ aliq̄n mappa ſeu mēſale diſcus appellat. vn̄ ⁊ alalia dicuntur petro apparuiſſe in diſco q̄ in actibus apl'orū lintheū vocat. vn̄ Chri. chriſo. Hec ē mulier antiqua malitia q̄ adā eiecit de paradiſi delitijs. hec celeſtes hoīes fecit terrenos. hec humanū genus merſit in infernū. hec vitā abſtulit mundo ꝓpter vnius arboris pomū. hec malū fecit qd̄ hoīes ducit ad mortē. hec inuenit verū laborē ⁊ preſſuram q̄ nūc occidit baptiſtā: decēpit puericiā: perdit iuuētutē: illicitat ⁊ inq̄etat mortuā ſenectutē. (Et cōtriſtat⁹ eſt rex) ſimulatorie nō vere vt poſtea videret implere coactus qd̄ diſpoſuerat facere volūtari⁹. Dicit ergo cōtriſtat⁹ .i. triſtari viſus. q̄ ſm̄ Bedā. Diſſimulator mētis ſue triſtitiā preferebat in facie cū tn̄ leticiā haberet in mēte. ſcelus excuſabat iuramēto vt ſub occaſione pietatis magis impius fieret ⁊ ideo p ipſum herodē ſignificant illi qui ſub ſpecie religioſitatis machinantur opus facere malignitatis per herodiadē vero ſignificatur luxuria per ſaltatricem diſſolutio libidinoſa: per quas ioannis .i. hoīs gratioſi freq̄nter ꝓcurat mors ſpiritualis ⁊ aliq̄n corporalis. Rex vero noluit eā contriſtare (ꝓpter iuſiurandū) qd̄ tn̄ nō erat obſeruādū q̄ ſm̄ Iſidorū. Nō eſt iuramentū obſeruandū vbi malū incaute ꝓmittit ⁊ in malis ꝓmiſſis reſcindenda eſt fides. q. d. rex. Non eſt ex malitia qd̄ ego facio ſed (ꝓpter iuſiurādū) qd̄ trāſgredi nō licet. fuit eni doloſus in ꝓmittēdo ⁊ ſacrilegus in ſoluēdo (⁊ ꝓpter ſimul recūbentes) corā quibus publice iurauerat vt oēs fierēt ſceleris ſui cōſortes nō correptores nō reſiſtentes. Ecce ꝙ̄ de facili peccatū tranſit de vno in oēs ſimiliter etiā qui ludū ⁊ ſpectaculū illud incipiebāt cōſortes ſceleris cū faciētib⁹ fiebāt. Nā ſm̄ Chri. Sicut ſi non eſſent inſpectores nō vtiq̄ȝ eſſent q̄ talia exercerēt ita q̄ ſunt ⁊ ipſi eorū q̄ fiūt ignē vel ſcandalum ſentiūt. O ꝙ̄ multi ſubditi hodie piclitant in cōſcientia ⁊ aīa ꝓpter preſidētiū facta minus iuſtā. (Miſitq̄ȝ ſpiculatorē) q̄ ex officio portabat ſpiculū quo amputabant capita dānatorū (⁊ decollauit ioānē in carcere) occulte pro vitanda ppl'i ſeditione (et attulit caput eius in diſco) cruentans epulas in luxurioſum cōuiuiū ⁊ tā digno fercl'o indignū (⁊ dedit illud puelle) in p̄miū ſaltationis ſue ⁊ puella dedit in ludibriū mr̄i ſue: vt illi mortuo illuderet q̄ ſuū inceſtū reprehenderat: ⁊ vt in ſua ptāte linguā haberet

Marginal notes: chriſo. — B' Hyero. — diſſimulatio. Beda. — Iſidorus. — chriſo. — Spectātiū ſcelus.

ſtris dn̄i toti⁹ medius trinitatis. Et hic tant⁹
daꝛ inceſtui: tradiꝛ adultere: adijciꝛ ſalta-
trici. Merito ergo cōcuſſa ſunt viſcera: cor-
da tremuerūt. Et iterū. Deus aūt ſuſtinuit
ꝛ iuſtū amplius coronās: ꝛ his q̇ poſtea in-
iuſte patiunꝛ multā derelinquens mitiga-
tionē. Audiam⁹ igiꝛ q̄cūq; in virtute viuē-
tes mala patimur a pnitioſis hoīb⁹ etenim
deus tūc ſuſtinuit eū qui in heremo: eū qui
in zona pellicea: eū q̇ in cilicino veſtimēto
eū q̇ propheta ꝓphetarū minor erat: eū qui
nullū maiorē hēbat occidi a puella incōti-
nente ꝛ corrupta meretrice: ꝛ hoc leges de-
fendentem diuinas. Hec itaq; cogitantes:
feram⁹ vniuerſa q̄cūq; patimur. Quis em̄
nō vtiq; horreſceret ſacrū illud caput ſan-
guine ſtillans vidēs in cena ꝑpoſitū? Si em̄
nos audiētes hic horreſcim⁹ qd dignū erat
viſuȝ illū tūc opari? Quid pati eos q̇ ſimul
recūbebant nouiter occiſi capitis ſanguinē
ſtillantē vidētes in medio cōuiuij? Sed nō
iniquus herodes neq; abhominabilior eo
mulier neq; ſanguinis vorxatrix: illa paſſa
eſt aliq̇d ob ſpectaculū iſtud. hec Chriſ. vn̄
ꝛ Greg. Nō ſine ammiratiōe grauiſſima ppen
do ꝙ ille ꝓphetie ſpū intra matris vterū re-
pletus quo īter natos mulierū nemo maior
ſurrexit: ab iniquis in carcerē mittiꝛ: et pro
puelle ſaltu capite truncaꝛ ꝛ vir tāte ſcītita-
tis ꝑ riſu turpiū moriꝛ. Nunq̇d nā credim⁹
aliq̇d fuiſſe in eius vita qđ illa ſic deſpecta
mors tergeret? Sed qn̄ ille vel in cibo pec-
cauit q̇ locuſtas ſolūmō ꝛ mel ſilueſtre edit
qn̄ cōuerſatione ſua offendere potuit q̇ de
heremo nō receſſit. Quid eſt ꝙ ops deus ſic
vehemēter hꝰ ſclo deſpicit q̇s ſic ſublimiter
ante ſecula elegit niſi qđ pietati fideliū pa-
tet qm̄ idcirco ſic eos premit ī infimis quia
videt quō remuneret ī ſummis ꝛ foras vſq;
a ī deſpectū deijcit: q2 intus ad incōprehen-
ſibilia pducaꝛ. Hinc ḡ vnuſquiſq; colligat
q̇d illic paſſuri ſint quos reprobat ſi ſic cru
ciat quos amat. hec Grego. Mortu⁹ eſt igiꝛ
Joānes ꝑ xp̄o: q2 ꝑ veritate. vn̄ Greg. Neq;
em̄ baptiſta Joānes de cōfeſſiōe chriſti ſed
de iuſtitie veritate requiſitus occubuit: ſed
q2 xp̄s eſt veritas idcirco vſq; ad mortē pro
xp̄o ſcȝ ꝑ veritate puenit. Ex quo ptȝ ꝙ nō
ſolū ꝑ fide ſed etiā pro veritate iuſtitie mar
tyr q̇s efficiꝛ. vn̄ dicit Aug. ꝙ cū mors ꝑ ve-
ritate iuſtitie ſuſcipiꝛ martyres facit. vn̄ et
in eccl̄iaſtico dr̄. Certa vſq; ad mortē ꝑ iu-
ſtitia. Martyrē em̄ nō facit pena ſed cauſa
id eſt mors ꝓpter xp̄m ſuſcepta. ¶ Ubi no-
ta ꝙ multis de cauſis pōt q̇s martyr fieri.
ſ. pro iuſtitia vt abel: pro lege vt machabei:
ꝑ aſſertione ỽitatis vt eſaias et hieremias
pro argutione peccati vel etiam aſſertione
veritatis vt Joānes bapti. ꝑ ſalute ppl̄i vt
xp̄s: ꝑ fide xp̄i vt ſtephan⁹: ꝑ xp̄o vt innocē
tes ꝑ libertate eccleſie. vn̄ Thomas cātua-
riēſis. Et nō ſolū mors ꝑ veritate ꝛ alijs p̄-
dictis cauſis ſuſcepta: ſȝ etiā vera in aduer
ſis patientia martyrē facit. vn̄ Grego. Duo Grego:
quippe ſunt martyrij gn̄a: vnū ī mēte: aliđ
in mēte ſimul ꝛ actiōe. Itaq; ſine ferro mar
tyres eſſe poſſumus ſi patiētiā veraciter in
aīo cuſtodim⁹. Patiētia aūt vera ſm̄ eūdē Patiē-
Greg. eſt iniurias fortiter ſuſtinere ꝛ poſtea tia ỽa.
vindictā nō querere: ſed ex corde ei q̇ mala
irrogat ignoſcere ꝛ ꝯ eū nullo dolore morde
ri. Ille em̄ veraciter patiēs eſt q̇ ꝛ ipȝ amat
quē portat: nā tolerare ꝛ ī odiſſe nō eſt virt⁹
māſuetudinis: ſed velamentum furoris. vt
etiā dicit Bern̄. Uera patientia eſt pati vel
agere cōtra qđ liberat: ſed non preter qđ li-
ceat. Inſup ſm̄ Chri. Martyriū nō ſola ſan Bern̄:
guinis effuſiōe: ſȝ ꝛ abſtinētia pctōꝝ ꝛ exer- Chriſ.
citatione p̄ceptorū dei perficiꝛ. vn̄ et Bern̄. Marty
Semp xp̄iani pſecutionē patiunꝛ. Omnaque riū per
in mūdo ſunt perſequunꝛ xp̄ianū. Si come fectuȝ.
dero paululū et corpuſculū meū fuerit ro- Bern̄.
buſtū ſanitas corporis mei perſequiꝛ aīam
meā. Quocūq; me ỽtero pſecutio mihi eſt.
Si videro mulierē oculus meus perſequiꝛ
me: cupit em̄ interficere aīam meā. Si vide
ro diuitias ſi aurū: ſi poſſeſſiōes: ſi delitias
corpales: ſi pulchra veſtimēta: qđcūq; vide
ro pſequiꝛ aīam meā. Adoleſcētulū libido
perſequiꝛ. Non putem⁹ tm̄ in effuſione ſan-
guinis eſſe martyriū xp̄ianis ac religioſis.
Si ergo ſunt martyria in pacis tpe ſunt et
negatiōes. Ego hodie q̇ videor monachus
ſi rupero ꝓpoſitū meū xp̄m negaui. Et ſi in
pace xp̄m nego in perſecutione quid facerē
hoc ergo dico quia omni tēpore ſunt mar-
tyria ſunt ꝛ perſecutiones. hec Bern̄. Sicut
ergo patienter ſufferre debemus iniurias
ab alijs in nos dclatas: ita ꝛ tribulationes
infirmitatū ꝛ penas que nobis eueniūt pa
tienter ſufferre neceſſe eſt. Multis em̄ cala Tenta
mitatum tentationibus mētes bonoꝝ pul- tionum
ſantur ꝛ multis modis diabolo tentantur. pulſa-
Sed non amplius tentat eos ꝙ̄ dei volun- tio.
tas permittit: et ſi nolens tamē vtilitati eo-
rum ſeruiꝛ qn̄ eos tentationibus ſuis non
decipit: ſed potius erudit. Tentat antē eos
aliquādo per ſtimulos paupertatis nō po-
teſt eos mouere diuitias adhibet ad ſedu-
cendū ꝛ dum p cōtumelias et opprobria nō
preualet laudes ꝛ gloriam adhibet. Si per
ſalutem corporis non poteſt: egritudines
mittit: et dum per delectationes ſeducere
eos non poteſt: per moleſtias que cōtra vo-
tum eueniunt eos conantur ſubuertere.
Infirmitates vero etiam quaſdam aduer-
ſus eos qui tentandi ſunt adhibet vt per
eas puſillanimes faciens conturbet cha-
ritatem eorum quam habent ad deū. Sed
ꝙ̄uis concitaꝛ corpus ꝛ febribus validiſſis.

Aug. Chriſtū aio attēde: attēde apl'os: attē
de aio tot martyr̄ milia. Ibi videbitis non
ſolū viros: ſ₃ ēt feminas poſtremo pueros
⁊ puellas nec iprudētia decipi: nec iniquita
te puerti: nec piculoꝝ timore frangi: nec ſe
culi amore corrūpi. Ita te nō inuenientem
q̄d excuſes nō ſolū pceptoꝝ ineuitabilis re
ctitudo: ſ₃ ēt exēploꝝ innumerabilis multi
tudo circūdabit. hec Aug. S₃ ve nobis miſe
ris q̄ nec flectimur pceptis: nec monemur
exēplis. vt eñ ait Greg. Nos plerūq₃ ab ono
ope verba reuocāt ſctōs viros a ſctā inten
tione frangere: nec tormēta potuerunt nos
ad pcepta dñica largiri: noſtra ſaltem ſup
flua nolum⁹: ſcti nō ſolū deo ſubſtātiā con
tulerūt: ſed pro illo ēt ppriā carnē dederūt. h
Greg. Et magna q̄dē alacritate hoc multi
fecerūt ⁊ illā horā tāq̄ ad nuptias inuitati
expectauerūt. vñ Iſaac abbas ſirie dicit de
multis martyrib⁹ q̄ in hac die qua pſtola
bant coronā pcipere martyrij ſi pſciebāt h
eē ex reuelatiōe vel ab aliquo amico ſuo i
illa nocte aliq̄d nō guſtabāt: ſed a ſero vſq₃
ad mane ſtabāt vigilātes in oratione glori
ficantes deū i pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis
ſpūalib⁹ ⁊ in letitia ⁊ exultatiōe ſperabant
horā illā ſicut illi q̄ ſūt ad nuptias prepara
ti pſtolātes occurrere gladio in ieiunio ſuo
Nos quoq₃ q̄ ad inuiſibile martyriū vocati
ſum⁹ ad recipiēdas ſctificatiōis coronas vi
gilemus nec in aliq̄ pte negatiōis ſignū no
ſtris inimicis exhibeam⁹. hec Iſaac. Vides
ergo q̄ ſm doctoꝝ cōſiliū debem⁹ labores
⁊ agones ſctōꝝ nobis añ oculos ponere in
exēplū: vt ergo illis q̄ geſta ſanctoꝝ tanq̄
apocripha exufflātes nō ſolū legere nolūt:
ſed quātū in ipſis eſt: nec inter alios legi p
mittūt ⁊ iō tanq̄ illegitimi a ſctis prib⁹ in
religiōe xp̄iana degenerātes ſorte heredita
tis inter filios dei nō merentur nec merita
ad vnū etiā bn̄ficiū minus idoneus plura
occupat:ꝛ qui vnicū ꝯuis modicū vix offi-
cium implere ſufficeret plurimorū ſtipēdia
ſibi vendicat. Plura quidē bn̄ficia habētī-
bus paratꝭ vagādi et delinquendi materia:
diuinus cultus ꝛ hoſpitalitas in ipſis bn̄fi-
cijs minuitur:eccleſiarū cōmodis ꝛ honori
detrahitꝭ q̄ ꝑ hoc in ſpūalib⁹ ꝛ tp̄alib⁹ mul-
tipliciter collabuntur. Sed eſto ꝙ tales ha-
beant diſpēſationem ſuper pluralitate be-
neficioꝝ:nūquid diſpenſationē habere po-
tuerunt ſuper perpetratione p̄dictorū ma-
lorū? Que quidē mala tanta ſunt ꝙ ſola ad
damnationē ſufficiūt ꝛ reum in infernū de-
trudere poſſunt:vbi vnus vt plures in bn̄fi
cijs erit vnus vt plures in tormentis. Iſtos
ſm̄ Bern. ſupra montē excelſum valde dia-
bolus ducit quibus etiā omnia regna mū-
di ꝛ coꝝ gloriam oſtendit:ꝛ oſtenſa ſi proci-
dentes eum adorant dare promittit : et re-

Rom̄.
xviij.

Caput
fit cau-
da.

H

Quar-
tū ma-
lū. Be-
neficio-
rū plu-
ralitas

Hora. I
princi-
pio epi
ſtolaꝝ.

Diſpē-
ſatio.

Bern.
Math.
iiij.

uera poſtꝙ auaricie cõſulẽdo multa beneficia adepti ſunt eũ adorãt: eũ colũt et venerant: eũ quaſi deũ ſequunt: ⁊ poſt eũ i tenebris demergunt. ¶ Ubi nota quedã exempla q̃ de hac materia Guil. pariſienſis eps in theologia regẽs cõuocationẽ fecerat magiſtroꝝ. Et ꝓpoſita q̄ne de pluralitate beneficioꝝ ſolerti ⁊ lõga diſputatiõe probatũ eſt duo bñficia dũmõ vnũ q̃ndeci libras pariſienſes valeret ab vno teneri cum ſalute nõ poſſe. Hoc determinauit p̄dictus eps hoc oẽs alĳ magiſtri theologie determinauerũt: exceptis duob⁹. ſ. magiſtro Philippo pariſien. cancellario et magiſtro Arnoldo poſtmodũ ambianenſi epiſcopo. Quid aũt p̄dicto philippo cõtigerit audiamus agonizantẽ in morte dñs Guillelmus epiſcopus tanꝙ bonus paſtor viſitauit: rogans eũ vt ſingulari opinioni de pluralitate beneficiorũ cederet ⁊ omnia beneficia ſua vno excepto in manus eccleſie reſignaret. Sed renuit dicens ſe velle experiri vtrũ eſſet damnabile plura bñficia ab vno teneri. Mortu⁹ eſt ergo ſic ⁊ poſt paucos dies dicto pariſiẽſi epo in tetra ⁊ miſerabili forma apparuit dicẽs. Inter cetera ꝓpt pluralitatẽ bñficiorũ ſe eſſe dãnatũ. ¶ Similiter alius quidã cleric⁹ magne literature apparẽs cuidam poſt mortẽ ſuã dixit ſe dãnatũ ob hãc ſolã cauſam: qꝛ duas tenuit p̄bendas. Sup hac eadẽ queſtione Robertus romane eccleſie cardinalis ⁊ magiſter in theologia interrogatus morti vicin⁹ r̄ndit. Dico iam migraturus a vita ꝙ mortale ⁊ dãnabile eſt plura tenere bñficia. Hoc idem ſancte memorie Petrus cãtor pariſieñ. ⁊ dixit ⁊ ſcripſit. Hoc idẽ magr Guilhard⁹ cameraceñ. eps verbo hmõi cõfirmauit. Nollẽ inquit ꝓ toto auro arabie vna nocte duo bñficia detinere ⁊ hoc ꝓpter diſcrimẽ incerte vite. Super hoc etiã narrante Bernardo quondam dñi pape penitẽtiario cum beate memorie Gregor. papa nonus interrogaretur ſi poſſet de plenitudine ptãtis cũ pluriũ beneficiorum detentoribus diſpẽſare r̄ndit. Non poſſum inq̄t niſi tm̃ ſup vexatione detinentiũ diſpenſare. Qd forte iõ dixit: qꝛ vt viſum eſt plura mala ac pctã grauia et ineuitabilia inde ſubſequuntur ſuper quibus faciẽdis diſpenſatio cadere non videt: qꝛ pctm̃ in nullo caſu conceditur. Quis ergo erit ſapiens qui ſe fallat ⁊ tanto diſcrimini cõmittatur. Eſto ꝙ multi dicant hoc ⁊ multi alĳ in cõtrariũ opinent. hoc ſolum tñ mortale ab auguſtino doctoꝝ maximo iudicat cum q̄s incertitudinis periculo autem mortalis pcti diſcrimini ſe committit. Sic ⁊ hodie multi religioſi non ſolũ grangias: ſed et eccleſias non ſine animaꝝ periculo ſibi incorporando multiplicare ſoliciti ſunt: exponentes ſe periculo reddende rationis de animabus eccleſiarum quarum decimas ⁊ fructus percipiunt.

I

¶ Quintum malum eſt quia pleriqꝫ in beneficĳs non reſident: et fructus eorum percipientes debitum pro his laborem vel ſeruitiũ eccleſĳs non impendunt. Gaudent ⁊ ſe iactãt: qꝛ habẽt tot florenos ſibi apportatos: ſed timeãt ne ſint floreni eos ad infernum portantes. Fruſtra enim ſe iactant hr̃e beneficiũ vel mercedẽ cui⁹ nõ exhibẽt operationẽ. Sed eſto qd tales habeant diſpenſationẽ ſuper abſentia ſeu nõ reſidẽtia nunq̄d diſpẽſationẽ habere potuerũt ſup pctis ⁊ malis cõmittendis que ineuitabiliter ſequunt ex eorũ abſentia et negligentia? Et ideo bene eis eſſet ſi haberẽt vicariũ in tormentis ſicut excuſando ſe dicunt hr̃e in bñficĳs. Qui em̃ reſidere nolũt in bñficĳs timere habẽt ne reſidẽtiã ꝑpetuã faciant in tormentis. Et in hoc magis delinquũt p̄lati ⁊ curã habẽtes aiarũ qꝛ ex illoꝝ abſentia mai⁹ ſequit periculũ. Pauci q̄dẽ ex eis paſtores: ſed multi mercẽnarĳ ſunt: qꝛ nõ lucrũ aiarũ: ſed mercedẽ tꝑalis cõmodi aut lucri vel honoris q̄rũt. Iſtis bñ cõgruit illud Bern. vbi ait. Ue tibi clerice mors in olla mors in hmõi delitĳs. Pctã em̃ ppl̃i comedis ac ſi propria minus ſufficere viderent. Sumpt⁹ eccleſiaſticos gratis hr̃e te reputas: ſed bonum erat magis fodere ⁊ mendicare. Et iterũ Indign⁹ lacte ⁊ lana conuincit ſi nõ paſcit oues ſi non vigilat in cuſtodia gregis iudicium ſibi manducat ⁊ veſcit. Quid tibi inſipiens delitie ſapiunt? quid diuitie: ille cecos delectant oculos q̄bus mereris tã graue iudiciũ tã dure temetipſum obligas rationi. Uniuerſa ſiquidẽ vſqꝫ ad quadrantẽ nouiſſimũ exigeris. hec Bern. Et iterũ ſuper illo verbo prophete. Pctã ppl̃i mei comedent. Quaſi dicat pctoꝝ p̄cia exigunt ⁊ peccantibus debitã ſolicitudinẽ non ipendũt. Quẽ dabis mihi de numero prepoſitoꝝ qui non plus inuigilet ſubditoꝝ euacuãdis marſupĳs ꝙ vitĳs extirpandis. Ubi qui orando flectat irã qui p̄dicet annũ placabilem dño? Leuiora loquimur grauiora grauius manet iudiciũ. Miniſtri xp̄i ſunt ⁊ ſeruiũt antixp̄o. Honorati icedũt de bonis dñi qui dño honorẽ nõ fecerũt. hec Bern. Sunt aũt quidã qui eccleſĳs ⁊ ouibus ſuis proprĳs derelictis alĳs deſeruiũt eccleſĳs vel p̄dicãt ppl̃is: ſed per hoc de negligẽtia eccleſiarũ ⁊ ouiũ ſuarũ nõ excuſant apud deũ: qꝛ reddẽt rõnẽ de oib⁹ vſqꝫ ad quadrantẽ nouiſſimũ: allegãt etiã q̄nqꝫ non reſidentes ꝙ in eccleſĳs eorum ſunt rebelles ⁊ tyranni vel infideles ⁊ hmõi. In quo ſeipſos magis redarguũt: qꝛ vident lupũ ⁊ fugiũt: cum tñ ꝓ illoꝝ ⁊ ecclie vtilitate deberent tũc poti⁹

Quitũ maluz.
Ab.cũtia fructus habentiũ.

Bern.
Ex.iiij.
Re.iiij.
Oſee iiij.

ex mat. v.

residere. Sic ꝛ hodie multi in religiõe curã aiarũ habẽtes clauſtrũ quaſi carcerem fugiunt ꝛ cũ ſathã circũeundo terrã ꝛ pambulando eã q̃ſi vagi diſcurrũt: parũ timentes ꝙ ligatis vaſis coꝝ pedibus pꝛoĳciant in tenebras exterioꝛes. Pꝛimi q̃dẽ religionis patres: vꝛbes ꝛ palatia relinquentes ſolitudinẽ petebãt dicẽtes cũ hieronymo. Oppidum mihi carcer eſt: ꝛ ſolitudo paradiſus: ſed iſti vagi ſolitudinem deſerẽtes vꝛbes ꝛ palatia q̃rũt quaſi intra ſe dicẽtes: ſolitudo mihi carcer eſt: ꝛ oppidũ paradiſus. Un̄ talibus bñ cõpetit: et de eis ſcribi poſſet ꝙ de quodã hmõi poſt moꝛtẽ eius q̃ſi pꝛo epitaphio q̃dam verſificatoꝛ ſic ſcripſit. Dũ fuit in mũdo p mũdũ verit eũdo. Hec poſtrema dies h̃ ſibi pꝛima q̃es.

Clauſtri fuga.

Epitha. vagi.

K

Sextuꝫ maluꝫ. Bonorũ eccleſie inutilis abſũptio. Bern̄.

❡ Sextum malũ eſt: qꝛ multi fructibus bñficioꝝ ꝛ bonis eccleſiaſticis abuti nõ metuũt ac p̃rimoniũ xp̃i ꝛ res pauperũ in vſus ſuperfluos ꝛ illicitos cõuertũt. Quãtũcũq; eñ vtiliter in bñficio q̃s laboꝛet vltra tñ victũ et veſtitũ ſibi vendicare non dꝫ. Quicq̃d ampli⁹ eſt pauperũ eſt. vñ Bern̄. Sed eſto ſtudioſe q̃s fructuoſe laboꝛet: viuat de altari vt alimẽta ꝛ quibus tegaƚ habẽs his cõtẽt⁹ ſit. Nõ ſupbiat: non luxurieƚ: deniq; nõ diteƚ nec ex clericatu ditioꝛ fiat: non ſibi de bonis eccleſie ampla palatia fabꝛicet: nec loculos inde ꝯgreget nec in vanitate aut ſupfluitate diſpgat nõ extollat de facultatib⁹ eccl̄ie cõſanguineos ſuos aut nepotes ne filias dixerim nuptui tradat. Res pauperũ nõ paupibus dare par ſacrilegĳ crimẽ eẽ dinoſcitur. Nec eñ oꝛdinauit deus his q̃ euãgelio ſeruiunt de euangelio q̃rere: aut hr̄e delitias: aut oꝛnatũ: ſꝫ viuere ait apl̄s de eo: vt vꝫ ſint cõtenti alimenta coꝛpoꝛis nõ gule irritamenta: aut incẽtiua libidinis ꝛ q̃bus tegantur non quib⁹ oꝛneƚ accipere. Et iterũ pauci admodũ ſunt q̃ nõ q̃ ſua ſunt q̃rãt. Diligũt munera: non pñt pariter diligere xp̄m: qꝛ man⁹ dederũt mãmone. Intuere quõ incedũt nitidi ꝛ oꝛnati circũamicti varietatib⁹ tanq̃ ſponſa pꝛocedẽs de thalamo ſuo: nõne quẽpiã taliũ repente emin⁹ ꝓcedẽtẽ aſpexeris ſponſam poti⁹ putabis q̃ ſpõſe cuſtodẽ. Un̄ vero hanc illis exuberare exiſtimas rerũ affluentiã: veſtiũ ſplẽdoꝛem: mẽſaꝝ luxuriã congeriẽ vaſoꝛũ argẽteoꝛũ ꝛ aureoꝛũ niſi de bonis ſponſe. Inde eſt q̃d illa pauper ꝛ inops ꝛ nuda relinquiƚ facie miſeranda inculta hiſpida: exãguis. Propter hoc nõ eſt hoc t pe oꝛnare ſpõſam ſꝫ ſpoliare nõ ẽ cuſtodire ſꝫ pdere: nõ eſt defendere ſed exponere: nõ eſt inſtruere ſed pꝛoſtituere: non eſt paſcere gregẽ: ſed mactare ꝛ deuoꝛare dicente de illis dño q̃ deuoꝛant plebem meã vt cibum panis: ꝛ qꝛ comederunt iacob: ꝛ locũ eius deſolauerunt. hec Bern̄.

Prelatoꝛum põpa.

Sic et hodie multi religioſi bonis monaſterĳ abuti non verentur: et diuitem purpura et byſſo indutum imitando querunt ad induendum nõ quod vtilius ſed quod ſubtilius inuenitur: non quod frigus expellat: ſed quod ſuperbire compellat: et cũ eodem diuite epulari quotidie ſplendide volunt et pꝛo carnibus a quibus abſtinetur ſtudium ſuum in piſcibus ꝛ delitĳs varĳs ponunt: ſm q̃d de quibuſdam dꝛ plus in ſalmone q̃ in ſalmone ſtudent: quod ſm Pꝛoſperũ: nõ ẽ delitias reſecare ſed vnã in aliã cõmutare. Un̄ ꝛ Aug. Qui ſic a carnibus ſe tẽperãt vt alias eſcas: ꝛ difficilioꝛis pꝛeparationis ꝛ pꝛecĳ maioꝛis inquirant: multũ errant. Non eñ eſt hoc ſuſcipere abſtinẽtiã: ſed inuitare luxuriã. Iſti nõ intelligũt ꝙ i his hamũ accipiũt: qꝛ penã ꝓ ſingulis exoluẽt: ꝛ q̃tũ ſe gloꝛificauerũt ꝛ in delitĳs fuerũt tñ de toꝛmento ꝛ luctu habebũt. Utinã multi mercennarĳ ꝛ pſeudo paſtores hec attenderent qui plus de ſeipſis etiã ſanis q̃ ſuis ſubditis etiam infirmis ſoliciti ſunt plus q̃ ſibi in voluptatib⁹ q̃ ſubditis in neceſſitatibus condeſcẽdũt. Et iõ ſepe hmõi mercenarĳ diris a deo caſtigantur flagellis: ſed intelligere nolunt vñ hoc flagella ꝓcedũt cõquerẽtes q̃nq; de pcuſſiõe ſed tacẽtes de cauſa mouẽte ſm illud ꝙ cõmuniter dꝛ pcutiƚ puer ꝛ queriƚ: ſed cauſa taceƚ. Q̃nq; etiam iuſto dei iudicio tales in neceſſitate deſeruƚ ab alĳs vt ſicut fecerũt fiat ꝛ ipſis: ꝛ vtinã hec ſaperent ꝛ intelligerẽt ꝛ ſe emendarẽt.

Proſp. Augu.

Ham⁹ i cibis et veſtib⁹ ſuperfluis.

L

Septimũ malum curioſitas clericoꝛũ.

❡ Septimũ malum ꝙ p̄cedenti ſepe malo ẽ annexũ eſt maledictũ curioſitatis vitiũ a quo tã in faciendo q̃ vtendo tanq̃ a venenoſo ſerpente eſt olbus dei ſeruis abſtinendũ. Curioſa eñ qui faciunt ꝛ qui eis vti volunt mundo viuunt et ſeruiunt. Talia namq; ſunt oꝛnamenta mundi ꝛ blaſphemia dei. Qui vero in puritate cõſcientie intendit viuere: mirũ quõ in faciendo vel vtendo ſe audet hac fece fedare. Eſt eñ periculoſum et eſt valde magnũ vitiũ. Pꝛimo qꝛ tẽpus ad laudandum deũ cõceſſum pditur ꝛ contra ipſum in vanis expendiƚ. Multo eñ plus de tpe occupat curioſum opus q̃ expediat ꝛ hoc valde malũ eẽ nullus ſapiẽs ignoꝛat. Scdo qꝛ facienti eſt cauſa vane glr̄e ꝛ iactãtie. O q̃ties cogitat ꝛ recogitat ac mente reuoluit q̃ñ non operaƚ: ac etiã q̃ñ diuinis intendere debet: vt pulchꝛum opus faciat. O quoties illud aſpicit ꝛ inde ſe reputat ꝛ apud alios reputari vult et ſic iactat. Tertio qꝛ etiam ei cui facit eſt cauſa ꝛ occaſio ſuperbie. Tali eñ oleo ignis ſuperbie nutritur: ꝛ magis accenditur. Nam ſicut rudia et groſſa ſunt humilitatis fomentum: ſic curioſa et pulchꝛa ſuperbie ſunt nutrimentũ. Quarto qꝛ

Curioſitatis picula ꝛ mala.

eſt materia ꝛ occaſio retrahendi animũ a deo:nã ſm Greg. Tãto qs a ſuperno amore diſiungit̃ q̃to inferius delectat̃. Quinto qꝛ eſt cõcupiſcẽtia ꝛ voluptas oculoꝝ. Ad nihil eñ talia curioſa valere vident̃ niſi vt inde oculi paſcant̃:ꝛ ꝑ cõſequẽs etiã animus ex eis diſtrahit̃. Sexto qꝛ multoꝝ alioꝝ eſt laqueꝰ ꝛ ruina. Nã talia reſpiciẽtes multis modis offendere poſſunt vel delectabiliter aſpiciendo ꝛ ſimilia cõcupiſcẽdo vel detrahendo ꝛ maledicendo ſeu aliȷs ſcandalũ et malũ exemplũ inde trahẽdo. Cogita ergo quoties deus offendi poterit anteq̃ illa curioſitas deleta ſit. De oibꝰ aũt illis offenſis ipſe qui tale opus fecit vel fieri procurauit eſt in cã:ꝛ ꝑ conſequẽs in culpa. Ecce quot mala ex tali curioſitate ꝓueniunt. Adhuc eſt ꝛ aliud magnum malũ valde:qꝛ curioſitas directe obuiat paupertati. Et vltra oĩa predicta eſt hoc malũ q̃ leuis ac vani ꝛ incõſtãtis animi eſt iudiciũ ꝛ ſuperbie in corde latentis ſignum. Hoc autẽ malũ curioſitatis nõ ſolũ reperitur in clericis:ſed etiam pleriſq; religioſis. Quidã eñ eoꝝ relicta ꝛ quaſi contempta antiquorum patrum ſimplicitate ꝛ humilitate nouitates ſeculares in multis ad vſum pertinẽtibꝰ adinueniũt ꝛ diabolũ adulterãtẽ cũ ſuis ſatellitibus in religionẽ introducũt. vnde non vident̃ filȷ religionis veri ꝛ legitimi ſed potius adulteri:quia a ſanctis patribus degenerantes adulterinas nouitates ꝛ curioſitates adinueniunt:ꝛ quales ſunt talia opera faciunt. Unde de eis illud vulgare dici põt. Qualis erat mulier:tale coquebat holus. Miniſtri ergo diaboli ſunt:qꝛ opus eius faciẽdo ſibi ſeruiunt. Et ideo ꝓpter nullum de mundo tale opus quis facere debet nec velle pro ſe fieri etiã ſi gratis fieret:qꝛ nulla de cã peccato eſt conſentiendum ꝛ ab offenſa dei eſt omnibꝰ modis abſtinendũ. Nã vt dicit Anſel. Omne peccatũ per preuaricationẽ deũ exhonorat. Si ergo peccare eſt deũ exhonorare hoc homo facere nõ deberet etiã ſi neceſſe eſſet perire omne qđ deus non eſt. Mirum ergo valde q̃uo homuncio cinis ꝛ puluis tam audacter deũ ꝛ tantã maieſtatẽ preſumit offendere. Uñ Berñ. Tangit mõtes ꝛ fumigãt ꝛ tam tremendã maieſtatẽ audet irritare puluiſculus vno leui flatu diſpgendus ꝛ minime recolligẽdus. Et ſi ꝓpter nullum aliũ curioſa facere deberes:quãto magis offendis ſi ꝓprio motu ad ſolã complacentiã talia facit:volẽs magis complacere creature q̃ creatori. Ex premiſſis igit̃ apparet aliquãtulũ in quali ꝛ quãto periculo ſit hodie ſtatus clericoꝝ:ꝛ quanta per eos veniunt ſcãdala:quantãq; perſecutionẽ ſuſcitant in eccleſia. Illi eñ vere eccleſiã perſequunt̃ q̃ vitȷs ꝛ malis exẽplis perſequuntur. Illi acerbiꝰ ſanguinẽ fundũt q̃ xp̄m q̃tũ in ipſis eſt in hoĩe occidũt. Uñ Berñ. Si dñs ꝓpriũ ſanguinẽ dedit in preciũ redemptionis animarũ:nonne tibi videt̃ grauiorem ſuſcitare perſecutionẽ qui ſuggeſtione mala exẽplo pernicioſo ſcandali occaſione auertit ab eo alas quas redemit ab illo q̃ ſanguinẽ ſuũ fudit. Et iterũ. Quis obſecro laicoꝝ auidius clericis acquirit temporalia ꝛ ineptius vtit̃ acquiſitis? Cũ tñ faſtũ videãt laici in ſupellectili clericoꝝ:nõne ꝑ eos potiꝰ inuitant̃ ad mũdũ diligẽdũ q̃ negligẽdũ? Medice cura teipſum. Si mũdum predicas contẽnendũ cõtẽne tu prius:ꝛ ad ipſum alios efficaciꝰ inuitabis. Da voci tue vocẽ virtutis cõſonet vita ꝟbis ꝛ ſtatim erit in ore tuo viuax ꝛ efficax ſermo dei penetrabilior omni gladio ancipiti. Nõ ſic profecto eſt ſed ſicut populus ſic ſacerdos ſicut laicꝰ ſic ꝛ clericus vterq; cupit:vterq; diligit mũdum ꝛ ea q̃ in mundo ſunt. Laicus tñ cum labore:ſed clericus ſine labore volunt poſſidere totumꝰ mundũ. Communicare volũt cupiditati ꝛ ſuperfluitati hoim ſed nõ labori. Peccare volũt:ſed non flagellari cum hominibꝰ. Unde timẽdũ eſt q̃ flagellent̃ cum demonibꝰ. Q̃uo ſeculares nõ expenderent ſubſtãtiã ſuã viuẽdo luxurioſe etiã in p̄ſentia ſacerdotũ q̃uo nõ intenderẽt vanitatibus ꝛ lenocinȷs huius ſeculi? q̃uo nõ eẽnt inſolẽtes ꝛ elati:cũ tantũ faſtum tantã inſolentiã videant clericorum? Nonne in preſentia eoꝝ irreuerenter abutimini eleemoſynis pauperũ? De patrimonio crucis xp̄i nõ facitis codices in eccleſȷs:ſed paſcitis pellices ipinguatis carnes:adornatis eq̃s. Et vere in capitibus omnibꝰ olim plateaꝝ diſperſi ſunt lapides ſanctuarȷ. Platee late ſunt ꝛ lata eſt via q̃ ducit ad mortẽ. Lapides ergo ſanctuarȷ .i. ſacerdotes ſunt in capitibꝰ .i. in introitu lataꝝ viaꝝ. docent eñ populos per praua exempla ingredi vias latas que ducũt ad mortẽ:ꝛ demergũt in ꝓfundũ inferni. Dolor capitis in membra redundat. Et merito clamat ſancta eccl̄ia hodie. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Multa eſt hodie ꝛ longe grauior q̃ credi poſſit perſecutio ſancte eccleſie:ꝛ talis incũbit qualis nõ fuit a principio. Multis modis perſecutꝰ eſt eã diabolꝰ:ſꝫ nũq̃ grauius q̃ hodie:qꝛ nunq̃ fuit maior perditio xp̄ianoꝝ nec liberior aut ſecurior trãſgreſſio diuinoꝝ preceptoꝝ. eccleſiã incipiẽtem perſecutus eſt per tyrãnos:ꝓficientẽ perſecutus eſt per hereticos:iam letã ꝛ florẽtem perſequitur per motus illicitos. hec Berñ. Adhuc autẽ vnũ de clericis in fine ſubiungo exemplũ. Clericꝰ quidã in ſynodo eporum predicari pulſus anguſtiabat̃ nõ modicum quidnã digne poſſet coram eccleſie

Berñ. Scãdalizãtiũ malũ.

Lu. iiij.

Tre. iiij. Lapides ſanctuarũ.


Eſaie. xxxviij.

Exẽplũ de clerico.

prelatis predicare. At vbi acceſſurus in oro-
ne iaceret venit ad eū diabol⁹: ⁊ dixit. Quid
anguſtiaris iſtis clericis predicare? Dic eis
iſtud ⁊ non aliud. Princeps inferni ſalutat
principes eccl'ie leti oēs nos eiſdem referi-
mus grās: q: p eorū negligentiā ad nos fe-
re totus mundus deuoluit: q: cū ipſis pla-
tis nobis eorū ſubditi pariter offerunt. In-
uitus qdē tibi dico: ſed altiſſimi iuſſione co
actus. Quā vera iſta ſint ſtatus pculdubio
eccleſie mōſtrat q nullā trium malorū q in
mundo ſunt. ſ. ſuperbie: auaritie: luxurie cō
paratione recipit in clericis ⁊ prelatis. Uñ
moderatores orbis ⁊ reges magnos vite du
ces: comites ⁊ barones nihil videbis in co-
rum cultu ⁊ apparatu tam ſingulariter ex-
qſitū tā pōpoſum. Eorū auaritiā ſi attēdas
nullā mercatorū nullā ciuiū talem reperies
Quoniā tñ heredes legitimos ſi haberent
tolerabilior inſania videretur. De luxuria
vero eorū nihil diffinire preſumo niſi q illā
ſolus nouerit oīps qui renū ⁊ cordiū ſcruta-
Luxuria clericorū. tor eſt deus. A qua quidē luxuria valde ter
rere deberent eos quorundā clericorū exem
pla de quib⁹ noui quoſdā ſubito ⁊ improui-
ſe in latrina ⁊ fetore vitā ſuā fetidam termi
naſſe ⁊ qdā in ipſo actu ſimul cū fine opis
expiraſſe. Et ſi qris de gula q fomētū eſt lu-
xurie iuenies pplm ſemel i āno carniſpriuiū
facere ſ3 clerū qtidie. In ſabbato qq3 d'litijs
affluere mos erat iudeis veri ſabbati igna-
ris quos clerici in hoc ſatis imitantur in fe
ſtis dieb⁹ delicati⁹ cōuiuātes nec alr diē fe
ſtū niſi plus ſolito ſe ingurgitēt reputātes
vñ dic. Cū ſupbia ppria ſit demonib⁹ ſiue
Hiero. mōſtrū ex vitijs malus cleric⁹ ē mulierib⁹ luxuria pecudib⁹ auaritia mer-
catoribus: ex his factū eſt mōſtrū quod eſt
malus cleric⁹. Silr in religioſis inuenire po
teris vnū mōſtrū ex hmōi malis compoſitū
Qñq3 em pſidēs eſt ſupb⁹ ⁊ ābitioſus dili-
gēs pēſſe ⁊ querens modis oībus in officio
remanere. Eſt etiā qñq3 cū hoc cōcupiſcen-
tie carnis dedit⁹ qrēs frequēter occaſiōes
vacandi delicijs ⁊ voluptatib⁹. Eſt inſuper
qñq3 cōcupiſcētia oculorū ⁊ auaritia cecat⁹
p queſtu faciendo diſcurrēs ⁊ qualitercun
q3 tpalia acqrēs vel acquiſita recipiens. Et
q: l ſe h3 hec tria ex quibus oriuntur oia hu
ius ſeculi mala. nā teſtāte ioāne oē quod ē
in mūdo aut eſt cōcupiſcētia carnis aut cō
Tria capitalia mala. 1. Jo. ij. cupiſcētia oculorū aut ſupbia vite: nō expe-
ctare h3 p retributiōe cōdigna oia ſeculi
alteri⁹ incōmoda. Si quis pter predicta
mihi ea ſcribēti iraſcit talis de ſeipſo q hu-
iuſmodi ſit cōfitetur. Multi em cum eis ve
ritas pponit indigne ferunt ⁊ cū a iter eua
dere nō poſſunt reſpōdent q de talib⁹ ſibi
cōſciētiā non faciunt: ⁊ hec eſt mala cōſcien
tia: q: veritati ⁊ rationi cōtraria. Uñ notan
dum q quadruplex eſt cōſcientia. ſ. due bo-
ne ⁊ due male. Prima eſt bona ⁊ trāquilla
⁊ hec eſt illius q pctā pterita punit ⁊ cōmit A
tēda diligēter refugit. De qua in pſal. Bea Cōſciētia quadruplex.
tus vir cui nō imputauit dñs pctm̄. Omne
autē qd ipſe nō imputare decreuit: ſic eſt qſi
nō fuerit. Scda eſt bona ſed turbata q ſe le- p̄.xxxi.
uat nō tñ in dulcedine ſ3 in amaritudine re Lu.xxij.
pugnāte ſenſualitate ita vt dura videat ei ps.xc.
via recta: ⁊ pea vita: lōga vigilia: oro proli-
xa: rudis veſtis: cibus agreſtis: ⁊ tñ retinet
ſe freno timoris. Sed audiet iſte a xpo cū
apoſtolis. Uos eſtis qui permanſiſtis mecū
in tētationib⁹ meis. ⁊ illd pſal. Cū ipſo ſum ps.ix.
in tribulatione. Tertia eſt mala ⁊ turbata p.lxxxij.
q nō tantū timet pctm̄ qtum deprehēdi in
pctō: ⁊ minus timet dei offenſam q peccati
infamiā. De q in pſal. In operibus manuū
ſuarū cōprehēſus eſt peccator. Et iterū. Im
ple facies eorū ignominia: ⁊ querent nomē
tuū dñe. Quarta eſt mala ⁊ tranquilla ac p
hoc ſumme periculoſa. Iſta nec timet deū
offendere nec hominem veretur ſcandali- Peccare cū ſecuritate.
zare q cū venerit in pfundū peccatorū con
tēnit: ⁊ ideo in peccato quiete manet. Sed
huic eſt qua tantū prouocet vindicta iudi-
cis ſicut cum ſecuritate peccare ⁊ nō deſiſte
re a peccatis Talis eſt conſcientia quorū-
dā q cū errāt ⁊ malefaciunt ita q etiā ſcri-
ptura vel rōne cōuinci pñt poſtpoſito dei ti-
more dicūt q nō faciunt ſibi cōſciētiā: putā
tes q deus iudicādo eorū ſequat opinionē
fantaſticam ⁊ relinquat iuſtitiam. Oratio.

Domine ieſu xpe q ſupbis reſiſtis
⁊ humilib⁹ das gratiā: da cūctis
ſtatū dignitatis ⁊ regiminis p bo
no obediētie humiliter ⁊ ſine am-
bitione ſuſcipiētib⁹: ⁊ ſic in eo pſe
uerātibus gratiā in pñti ⁊ gloriā in futuro
⁊ reſiſtere ambitioſis ſepiēdo vias eorū ſpi-
nis ne pſperent in eis ita vt neq3 preeſſe ho
minib⁹ delectent: neq3 honoris ſui ſingula-
ritate letent: ſicq3 tandē illuminati ⁊ ad cor
reuerſi a peſtifero vitio ambitionis deſiſtat
⁊ tales eſſe deſinant: vt vite miſerāte in eter
num non pereant. Amen.

¶ De eo q dñs ſupra mare ambulauit: et petrum ne mergeretur erexit. Capitu.lxix.



Interim aūt q dñs orauit in mōte ſol⁹ A Math. xiiij.
(nauicula) in qua erāt diſcipuli (i medio maris ia- Joā. vj. mar. vj.
ctabat fluctib⁹) ⁊ laborabant in remigādo (q: ven
tus erat eis ɔtrari⁹.) Ex q aduerte q formidāda ſit
xpi abſētia: q: illi q xpi ſo-

cietate carēt tentationib⁹ exponunť. Cōſpi
ce igiť eos ⁊ ipſis cōpatere: quia in magna
ſunt anguſtia ⁊ tribulatiōe. Tempeſtas eñ
eos inuaſit: ⁊ tp̄s nocturnū eſt ⁊ abſq̄ dño
ſuo ſunt. Cū autē a ſero ⁊ deinceps quaſi ꝑ
totā noctē laboraſſent (videns eos dñs ocu
lis mie in mari) laborantes (quarta vigilia
noctis) de monte deſcēdit (⁊ ambulās ſupra
mare) eis appropiquauit. Diuidiť aūt nox
in quatuor ꝑtes ſm quatuor excubias ſeu
vigilias quas faciūt in caſtris excubātes ⁊
ꝑ vices quatuor ſibi ſuccedentes. Prima dr
cōticiniū: qꝛ tunc oēs dormiēdo cōticent et
tacent. Scđa intēpeſtū: qꝛ nondū eſt tp̄s ad
ſurgēdū vel operandū. Tertia galliciniū: qꝛ
tūc excitať gall⁹ ad cātandū. Quarta ante-
lucanū: qꝛ añ lucē. Vñ quelibet vigilia tres
horas hꝫ: qꝛ vt ait Hierony. Stationes ⁊ vi
gilie militares in tria horarum ſpacia diui-
duntur. Patet ergo ꝙ quaſi per totā noctē
periclitati fuerūt quia pene iam nocte fini-
ta dñs ad eos venit ⁊ non mox: ſed demū tñ
eis ſuccurrit: quia ⁊ ſi ad horam differre vi-
detur auxiliū tribulatis tandem tñ eos cō-
ſolari ⁊ corroborare nō deſinit. vnde Theo-
phi. Permiſit autē dñs ꝑiclitari diſcipulos
vt fierent patiētes. vnde nō ſtatim eis aſti-
tit: ſed ꝑ totā noctē periclitari ꝑmiſit vt do-
ceret eos patiēter expectare vt nō a princi-
pio in tribulationibus ſperarent ſubſidiū.
Et iterū. Vide qūo nō in principio periculi
dñs aſtitit: ſed in fine ꝑmittit nāq̄ nos eſſe
in medio periculorū vt certātes in tribula-
tionib⁹ probabiliores fiam⁹: ⁊ vt ad ip̄m ſo-
lum recurramus q̇ potens eſt ex inſperatis
nos liberare: cū eñ intellect⁹ humanus ſi-
bi ꝓuidere nō poterit: tūc ſal⁹ diuina adue-
nit. Cōſidera nūc dñm qūo fatigatus ex vi-
gilia longa ⁊ orōne prolixa ſolus deſcendit
noctis tp̄e pedib⁹ nudis de monte laborio-
ſo ⁊ forte petroſo ⁊ vehemēter ei cōpatere ⁊
quomodo vadit ſupra mare firmo veſtigio
et nō infuſis pedibus ſicut ſupra terrā non
quidē aſſumpta agilitate: ſed corporis gra-
uitate: ⁊ aquaꝝ liq̇ditate manente. Cognouit
eñ creatura ſuū creatorē: cuius etiā ꝑtāti
ſubiecte ſunt oēs tribulationes mūdi: vnde
miraculoſe hoc fecit: ſicut qñ virgo perma-
nens virgo peperit: et qñ manēte corporis ſo-
liditate ꝑ clauſa oſtia dñs intrauit. Cū aūt
appropinquauit naui diſcipuli videntes eū
turbati ſunt: ⁊ pre timore (clamauerūt pu-
tantes eſſe fantaſma) et apparitionē rei nō
exiſtētis vel alicuius ſpirit⁹ nocere volētis
et tñ iam viderāt eū tanta miracula feciſſe
ꝙ credere deberēt ipſum ſuper aquas poſ-
ſe ambulare. Et qꝛ vt ex hoc apparet parue
fidei erant: ideo (eos preterire volebat) id
eſt ad modum volentis ſe habebat eo mo-
do ſicut poſt reſurrectionē ſuam ambulās
cum duob⁹ diſcipulis finxit ſe longius ire:
quia non cognoſcebatur: tales enim appa-
ritiones fiunt cōiter ſm diſpoſitionem in-
teriorē ipſorū quib⁹ oſtendiť. Ideo etiā ad — Gratia
horam preterire volebat vt dilatata gratia — dilata
magis grata foret et liberatio dulcior eſſet — dulci-
ſic ⁊ finxit ſe longius ire: vt deſideriū accen- — or.
deret. At benign⁹ dñs amplius eos vexari
nolēs ne abſorberenť a timore: quia prope
eſt oibus inuocātibus eum in veritate: ſta-
tim aſſecurauit eos dicēs. Habete fiduciā
ſcꝫ liberationis contra deſperationē tribu-
lationis. (Ego ſum) liberator nō fantaſma
(nolite timere) quia poſſum vos de pericu-
lo aque eripere. ſm Hiero. nō dixit qs eſſet — Hiero.
qꝛ ex voce ſibi nota poterāt magiſtrū agno-
ſcere: vel vt intelligerēt ipſum eſſe q̇ moyſi
dixerat: qui eſt miſit me ad vos. vbi Chriſ.
Non cognoſcebant ꝑſonā eius ꝓpter tene-
bras ſtatim aūt in voce cognouerūt eū et ti-
mor ſolutus eſt. vbi ⁊ Theop. Cum aūt ho
mines vel demones nos per timorē nituntť
mouere: audiamus xp̄m dicentē. (Ego ſum
nolite timere). i. ego ſemper aſſiſto: et ſicut
deus permaneo et nunꝗ̄ pertranſeo. Non — Chriſ.
perdatis in me fidem pro falſis terroribus. — Theo.
Tunc petrus amore vehemēti ſuccēſus ſti-
mulatus: cupiēſq̄ ad dñm venire ⁊ illi pro-
pinquior eſſe dixit. (Dñe ſi tu es). ſ. libera-
tor et ſaluator (iube me venire ad te ſuper
aquas). q. d. ſm Hierony. Tu precipe ⁊ il- — Hiero.
lico ſolidabunť: vñ leue fiet corpus qđ ꝑ ſe
eſt graue. Et inuit illi dñs voce et manu vt
veniret. Et cōfiſus de dñi potētia inſiliūt i ma
re: cepitq̄ et ipſe ſupra mare ambulare vt — Ambu-
ad ieſum poſſet venire. Felix mot⁹: qꝛ ſuper — latio
aquas mūdane ꝓſperitatis ꝑ cōtēptū: ſꝫ fe — petri
licior termin⁹: qꝛ vt veniret ad ieſuꝫ ſalua- — ſup ma
torē alarū. Intm eñ deſiderabat xp̄i ſocie- — re. Pe
tatē ꝙ nolebat expectare aduentū eius vſ- — tri fer-
q̄ ad nauē: ſed volebat occurrere ſuꝑ aquā — uor.
oblitus pre amore xp̄i aque ꝑiculū. Vbiq̄
petr⁹ frequētiſſime ⁊ ardētiſſime fidei fuiſ-
ſe monſtrať. Neq̄ eñ ꝓfundiſſimo pelago
ſe crederet niſi fidē certiſſimam de dño ha-
beret. Sciebat eñ ſaluatorē noſtrū oia poſ-
ſe ⁊ nihil minus de poteſtate in mari ꝙ̄ in
terra eum credebat hr̄e. Et in hoc miracu-
lum mai⁹ apparuit: qꝛ non ſolū xp̄s virtute
diuinitatis ſuꝑ aq̄s ambulauit: ſed etiā pe
trus eadē virtute ad ip̄ꝫ venit. Sed poſtea
petr⁹ videns ventū validū ⁊ vehementē ti-
muit ex infirmitate hois ⁊ titubauit ⁊ qꝛ pa
rū dubitauit parꝝ ſubmerſus fuit. Fides ar
debat ſed hūana infirmitas in ꝓfundū tra-
hebat. Supra mare dñs eū ambulare facit:
vt diuinitatis ſue potentiā oſtendat: mer-
gi facit vt propriā infirmitatē cognoſcat ne
putet ſe equalē deo ⁊ ſuꝑbiat. Relinquiť er
go paululū tētationi vt ita ꝑ orōne augeať

fides eius credentis ſe dñi imꝑio poſſe libe rari. (Et cũ cepiſſet mergi: ſtatim dñm inuo cauit: et dextera dñi eũ ne mergeret crexit ac naui reſtituens dixit ei. Modice fide q̃re dubitaſti?) In hoc em̃ paruitas fidei in pe tro apparuit: q2 ex q̃ ad preceptũ dei ſuꝑ aq̃s liq̃das ãbulauerat de vẽto cõtrario timere nõ debebat. vñ Chri. Ut igit̃ mõſtraret q̃m nõ vẽti imiſſio ſed illi⁹ modica credulitas piculũ opabat̃: ſubdit̃ modice fidei q̃re du bitaſti. In q̃ manifeſtat q2 neq3 vent⁹ noce re potuiſſet ſi fides firma fuiſſet. Modice fidei erat petr⁹ reſpectu eius q̃ expediebat ei: magne tñ ⁊ ardentiſſime reſpectu nr̃e fi dei. vñ Hiero. Si aplo petro q̃ cõfidẽter ſal uatorẽ rogauerat dicens. Dñe ſi tu es iube me venire ad te ſuꝑ aquas: q2 paululum ti muit dr̃ modice fidei q̃re dubitaſti: q̃d no bis dicendũ eſt q̃ hui⁹ modice fidei nec mi nimã q̃dẽ habem⁹ particulã. Intrauit aũt dñs nauẽ (ceſſauitq3 vent⁹) ⁊ tẽpeſtas ⁊ ola ſunt peccata. In hoc xp̃s ſe oñdit dñm aer3 ſicut in deambulatiõe ſuꝑ aq̃s oſtẽderat ſe dñ3 maris. Uñ dat̃ itelligi ꝙ dñs patit̃ nos ad tẽp⁹ tribulari vt virtus nr̃a ꝓbet̃ fina liter tñ ⁊ in neceſſitate nõ deſerit: ſed nobis ꝓxim⁹ ſit. Et ſtatim ṽtute diuĩa (fuit nauis ad terrã) ad quã ĩbant. ſ. bethſaydã ciuita tẽ in terra genezareth. Qd̃ autẽ ioãnes dr̃ diſcipulos veniſſe trãs mare in capharnaũ nõ eſt contrariũ: q2 capharnaũ ⁊ bethſayda ĩn eodẽ littore ſunt ⁊ vicine: ⁊ forte diſcipuli venerũt in cõfinio vtriuſq3: medium aũt ab vtroq3 extremo poſſum⁹ denoĩare. Uel ven to cõpellente venerunt primo capharnaũ ⁊ poſtea inde bethſaydã. Et ſic a deſerto be thſayde id eſt qd̃ pertinet ad terminos ciui tatis bethſayde in q̃ deſerto dñs turbas pa uit migrauerũt vſq3 ad ciuitatẽ bethſayde q2 inter ciuitatẽ ⁊ deſertũ ꝑtinens ad ciui tatẽ eſt mare ſeu ſtagnũ mediũ. Pluries le gimus diſcipulorũ nauiculã fluctibus ⁊ vẽ tis exagitatã: ſ3 nũq̃ ſubuerſa3. Sempꝫ enĩ3 deus adeſt ſuis in tribulatiõe q2 ꝓmiſit cũ eis tũc eſſe. vñ Bern. Quãtũcũq3 ſeuiat tri bulatio nõ memineri3 te derelictũ: ſ3 memi neris eſſe ſcriptũ: cũ ipo ſum in tribulatiõe. Et ego aliud interim in tribulatione q̃d re quiram? Bonũ mihi dñe tribulari dũmodo ipſe ſis mecũ q̃ regnare ſine te: gloriari ſi ne te. Miſtice nauicula iſta eſt eccleſia vel q̃libet fidelis aĩa: que fluctibus perſecutio nũ ⁊ tentationum ſeculi: modo in hereticis modo in tyrannis: modo in falſis fratribus tunditur et turbatur: cum ad patriam ce leſtem tendere conatur. Uentus cõtrarius eſt malignorũ ſpirituum flatus labor diſci pulorum in remigãdo: labores deſignat fi delium ad quietem patrie celeſtis perueni re conantium. Sed dñs videns laborãtes

pietatis intuitu corroborat: et aliquando manifeſto adiutorio liberat. Non em̃ au fert auxilium ⁊ ſi differat non derelinquit: ⁊ ſi quãdoq3 preſſuras exponat. Diluculo aũt appropinquante dñs ſupra mare ambulãs et preſſuras ſeculi cõprimens venit ad eos q2 cũ homo mentẽ ad ſupni lumen preſidij erexerit: aderit dñs q̃ ſicut lucifer matuti nis oẽs tenebras pellit ⁊ pericula tentatio nũ ceſſare facit. deo em̃ preſente pacificatur aĩa ⁊ fit tranquilla. Quia vero hec nauicu la nõ torpẽtes vehit: ſed fortiter remigãtes ſignificat qd̃ in eccleſia nõ deſidioſi ⁊ mol les ſed fortes ⁊ in bonis operib⁹ ꝑſeueran tes perueniunt ad portum eterne ſalutis. Moraliter mare mundus eſt nauicula eſt penitentia vel crux xp̃i: mot⁹ autem maris motus eſt tentationũ ex flatu demonũ: di ſcipuli ſunt in naui: q2 penitentia q̃ eſt par ticipatio crucis ⁊ paſſionis xp̃i nõ continet niſi diſcipulos dñi. Jeſus nõ eſt in naui: q2 penitentia non indiget eo qd̃ aquas concu piſcentie calcauit. Hec eſt ſcd̃a tabula poſt naufragiũ. vt dicit Hiero. ſine qua nullus venit ad litt⁹ ſolide eternitatis. Jeſus au ctor ſalutis inducit tranquillitatẽ: q2 ſedat tentationẽ: turbe ammirantur: quia nihil talis tranquillitatis in ſe experiuntur q2 nõ eſt par impijs. Petrus ambulans ſuper aquã nil mali paſſus eſt ab aqua: ſed a vẽto q̃ eũ fere ſubmerſit: ſic hoĩes ãbulando ſuꝑ aquã mũdi ꝑ cõtemptũ diuitiarũ nil ab eis mali patiunt̃: tamẽ dñt timere piculũ venti ſuperbe elatiõis: ꝓpter contẽptũ hm̃oi ex urgentis. Hoc dñt timere illi q̃ in anguſta penitentia vel religione ſunt ⁊ terrena di miſerũt ⁊ pedibus. i. affectionibus ⁊ deſide rijs quib⁹ aĩa gradit̃ ſuꝑ aquas ambulant ne vẽto ſuperbie agitẽtur ⁊ ſubmergantur. Uñ ꝑmo homini dictũ eſt dñamini vniuer ſis q̃ mouẽtur ſuꝑ terrã. Itẽ moraliter na uis eſt corpus humanũ in quo aĩa eſt ſicut nauta in naui q̃ fluctibus paſſionũ ire ⁊ cõ cupiſcentie q̃ in organis corporalibus ſunt frequenter impellitur ⁊ aliq̃n periclitatur nam motus paſſionis aliq̃n ſubuertit iudi ciũ rationis. Sed quarta vigilia q̃ terminat̃ in luce matutina xp̃s venit: q2 dũ mens ad ſuperni luminis claritatẽ oculos erigit paſ ſionum ipetus conquieſcit. Et tũc fit appli catio ad terrã genezareth. i. generãtis au ram per quã ſignificatur ſpirit⁹ aure lenis vbi eſt dñs et ſanantur infirmi a languore peccati. Sic ergo triplex hic occurrit mira culu3. ſ. ambulatio ſuper mare: ſopita tem peſtatis ſedatio: ⁊ nauis multũ a terra di ſtans ad portum deductio: vt diſcamus ꝙ fideles in quibus eſt chriſtus tumorẽ mun di premunt: fluctus tribulationũ calcant: ⁊ velociter ad terrã viuentiũ tranſeunt. vbi

Peri heſita tio.

Chriſ.

Hiero.

D Tribu latis bo nis ad eſt de⁹. Bern.

Mora liter.

Tabu la ſecũ da eſt penitẽ tia. Hiero.

Geñ. j. E Nauis.

Mora liter.

Mira culum triplex.

Augu. Attēdite ſeculū quaſi mare. Ventꝰ validus ⁊ magna tēpeſtas vnicuiq; ſua cupiditas. Amas deū ābulas ſup mare: ſub pedibus tuis eſt ſeculi tumor. Amas ſeculum abſorbet te. Amatores ſuos vexare nouit nō portare. Sȝ cū fluctat cupiditate cor tuū vt vincas tuā cupiditatem inuoca xp̄i diuinitatē. Diſce calcare ſeculū: memento fideȝ in xp̄o. Et ſi motus eſt pes tuꝰ ſi titubas: ſi aquā nō ſuperas: ſi mergi incipis. Dic per eo: libera me. Dic pereo: ne pereas. Solus enim a morte carnis liberat te q̄ mortuus eſt in carne ꝓ te. Hec Aug. vbi ⁊ Bed. Nec mirandū ſi aſcēdēte in nauiculā dn̄o ventꝰ ceſſauit: in quocūq; em̄ corde deus per gratiam ſui adeſt amoris mox vniuerſa vitiorū ⁊ aduerſantis mūdi ſiue ſpirituum malignorū bella cōpreſſa quieſcunt. Et vt ait Theo. ſi voluerimus xp̄m in nauiculā noſtram ſuſcipere. i. in cordibus noſtris habitare: ſtatim inueniemur in terra ad quam ire volumus in. i. celum. Cum aūt) dn̄s Jeſus ⁊ diſcipuli eius (trāſfretaſſent venerūt i terrā genezareth) ſic dictā a loci vicinitate ⁊ gētes regionis illiꝰ cognouerunt Jeſum: alij rumore ⁊ fama. alij facie ⁊ preſentia. Et perquirentes infirmos vniuerſe regionis illiꝰ adduxerūt eos ad Jeſum (vt vel fimbriā veſtimēti eius) mererentur tangere: ſcientes q̄ poterat eos curare: ⁊ conſequebant̄ beneficia curationū tā mēte q̄ corpore: qꝛ illos quos xp̄s ſanabat corpore ſanabat et mēte. vbi Chr. Nos aūt non ſolum fimbriā aut veſtimentū chriſti habemus: ſed etiam corpus eius: vt comedamus. Si ergo q̄ fimbriā veſtimēti eiꝰ tetigerūt tantā acceperūt ꝟtutē: multomagis qui totum ipſum ſuſtinent. hec Chriſo. Mira fides geraſenorum vt non tantum preſentium ſalute contenti ſint: ſed mittant ad alios per circumitū: vt currāt oēs ad medicū. Curre ⁊ tu ꝓ quacūq; infirmitate ad Jeſum autorem ſalutis: vt bn̄ficiū curatiōis cōſequi merearis. Hoc aūt facto dn̄i Jeſu ſignificat̄ q̄ predicator euangelij dȝ curare languidos ſp̄ualr̄ medicina p̄dicatiōis ⁊ ſancte operationis. Miſtice trāſfretatio hec ſignificat tranſitū xp̄i ad gentiles ꝑ apoſtolos. Innuit ergo p̄mo tranſitū apoſtolorum ⁊ gentiliū cōuerſionē genezar em̄ interpretatur vitiū natiuitatis ⁊ ſignificat gētilitatem: ſecundo, ſequenteȝ fidei cognitionē: qꝛ cognouerūt eū. tertio fidelium multiplicationē: qꝛ ad cōgregādū infirmos miſerunt in vniuerſam regionem. Et audiuit herodes tetrarcha famā bonā de Jeſu. i. de doctrina ⁊ miraculis eius: ita vt ⁊ ipſe ⁊ quidā alij mirarentur in eo ioānē reſurrexiſſe a mortuis. Et vere de mortuis ſurrexit qui de morte huiꝰ miſerie corporis ſm ſpiritū in vitā imortalem trāſiuit

Opinio em̄ omniū loquētiū de reſurrectione ⁊ immortalitate aīe fuit q̄ poſt reſurrectionē ſit homo maioris ⁊ excellētioris potētie ⁊ virtutis q̄ ante deū adhuc grauaret̄ in firmitate carnis: ⁊ ideo lȝ Joānes baptiſta nō feciſſet miracula in vita ſua herodes tn̄ credēs eū ſurrexiſſe a mortuis aſſerebat eū facere miracula. vnde Theophilus. Sciēs herodes q̄ ioānē iuſtū exiſtentē ſine cauſa occiderat: credebat eum a mortuis ſurrexiſſe: ⁊ q̄ꝺ ex reſurrectione ſuſcepiſſet miraculorū operationē. hec Theo. Per hoc autem moraliter deſignat̄ q̄ reſurgentes de morte culpe maiora virtutū opera debēt facere q̄ ante vt ſic oſtendant ſe gratos de ſua reſurrectione. ¶ Moraliter quoq; ioannem decollat qui bonū ꝓpoſitū ab aliquo aufert vel in ſe necat. Herodes vero inter dubium timidūq; vacillās optabat ſepius: ⁊ querebat videre ieſum magis ductus curioſitate videndi miracula q̄ deuotione: ⁊ vt ſi forte ſic ioannem poſſit agnoſcere imo volebat eum occidere. Per hunc ſignificant̄ curioſi qui facta miracula videre querunt ⁊ audire: ſed non imitari. Tremebat quidē ⁊ formidabat herodes ioannē adhuc viuū pauperē prorſus ⁊ nudū: timebat etiā ⁊ formidabat eū iam occiſum ⁊ mortuū. vn̄ Chri. Sed nec abſciſum eius caput ſecure poterat ac libenter aſpicere: qꝛ poſt mortē quoq; ioannis in illo terror vigebat. Tanta eſt vis q̄ꝓpe virtutis vt poſt mortem quoq; ſit viuentibus fortior: adeo eſt imbecillis neq̄tia etiā ſi honore regis inuetur etiā ſi preſidio multitudinis atq; vniuerſa huius mundi potētia fulciatur: omnibus tamen peccatoribus quibus ineſt cunctis omnino rebus fragiliores fecit. Et iterum. Peccatores em̄ ſciētes ⁊ neſcientes quemq; ſtrepitum pertimeſcunt. peccatum enim nemine arguente hominem prodit: neminem accuſante condemnat: ⁊ timidum ⁊ pigrum reddit delinquentem. hec Chri. ¶ Oratio.

Domine ieſu xp̄e clemētiſſime dignare in nauiculam pectoris mei aſcendere ⁊ ſuperbie ventoſitatē ac vitiorum inſurgentium procellas ſedare: ne me in aliquo tentationum ventus ſubuertat vel vnda ſubmergat da mihi in perturbatione conſilium: in perſecutione auxilium: in tribulatione ſolatium: in aduerſitate fortitudinem: in omni tentatione virtutem. Libera me a tempeſtatibus huius procelloſi maris: ⁊ perduc me ad tranquillitatem quieti littoris dās mihi nunc pacem temporis ⁊ pectoris ⁊ poſt hoc eternitatis. Amen.

¶ De verbis domini propter q̄ quidā retro abierūt. Cap. lxx.

Theo.

Decollare ioānem.

Joan. erat timori et defunctus.

Virtutis vis.



A Joā. vi. Poſt̄ꝙ ergo dn̄s Jeſus trāſfretaſſet cū diſcipulis a deſerto vſq; ad genezareth (altera die) turbe quas pauerat non inuenientes eū in loco vbi hoc fecerat intrauerunt naues ſuꝑuenientes a ciui tate tiberiade q̄ eſt iuxta idē deſertū ⁊ tranſfretātes (venerūt caphar naū. Et inuenientes ieſum mirabant̄ quomo do illuc veniſſet cū ſolā nauiculā vidiſſent quā cū diſcipulis nō intrauerat ⁊ dixerūt ei. (Rabbi qn̄ huc veniſti) q.ſ. nec diſcipulorū nec aliā nauē intraſti. (R̄ndit eis ieſus) nō ad q̄ſtionē eorū: ſed ad intētionē. (Amē dico vobis) licet vos quaſi deuotos oſtēdatis tn̄ (queritis) ⁊ ſeqmini (me) .ſ. aliq ex vobis: ⁊ ſi nō oēs (nō ꝑpter ſigna q̄ vidiſtis) quibus me cognoſcere potuiſtis non ꝑpter ſermonē quē audiſtis: nō vt mihi vel ſignis meis q̄ facio credere velitis (ſed q; māducaſtis ex panib⁹ ⁊ ſaturi eſtis) hoc eſt nō ꝑpter me: ſ; ꝑpter refectionē ne pro victu oporteat vos laborare ⁊ hr̄e ſolicitudinē. q.d. ꝑpter carnē me queritis: nō ꝑpter ſpm̄: q; .ſ. vt ſaturemini iterū: ſed deberetis eſſe magis ſoliciti de cibo ſpūali quo aīa ſuſtētat̄: q; tanto melior eſt cibo corporali quo corp⁹ reficit̄ q̄to aīa melior eſſe corpore dignoſcit̄. Cōſidera modo quāte ſuauitatis fuerunt panes illi q̄uis ordeacei quorū dulcedine ille turbe capte adhuc dn̄m ſeq̄bant̄ tā ſolicite. Nec mirū q; ſuauis ⁊ dulcis erat ꝓuiſor ⁊ diſpēſator panū illorū. Similiter quotidie multi querūt Jeſum nō ꝑpter ieſum: ſed vt bn̄ ſit eis in hoc tp̄e ⁊ preſenti vita vt aſſequant̄ cō moda ⁊ vitēt dāna. Multi etiā conſiciūt ieſum nō ꝑpter ieſum: ſ; ꝑpter nūmū. Hic le tus obuiat intrātib⁹ religionē ⁊ aſſumentibus clericatū ex ignauia: vt ſic otioſe ⁊ ſine labore panē māducēt. Quib⁹ ait dn̄s. (Queritis me) ab ambitione pluriū reddituū eccleſiarū celebratione pluriū miſſa⁊ ⁊ ꝑpter alia hm̄oi (non q; vidiſtis ſigna) .i. opera in quib⁹ velitis me imitari: de quib⁹ o dn̄e fac mecū ſignū l bonū (ſ; q; māducaſtis) ex red ditib⁹ ⁊ oblationibus (nec tn̄ ſaturati eſtis) quia ſm̄ dictū cōe quo plus ſunt pote plus ſitiunt̄ aque. Jta etiā eſt de cupiditatis pane: ſm̄ Greg. De panib⁹ em̄ fuerāt ſaturati: ⁊ p eorū ꝑſonā dn̄s illos intra ſanctā eccleſiā deteſtat̄ q̄ p ſacros ordines ad dn̄m propinquātes nō in eiſdē ordinib⁹ virtutū merita ſ; ſubſidia vite p̄ſentis exq̄rūt: nec cogitāt q̄d viuēdo imitari debeāt: ſ; q̄ cōpendia percipiēdo ſatient̄. Satiatos q̄ppe de panibus dn̄m ſeq̄ eſt de ſctā eccl̄ia tp̄alia alimēta ſumpſiſſe: ⁊ nō p ſignis dn̄m: ſed p panibus q̄rere eſt ad religiōis officiū: nō ꝓ agēdis virtutib⁹ ſ; ꝓ requirēdis ſubſidijs tp̄alib⁹ inhiare. vn̄ ⁊ Chriſ. Diſcamus aſiſtere ieſu: ſ; nō ꝑpter dationē ſenſibiliū vt nō exprobremur ſm̄ iudeos. Etenim q̄ritis me ait nō qm̄ vidiſtis ſigna: ſed qm̄ comediſtis ex panib⁹ et ſaturati eſtis. Propter hoc neq; cōtinue facit hoc ſignū: ſed ſcd̄o ſolū vt erudiat eos nō vētri ſeruire ſ; ſpiritualib⁹ adherere cōtinue. Huis itaq; adhoream⁹ ⁊ nos ⁊ q̄ram⁹ panē celeſtē: ⁊ accipiētes oēm ꝓijciamus vite hui⁹ ſolicitudinē. vn̄ etiā Aug. Quā multi nō q̄rūt ieſum niſi vt illis faciat bn̄ ſm̄ tp̄s. Ali⁹ negociationē habēs querit interceſſionē clericorū. Alius p̄mit̄ a potentiore fugit ad eccleſiā. Alius vult ꝓ ſe interuenirī apud eū apud quē parū v;. Jlle ſic: ille ſic. Jmplet̄ q̄tidie talib⁹ eccl̄ia. Uix q̄ritur ieſus ꝑpter ieſum: vn̄ ⁊ Beda. Jlli etiā q̄ in oratione q̄runt non eterna ſ; tp̄alia: querūt ieſum nō ꝑpter ieſū: ſ; ꝑpter aliqd aliō. Et q; turbe in hoc operabāt̄ .ſ. ſequēdo xp̄; ꝑpter cibū corꝑalem: inducit eos ad opera meritoria vt ad reficiēdū q̄rāt cibū ſpiritualem. Uñ ſatagēs eo⁊ ſatiare mētes quoru; ſatiauerat vētres altiorē eis panē oſtendit vnd̄. (Operamini) .i. operando querite: ſeu operib⁹ mereamini (nō cibū q̄ perit) ſcilicet corporalē (ſ; qui ꝑmanet in vitā eternam) ſc; ſpūalem q̄ eternā tribuit vitā. Cibum qui perit operat̄ ois ille q̄ intentionē ſpūalem ad tēporale refert lucrū: ſicut illi qui dn̄m ſequebant̄ ad hoc ꝙ corporaliter paſcerent̄: qui aūt laborē corporalē per intentionē refert ad ſpūalia: hic (operat̄ cibum qui nō perit: ſed qui ꝑmanet in vita eterna) hic aūt cib⁹ eſt v̄bi dei ⁊ gr̄e ꝓ cui⁹ deuotione ſeq̄ debuerant precipue. Opus ergo noſtrū ideſt principale ſtudiū et intentionem noſtram dirigamus ad querendum cibū qui ducit ad vitam eternam: ſcilicet bona ſpiritualia. Ad temporalia autem non debem⁹ principaliter accedere: ſed acceſſorie ſolum eum procurare ratione corporis corruptibilis: quod in hac vita oportet ſuſtentari. vbi Chri. Quaſi diceret vos exquiritis eſcā tēporalē: ego aūt corpora veſtra nutriui: vt p hoc exq̄reretis illā eſcā que nō temporalē ſed eternam tribuit vitam. Et iterum. Sed q; q̄da; eorū qui volūt pigre nutriri abutūtur hoc verbo: neceſſarium eſt inducere id quod eſt pauli. Qui furabatur iā nō furetur: magis aūt laboret manibus ſuis vnde tribuat neceſſitatē patienti. Sed et ipſe corinthum veniens morabatur apud aquilā ⁊ priſcillā ⁊ operabat̄. Dicendo ergo ne operemini cibum qui perit non inſinuat ꝙ oportEat pigritari: ſed ꝙ oporteat operari ⁊ dare. hoc em̄ eſt cib⁹ qui nō perit. Operari autem cibum qui perit: eſt offici ſecularibus

Margin notes (left): Panes ordeacei ſuauiſſimi. — B Grego. Panis cupiditas. — Panu; ſectatores.

Margin notes (right): Chriſ. Jeſ⁹ ꝑpter ſe q̄red⁹. — Augu. Queſitores xp̄i. — Beda. — C Cibū q̄ perit opari. — Chriſ. — eph. iiij Actuū. xviij.

rebus. Hoc igit̄ dixit: qꝛ illi nullā fidei curā habebāt: ſʒ ſolū volebāt vētrē implere nihil laborātes: ꝛ hoc decēter cibū q̄ perit vocauit. hec Chri. Quē cibū permanentē fili⁹ hoīs dabit vobis. i. paratus eſt dare: qꝛ ad hoc venit in mundū miſſus a p̄re. Hūc em̄ filiū hoīs de⁹ pater ſignauit. i. ad hoc ipſuʒ ſpāliter aſſignauit: inſtituit mittēdo in mūdū vt daret vitā eternā mūdo. Vn̄ infra dicit. Ego ad hoc veni in mundū vt teſtimoniū perhibeā veritati: ꝛ hoc eſt dare cibum ſpiritualē. Operā ergo date vt poſſitis cibū ſpiritualē habere. Queritis me ꝓpter aliđ: q̄rite me ꝓpter me non ꝓpter aliud q̄ ſum cib⁹ permanēs in vitā eternā. Seipſum em̄ hunc cibū inſinuat: vt ſtatim patebit. Operamur ergo opus dei. i. qđ ipſe acceptat ꝛ ꝑ qđ cōſequi poſſumus hūc cibū q̄ non perit: dū ꝑ fidē verā ꝛ bona opa nos xp̄o incorporamus ꝛ efficim⁹ eū nr̄m mētis cibū quem ipſe ꝑ gratiā ſeipſum nobis dat vt maneat nobiſcū in eternū. Ipſe em̄ eſt cib⁹ q̄ viuunt angeli: q̄ ꝑmanet in vitā eternā. Sed iudei quaſi ingrati de cibo quem eis dn̄s dederat māna qđ patres in deſerto comederāt p̄ferebāt dicētes. (Patres nr̄i māducauerunt manna in deſerto ſicut ſcriptū eſt. Panē de celo dedit eis māducare) quaſi dicerēt. Tu adhuc non feciſti ſimilia moyſi. moyſes em̄ dedit manna ꝛ annis quadraginta. Tu autem panē ordeaceū ꝛ paviſti nos ſemel tantū. vn̄ Aug. Attēdebāt itaq̄ʒ qualia feciſſet moyſes: ꝛ adhuc aliqua maiora volebāt fieri. q. d. Tu promittis cibū qui nō perit ꝛ nō talia operaris qualia moyſes: panes enim ordeaceos ille non dedit: ſed māna de celo. Et (dixit eis ieſus. Moyſes panē) ſcʒ ſignificatiuū de aere: qui deſcendebat vt ros vel pruina ꝛ nō verū (panē de celo) deſcendentē vobis tunc (dedit ſed) modo (pater me⁹ dat vobis panē de celo verū) ipſum ſcʒ dn̄m ieſum: quē ille panis figurabat. nam ille panis figura erat iſtius panis qui veritas eſt. Vnde nō diuidit̄ nec diſtinguit̄ hic verū cōtra falſum: qꝛ panis ille ver⁹ nō falſus fuit ſed cōtra figuralē: ꝛ ſic panis ille ꝓprie non fuit panis verus: qꝛ fuit figura panis ſubſtātialis dati in ſacr̄o: ꝛ iđ iſte panis eſt verus q̄ fuit per illū figurat⁹. (Panis em̄ dei verus) ꝛ nō figuralis (eſt q̄ deſcēdit de celo: ꝛ dat vitā mūdo) effectus nāqʒ panis eſt vitā cōſeruare: ꝛ ideo ille eſt verus panis ſpiritualis q̄ dat ꝛ cōſeruat vitā ſpiritualē: hoc autē cōpetit verbo incarnato: cui⁹ egreſſio a ſummo celo. i. a patre vnde venit (vt vitā daret mūdo.) Panis corporalis nō dat vitā ſed tm̄ preexiſtētē cōſeruat ad t̄ps: panis vero ſpūalis ita viuificat ꝙ ipſe dat vitā: nam aīa incipit viuere per hoc ꝙ adheret verbo dei; ꝛ ideo ipſum verbū dei ꝑncipalr̄ dr̄ panis vite: ꝓpter qđ xp̄s dicit.) Ego ſum panis vite). i. dans vitā per diuinitatē (qui de celo deſcendi) per aſſumptā humanitatē (ex quo ſi quis) digne (māducauerit) ac ſe fide ꝛ dilectione cōiunxerit ſe (nō morietur) morte anime ſed viuet non tm̄ in preſenti ꝛ tunc vita gratie: ſed etiā in futuro: ꝛ in eternum vita glorie. Nō ſicut (patres) eorū q̄ ſimiles iſtis erant (māducauerūt māna ꝛ mortui ſunt) morte anime: qꝛ qđ videbant intelligebant: qđ non videbant nō intelligebāt. Juſti aūt qui ſimiles iſtis nō erant: nō ſm̄ alam mortui ſunt: qꝛ viſibilē cibū ſpiritualiter intellexerunt. Vnde erga deuotos habebat omne delectamentū ſuauitatis: malis autē erat inſipidus quorū anima nauſeā habebat ſuper cibo illo q̄ñ edebant. Sic euchariſtia digne ſumētibus eſt vite ſpiritualis ſolatium ꝛ indigne ſumētib⁹ iudiciū. Ille ergo eſt vere panis vite ſeu viuus ꝛ de celo deſcendēs qui pōt preſeruare a morte ſm̄ animā ꝛ dare vitā eternam: talis vero panis eſt verbū incarnatū: non autē datus a moyſe in deſerto: quia multi qui ex illo māducauerūt: mortui ſunt in ala ꝛ morte eterna. Et tūc inter cetera dixit eis ieſus verba ſpiritualia de corpore ꝛ ſanguine ſuo (Panis) inq̄t. i. ſignatū per panē (quē ꝛ ego) ſum⁹ ſacerdos (dabo) ſacramētaliter ꝛ ſpiritualiter: vel ſaltem ſpiritualiter māducanti (caro mea eſt) latens ſub ſpecie panis pro mūdi totius vita ſufficiēter: ꝛ ſi in quibuſdā nō efficit: culpa eorū eſt. Et iterū. (Niſi manducaueritis carnē filij hoīs) viuificā ad vitam gratie et glorie) ꝛ biberitis eius ſanguinem) intima aſpergentē ꝛ emendantem (nō habebitis vitam in vobis). i. pignus vite: gratie ꝛ glorie. Et iterū. (Qui māducat carnem meam) que pignus eſt vite: qꝛ in carne eſt deitas q̄ viuificat (ꝛ bibit meum ſanguinē) potu ſpirituali: qui inq̄ manducat ꝛ bibit vt dʒ. ſ. nō ſolū ſacramētaliter ſed etiā ſpiritualiter (hʒ vitā eternā) qꝛ hʒ ꝑncipiū viuificās in eternū. Et iterū. (Caro mea vere eſt cib⁹) inquātū eſt cōiuncta verbo dei qđ eſt cibus quo viuunt angeli (ꝛ ſanguis meus vere eſt pot⁹) quia totus purus nihil habēs de contrario admixtum ꝛ cetera hmōi dixit tūc eis. Qualiter autē eius verba intelligere debeamus ipſe dn̄s exponit dicēs. (Qui manducat carnem meā) vt ſpiritualē cibū (ꝛ bibit ſanguinē meū) vt ſpiritualē potū (in me manet) ꝑ vite cōformationē (ꝛ ego in illo) per gratie inhabitationē. Profecto fides in corde tuo eſt xp̄s in corde tuo. Crede ergo in eum et māducaſti. Hec fides per dilectionē operās eſt opus dei: vt initiū ꝛ finis oīs boni: qꝛ per fidē verā hō incorporat̄ deo. vn̄ Aug. Credere in eū eſt credendo amare: credēdo diligere: credēdo in eum ire ꝛ eius membris in-

Panis ſacramentalis.

Credēs mā ducat. Augu.

tione et ironia ſunt plena: putabāt eñ allicere per hoc. Et nūc q̄dē cōuiciant: nūc adulant niſi aūt demoniacum vocāt nūc magiſtrū vtraq̄ pnicioſo conſilio et ſi contraria ſint q̄ dicebant ꝓpter hoc ⁊ eos vehemēter tetigit. hec Chriſ. Et q꞉ male querebāt ideo nō dat eis ſignum: ſed (rñdēs ait illis. Gñatio mala) in ope (⁊ adultera) in fide: q꞉ relicto ꝓprio viro. ſ. deo idolis fuiebāt: ⁊ ſi idola nō colebant tamen a vero ſponſo xp̄o ſe alienabāt (ſignū de celo q̄rit) ad calumniā contra me q̄ſi alia que viderunt ſigna non fuerint. Vide quō cum iudei xp̄o conuiciabantur dicētes in principe demonioꝝ eijcit demones: māſuete eis rñdet per ratiōes improbans dictū eorū: hic ṽo eū laudando adulant magiſtrū vocātes aſpere eos tangit demōſtrās ſm Chriſ. q̄ vtraq̄ paſſione erat ſuperior ⁊ neq̄ conuitijs in iram conducitur neq̄ adulatione mollitur: in quo oſtendit amplectēda eſſe opprobria et adulationes vitādas. Nā vt ait Chriſ. Vir ſapiēs in faciē cedit q̄ñ in facie laudat. Non ſic multi maiores huius tp̄is faciūt qui bona ſuadētes contēnūt: et eis tanq̄ cōuiciantibus iraſcuntur: ſed mala ſuggerētes audiunt: ⁊ eorum adulatione molliūtur. Utinā attēderēt cōſiliū ſapiētis qui dicit. Melius eſt a ſapiēte corripi q̄ ſtultorum adulatione decipi: deinde ſubiūgit. (Et ſignum nō dabit ei) ſcꝫ poteſtatis ⁊ de celeſtib᷒ quale petit ad calūniā (niſi ſignū Jone prophete) quod fuit hūilitatis ⁊ abiectionis cōtra eorū ſuperbiam. q. d. Tu generatio praua petis ſignū celeſte: ⁊ ſignū potentie vel glorie de ſublimi: ⁊ tibi non dabit niſi ſignum terrenū: ⁊ ſignum paſſionis et infirmitatis ſignificatum ſigno et facto Jone prophete. Jonas eñ fuit niniuitis ſignum dupliciter ſcꝫ ṽbo et facto. Verbo: q꞉ viua voce eis ſignificauit q̄ perirent niſi conuerterentur. Facto: eo q̄ fuerit in ventre ceti tribus diebus ⁊ noctibus. Ubi fuerūt tria: ſcꝫ abſorptio: detentio: euomitio. Abſorptio fuit ſignum mortis xp̄i detentio ſepulture: euomitio reſurrectionis. Et ſi dabitur eis ſignum. i. ſignificatio in facto Jone: vt ſcꝫ conuertantur ⁊ ſaluentur. Non hoc eſt dictū quaſi alia ſigna ante mortē chriſti non fuerint data: ſꝫ quia mors ⁊ paſſio xp̄i fuit ſignū precipuū ⁊ vltimū: et ſignū ſignorū in quod oīa ſigna ducebāt: ideo dandum iudeis dicitur: q꞉ ſi illi crederent ſaluarentur: ſi non crederent dānarent ſicut Jonas fuit ſignū niniuitis: vt ſi vellent credere ſaluarētur: ſinautē ſubuerterent. Non ergo dat eis ſignum diuinitatis de celo qđ querebāt q꞉ propter eoꝝ curioſitatē et maliciā videre indigni erāt: ſed de abyſſo maris ⁊ ꝓfundo inferni q̄le ionas a ceto voratus: ſed de abyſſo mortis liberatus: et accepit et dedit ſignum: videlꝫ incarnationis: nō diuinitatis paſſionis: non glorificationis. Diſcipulis autē ſuis ſignū de celo dedit quib᷒ eterne beatitudinis gloriā: et prius figuraliter in monte trāſfigurat᷒: ac poſtea ṽaciter in celū ſubleuat᷒ oſtēdit. Quia eñ iudei terreni ⁊ infimi erāt: iō de terrenis et infimis ſignū debebāt hr̄e. Uñ dat eis ſignū de ymo ſue paſſionis ⁊ ſepulture dicēs. (Sicut eñ fuit Jonas in ventre ceti tribus dieb᷒ ⁊ tribus noctib᷒: ita erit fili᷒ hominis in corde terre trib᷒ diebus ⁊ trib᷒ noctib᷒) p̄ ſynechochē accipiendo. ſ. p̄tē ſexte ferie: et totam diē ſabbati: ⁊ partem diei dñice reſurrectionis pro trib᷒ dieb᷒ ⁊ noctib᷒. Per iſtos q̄ q̄rebant ſignū de celo ſignātur curioſi ⁊ ſup̄bi q̄ ſupra vires celeſtia rimant: ⁊ nimis curioſe diuina ſcrutant de celo: ⁊ celeſtib᷒ ac ſecretꝫ diuinis diſputātes: vel de reuelationib᷒ ⁊ viſionib᷒ p̄ſumētes omiſſa via. ſ. preceptis dñi ⁊ ꝯſilijs q̄b᷒ venit ad illa ꝓpt q̄ opprimunt a gloria: q꞉ per hoc aliq̄ñ labūtur in erronea documēta: vł q̄ñq̄ i peccata ſpūalia ⁊ carnalia: ꝓpter qđ ḋ꞉ eis (generatio mala ⁊ adultera ⁊c.) q꞉ q̄rūt q̄ nō ſunt ſcibilia: nec ad fidē vel amores vtilia: ⁊ iō non dabit eis ſignū niſi ſignū ione ꝓphete quē deglutiuit cete: ⁊ ſic deludit ⁊ deglutit eos diabol᷒. Deinde iudeoꝝ maliciā quā obſtinatā ⁊ obduratā dñs preuidit exēplis q̄buſdā condēnat: q꞉ cōuerſio niniuitaꝝ ⁊ factū regine auſtri oſtēdit iſtos in iudicio q̄ oēs tā boni q̄ mali ſurgent graui᷒ puniēdos ⁊ condēnabit eos. i. oſtendet ꝯdēnādos: q꞉ ex illoꝝ fctō apparebit iuſta illoꝝ condēnatio vnde dicit. (Viri niniuite) q̄ ſunt aſſirij (ſurgent) ſcꝫ in reſurrectione gñali (in iudicio) futuro (cū gñatione iſta) ſcꝫ iudaica q̄ ſiſr tūc ſurget (⁊ cōdēnabūt eā). i. cōdēnandam oſtendent: ſcꝫ primo ex cōparatione ppl̄i ad ppl̄m: q꞉ ibi niniuite gentiles: ⁊ barbari: hic iudei ppl̄s dei. Scđo ex cōparatione predicātis ad p̄dicantē: q꞉ ibi Jonas ꝓpheta purus hō: hic xp̄s dñs prophetaꝝ de᷒ ⁊ hō: ibi ionas pegrin᷒: hic xp̄s conciuis ſu᷒. Tertio ex cōparatiōe predicationis ad p̄dicationē: q꞉ ibi ionas tm̄ tribus dieb᷒: hic xp̄s tribus annis p̄dicauit. ibi Jonas nullū miraculū hic xp̄s multa fecit. Quarto ex cōparatiōe effectus ad effectū: q꞉ illi egerūt penitentiā iſti ṽo nō: ſed ēt addiderūt blaſphemiā. vbi Chriſoſt. Jlli ꝓphetam ſuſceperūt: iſti dñm ieſum repulerūt. Jlli neq̄ in lege inſtructi: neq̄ ꝓphetis admoniti ad dñm ꝯuerſi ſunt cognoſcētes ſuū pctm̄: iſti tot p̄ceptis erudit legis ⁊ ꝓphetarū a dño receſſerūt. Jlli q̄ ſp̄ fuerūt ppl̄s diabolo infra tres dies facti ſunt ppl̄s dei: iſti q̄ ſemp̄ videbant ppl̄s dei infra tres dies facti ſunt crucifixo chri-

Margin notes: neq̄ cō uitijs neq̄ blandimētis captus eſt xp̄s. — Chriſ. Adulatores vitandi. — Eccle. vij. — B Jonas fuit ſignum. — Signū maximū xp̄i mors. — Math. xvij. — mar. vi — ione. ij. — ſynecdoche. — C Niniuitarū cū iudeis comparatio. — Chriſ.

ſto pplo ſathane. Deĩde ſubditur. (Regina
auſtri) .i. regina ſabba: cuius regnũ erat in
auſtrali parte reſpectu hieruſalem que nõ
dubitat electa eſſe: ⁊ ſm quoſdã dicebat ſi⸗
bylla (ſurget) .i. reſurget (i iudicio) extremo
(cũ generatione iſta) peſſima (⁊ condẽnabit
eã) .i. oſtẽdet cõdẽnãdã. hoc eſt ex facto ſuo
oſtẽdet iuſta iſtorũ cõdẽnatio (qꝛ venit a fi⸗
nibus terre) .i. a longinquis partibꝰ audire
ſapientiã ſalomonis) q̇ tñ non fuit niſi ſolũ
forma xp̄i. Et his aggrauat iudeorum mali
cia: qꝛ illa mulier: iſti viri. illa a remotis ve⸗
nit: iſti preſentẽ habuerũt: illa cũ labore: iſti
ſine difficultate: illa laudauit alienigenam
iſti cõdẽnauerunt propriũ terrigenã: illa ad
ipſum venit: quẽ ſola fama cognouit: iſti ꝓ⸗
batũ miraculis contẽpſerunt: illa ad purũ
hominẽ: iſti ad deũ ⁊ hominẽ: illa cũ muneri
bus: iſti cũ opprobꝛijs ⁊ vulneribus. (Et ec⸗
ce plus q̄ ſalomon hic) ſcilicet xp̄s p̄ſentia⸗
liter poſitus: qꝛ hic deus: ille homo: ille ſciẽ⸗
tiã habuit terreſtriũ: hic omniũ ille edifica⸗
uit templũ defectibile: hic indefectibile vbi
Chriſo. Regina auſtri cum eſſet gentilis et
mulier ob tantã longitudinẽ itineris veni⸗
re ad eum: nec ꝓpter infirmiorem ſexum im⸗
pedita eſt. concupiſcentia eñ ſapiẽtie infir⸗
mitati dabat virtutẽ: iſti autẽ viri ⁊ ſacer⸗
dotes quorũ ꝓpriũ eſſe debuerat amare ſa⸗
pientiam ante oculos ſuos: ⁊ in medio gre⸗
mio ſapientiã poſitã contẽpſerunt. Illa ad
hominẽ cucurrit: iſti a deo receſſerũt. Illa
munera multa obtulit vt audiret eum: iſti
autẽ nec premia regni celorũ accipere vo⸗
lunt nec credunt. Et iterũ. Regina auſtri ve
nit a finibus terre ad audiendũ ſalomonẽ:
⁊ xp̄iani nolunt venire de plateis ad audiẽ
dum xp̄m: multi etiam de eccleſia exeunt: ⁊
ibi ſolũ xp̄m reliquũt. hec Chri. ¶ Miſtice
hic dãnata plebe iudeorũ eccleſie miſteriũ
ſecretum exprimitur que in niniuitis et in
regina auſtri de totius finibus orbis cõgre⸗
gatur: ⁊ in illis fides gentiũ iſrael antefer⸗
tur. Due enim ſunt partes eccleſie: vel duo
genera hominũ in ea: vna peccauit: ſed de⸗
ſiſtit per penitẽtiã: ⁊ hoc ſignatũ eſt per nini
uitas de quorũ peccato legit. Alterũ ꝙ mor
taliter nõ peccauit ⁊ hoc ſignatũ eſt per re⸗
ginã auſtri de pctõ cuiꝰ non legit. vñ Amb.
Eccleſia fideliũ ex gẽtibꝰ collecta q̄ in nini⸗
tis ꝑ penitẽtiã p̄terita pctã delet: ⁊ in regina
auſtri q̄ electa eſſe nõ dubitat ꝑ ſapiẽtiã ca
uet futura: in iudicio cõdẽnabit generatio⸗
nẽ hãc nequã. dãnabit autẽ nõ ſine poteſta⸗
te: ſed operationis exẽplo: qꝛ prefert eccleſia
ſynagoge. Ex duobꝰ igit conſtat eccleſia: vt
aut peccare neſcias: aut peccare deſiſtas.
penitẽtia eñ peccata abolet: ſapiẽtia cauet
hec Amb. Per niniuitas etiã [illegible] nant pecca
tores ad vocẽ p̄dicatoris penit[illegible]ã agẽtes: ⁊
ꝑ reginã auſtri ſimplices ſapiẽtiã xp̄i deuo⸗
te querẽtes: quorũ ſalus ſm ſentẽtiã ſalua⸗
toris preponit ſaluti eorũ qui videntur iuſti
vel ſapientes: ⁊ de ſua iuſtitia vel ſciẽtia pre Niniui
ſumentes. Niniuite quoq̧ interpretantur te.
germina pulchritudinis. ideo etiã ſignifica
re poſſunt iuuenes exiſtentes in ſtatu po⸗
tiſſimo iuuẽtutis qui ſolẽt de facili ad vitia
declinare: ⁊ ad bonã intentionẽ de facili pe
nitere ꝓpter qđ ſubdit ꝙ fecerũt penitẽtiã
ad predicationem Jone qui columba inter Regia
pretat: ⁊ ideo per eum ſimpliciter admonẽs auſtri.
ſignificatur. Per reginã vero auſtri ſignari
poteſt anima rationalis q̄ ſi bene regat vi⸗
res inferiores ꝑ dictamẽ legis nature dr re⸗
gina: ſꝫ ſi hoc facit ex charitatis feruore tũc
dr regina auſtri eo qđ ab auſtro ꝓuenit fer
uor caloris ſignãs feruorem charitatis. Et
hec regina venit ad verũ ſalomonẽ Jeſum
xp̄m per deuotionẽ afferens ei aurũ ſapien
tie: ⁊ gẽmas virtutum: ⁊ aromata bone fa⸗
me iſtis vtẽdo ad diuinũ honorẽ. ex fctõ igit
iuuenum predictorũ obſtinati ſenes: ex fa⸗
cto anime bene ⁊ ex charitate ſe regẽtis aia
frigida ⁊ negligẽs: condemnabiles oſtendũ
tur qui per generationem iudeorum ſignan
tur. Poſt hec dñs cõtra iudeos nolẽtes aſſi
milari niniuitis: quia eo penitentiam predi
cante non penituerunt vel regine auſtri qꝛ
eo docẽte non didicerũt inducit exemplum
ad arguendũ ingratitudinẽ eorũ oſtendẽs E
eos ſimiles hoi priꝰ a demone obſeſſo: ⁊ poſt Diabo
liberato: ⁊ iterũ poſt negligentiam plenius lus iuis
poſſeſſo. Nã p̄mo diabolꝰ habitauit in eis dens.
qñ erãt in egypto viuẽtes ſm ritũ Egyptio
rũ qui expulſus fuit ab eis qñ in figura xp̄i
mactauerũt agnũ: ⁊ ſanguine eiꝰ liniti ſunt
qñ ⁊ legẽ acceperũt q̄ excludebat cultũ de⸗
monũ: ⁊ inducebat ad colẽdũ vnũ verũ deũ
⁊ ſic eiectus tranſijt ad poſſidendũ plenius
gẽtiles ſine lege ⁊ ꝓphetarũ oraculis viuẽ⸗
tes: ⁊ ideo eos tenebat in idolatria ſubie⸗
ctos. Sed adueniẽte xp̄i predicatiõe ⁊ apo⸗
ſtolorũ iudei ꝓ maiori p̄te increduli ꝑman
ſerũt gẽtiles v̄o deuote fidẽ xp̄i acceperũt: ⁊
ſic diabolꝰ eiectꝰ a gẽtibus reuerſus eſt ad
poſſidendũ populũ iudaicũ errore exceca⸗
tũ: ⁊ facta ſunt nouiſſima huius ppli peio⸗
ra prioribꝰ: qꝛ peior eſt modo q̄ a principio
añ legẽ datã fuerit ſtatus eiꝰ. vñ ait. (Cum Immũ
immundus ſpũs) ſcꝫ diabolus immũdũ fa⸗ dus ſpi
ciens: ⁊ immũdiciã diligẽs vel inhabitans ritus.
demones eñ dicũtur ſpiritus immundi: vel
affectione: qꝛ diligũt immũda: vel ꝑſuaſione
qꝛ ſuadẽt immũda: vel inhabitatione: qꝛ in Amb.
habitãt corda immũda (exierit ab hoie) ſcꝫ
a pplo iudaico: qꝛ ſm Amb: In hoie totius
iudaici populi comparatio eſt a quo viuen
te adhuc ſub lege nature immundus ſpiri⸗
tus exierat per ſuſceptionẽ legis moſayce

(ambulat per loca aridã ⁊ inaquoſa).i.cor-
da gẽtiliũ prius humore gratie ⁊ virore fi-
dei ac pinguedine ſpiritusſancti carẽtia ri-
tũ idolatrie ⁊ maculas criminũ eis immittẽ
do(q̃rẽs)in eis(requiẽ).i.ꝑpetuã manſionẽ
appetẽs ibi finaliter manere ꝑ infidelitatẽ
⁊ dominationẽ(⁊ nõ inuenit)qꝛ adueniente
xp̄o ⁊ predicantibus ap̄lis ſuſcepta xp̄i fide
inde eiectus fuit.(Tũc dicit)intra ſe(Reuer
tar in domũ meã).i.ad populũ iudaicum
(vñ exiui)eos dimittẽdo.(Et veniẽs inuenit
eam vacantẽ)ab obſeruãtia legis ⁊ operib⁹
virtutũ per negligentiã ac fide ⁊ bonis ope
ribus vacuã:⁊ xp̄m hoſpitẽ non habentem
(⁊ ſcopis mundatam) ab operibus vitiorũ
ſuperficialiter ⁊ ſm apparentiam:qꝛ popu-
lus iudaicus habebat quandam exteriorẽ
mundiciam:ſicut enim ſcopa non tollit te-
naces ſordes:ſed ſuperficiales:ita ipſi ꝙ de
foris eſt ſcopabant ⁊ mundabant ac mundi
ciam exteriorem querebãt:ſed intus ſordi-
Math. xxiiij. di manebãt:⁊ ornatã exterius per hypocri-
ſim ⁊ boni ſimulationẽ ꝓpter legis apparẽ
tiam:⁊ traditionum phariſeorũ obſeruan-
Diabolo locũ dantia tria. tiam. Tangit ergo tria q̃ dant locũ diabo-
lo:ſcȝ ocioſitatẽ:ſanctitatis preſumptionẽ ⁊
virtutis ſimulationem. Similiter hodie ti-
F Eccl'ie ornat⁹ exterior. mendũ eſt eccleſie ne olim expulſus ab ea
diabolus eã inueniat vacantẽ ab obſeruan
tia mãdatorũ dei(⁊ ſcopis mundatã)ſm ex-
teriorẽ apparẽtiã(⁊ ornatã)per exteriorẽ cul
tũ ⁊ obſeruantiã humanarum traditionũ.
Multi eñ hodie plus attendũt ad cultũ ec-
cleſie corporalẽ q̃ ſpiritualẽ:qꝛ parietes ec-
cleſie ⁊ altaria ornãtur:⁊ de ornatione ⁊ pur
gatione miniſtrorũ parũ curãt. Sed ecõtra
rio in eccleſia fuit primitiua:maior eñ vis
fiebat in ornatu ſp̄uali ⁊ interiori. Et iõ mul
tum diſtat nunc eccleſia in hoc t̄pe malo a
ſtatu ſuo priſtino. Unde Hie. Chriſti eccl'ia
Hiero. prius nata ⁊ poſt adulta pſecutionib⁹ cre-
uit martyrijs coronata ẽ. Eſt poſtq̃ ad chri
ſtianos principes venit potẽtia quidẽ ⁊ di-
uitijs maior:ſed virtutibus minor eſt facta.
(Tũc)vt firmi⁹ poſſideat iudeos(vadit)per
conatũ(⁊ aſſumit.vij.alios ſpirit⁹) ꝑ quos
vniuerſitas demonũ ⁊ vitiorũ quib⁹ tentat
intelligit:qꝛ vniuerſitas hoc numero ſepe
deſignat:hec ſunt ſeptẽ gentes pugnantes
contra filios iſrael. Iſte aũt ſeptenari⁹.vij.
Septenari⁹. donis ſpiritusſancti expellit. Et addit(neq̃o
res ſe)vel ꝓpter numerũ vel ꝓpter conatũ:
vel ꝓpter affectũ quẽ inducũt:qꝛ eos ad q̃s
redeũt nequiores q̃ ante faciũt.(Et intran
tes)ſeu ingreſſi(habitãt ibi)⁊ ſic oia cumu-
lant in eis vitia. Hec eſt eñ intentio demo-
num vt nõ trãſeãt ad horã vel t̄ps modicũ:
ſed vt immorent vſq; ad obitũ.(Et fiunt no
uiſſima hois)ſcȝ ppl'i iudaici(peiora priori-
bus)qꝛ iudei ante legẽ datã fuerũt peccatis

irretiti:⁊ a diabolo poſſeſſi:ſed poſt aduen-
tũ xp̄i in peccato ſuo obſtinati ſunt peiores
facti:qꝛ eorũ pc̄tã ꝓpter ingratitudinẽ ſunt
quaſi duplicata. deteriores eñ ſunt iſraeli-
te blaſphemãtes xp̄m in cõueticulis ſuis q̃
olim fuiſſent in egypto ante notitiã legis:
qꝛ maior infidelitas eſt venientẽ nõ ſuſcipe
q̃ venturũ nõ credere. ¶ Deinde ſimilitudi-
nẽ dictã ⁊ q̃ tẽdat parabola exponit ꝙ q̃ hic
quaſi de vno hoie ꝑ ſimilitudinẽ dictũ de to
to pp̄lo iudaico intelligat oſtendit dicens.
(Sic erit generationi huic peſſime).ſ.iudai
ce ꝓut ſupra dictum eſt de hoie vno. Mala
fuit generatio hec in deſerto qñ vitulũ ado
rauit:qñ cõtra dñm murmurauit:qñ terre
ꝓmiſſionis detraxit:ſȝ peior in terra ꝓmiſ-
ſionis añ aduẽtũ xp̄i:qñ filios ⁊ filias demo
nũs imolauit:ſȝ peſſima poſt aduẽtum xp̄i:
qñ ꝺt filiũ ad eã miſſum crucifigi. Moral'r
exponit iſtð exẽplũ de hoie q̃ poſt grãm ba- G. Moral'r ter ð re
ptiſmalẽ vel penitẽtialẽ recidiuat in culpã cidiuã-
ſicut canis reuerſus ad vomitũ. diabol⁹ eñ te.
ab hoie exit qñ in baptiſmo põpis illi⁹ ⁊ pre
cedentiũ peccatorũ illecebris homo abre-
nũciat:vel qñ ꝑ penitẽtiã ꝯfeſſionẽ a pc̄tis
mũdat ꝓponẽs ꝙ ab eis abſtineat q̃ eiect⁹
(ambulat ꝑ loca arida ⁊ inaquoſa)qꝛ corda
iuſtorũ ab omni carnalis cõcupiſcẽtie amo
re ſiccata ⁊ immunia tentando explorat ſi
quos ibi nequitie ſue greſſus figere poſſit.
Sed in eis tãq̃ per gratiã dei ſolidatis re-
quiẽ nõ inuenit:qꝛ qui prauis cogitationi-
bus ⁊ actibus paſcit in mẽtibus fideliũ ola
ſua tẽtamẽta ceſſare perpendit.(Et volens
reuerti in domũ)priorẽ. peccator eñ eſt do-
mus diaboli:ſicut iuſt⁹ tẽplũ dei(Inuenit eã
vacãtẽ)a bonis actib⁹ ꝑ negligentiã(⁊ ſco-
pis mũdatã)a ſordib⁹ vitiorũ ſm apparen-
tiã(⁊ ornatã ſimulatis virtutib⁹).i.exterio-
rib⁹ ⁊ apparẽtib⁹ nõ interioribus ⁊ veris.
(Tũc aſſumit alios ſeptẽ ſp̄us neq̃ores ſe)
id eſt vniuerſa vitia diabolo neq̃ora:qꝛ dia-
bol⁹ ſolũ ſuggerit malũ:habit⁹ autẽ vitioſi
intranei cũ quadã violentia ad malũ incli-
nãt:⁊ ingreſſi inhabitãt vacãtẽ ⁊ torpẽtẽ. a
tot eñ demonib⁹ homo poſſidet quot vitijs
ſubijcit. ſingulis eñ vitijs ſinguli demones
p̄ſidere dicunt.(Et fiũt nouiſſima hois pe-
iora priorib⁹)⁊ hoc ꝓpter ingratitudinẽ do-
ni ⁊ grẽ p̄cedẽtis:grauiora eñ ſunt crimina
poſt baptiſmũ vel penitẽtiã:qꝛ meli⁹ eſt.i.
min⁹ malũ eſt viã veritatis cognoſcere q̃
poſt agnitã retorſum cõuerti.i.leui⁹ ẽ ꝯmit-
tere aliq̃ pc̄tm̃ cũ ignorãtia q̃ idẽ cũ ſcien-
tia q̃ ad penã minorẽ eñ ꝓ illo patiet pene
vl'dictã qꝛ ꝑ cõtẽptũ grẽ quã de ſe maleviuẽ
do pellit deteriora ſupplicia meret ⁊ vuln⁹
iteratũ tardi⁹ ſanat. vñ Chri. Hec aũt non
ſolũ ad illos:ſȝ ad nos ẽt dc̄tã eẽ rõnẽ hȝ:ſi
illumiati ⁊ a porib⁹ eruti malis ruri⁹ ab ea

dem poſſideamur neq̄tia. Etenim difficilioꝛ iā erit pena poſterioꝝ pctōꝝ: ꝓpter qđ paralitico dicit xp̄s. Ecce ſanus fact⁹ es: noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat. Et iterū cū ſemel aliqs liberatus a malis non ſobrius efficit̄ multa difficiliora patiet̄ prioꝛib⁹ etē difficilioꝛ iā erit pena poſterioꝝ pctōꝝ hinc aūt nō ſolū penā excogita: ſꝫ et infinitā dei lōganimitatē. Sꝫ ne cōfidam⁹: ſꝫ timeam⁹. Etē pharao ſi in p̄ma plaga erudit⁹ fuiſſet nō vtiqꝫ accepiſſet experientiā poſterioꝝ: non vtiqꝫ poſtea ſimul cū ip̄o exercitu ſubmerſus eſſet. Sed nō rubrū mare iam ꝑtrāſire nūc eſt: ſꝫ pelagus ꝛ ignis: pelag⁹ nō tale neqꝫ tm̄ ſꝫ multo maius ꝛ ſilueſtri⁹. Jdeo rogo vt cōpūgant̄ ſermones gehēne audiētes. Nihil eē delectabili⁹ ē diſpoſitiōe hac quare hac nihil amarius. Conuertit eē aīas noſtras ꝛ erigit intellectū ꝛ ꝑnicioſaꝫ cōcupiſcētiarū captiuationē ꝓijcit ꝛ medicina nobis hic fit. Excogitem⁹ igit̄ ꝛ mittam⁹ p̄ncipiū vel nūc ꝛ eſt oſtiū p̄nie ꝛ tāgam⁹ viā arctā. Uſqꝫquo laſciuia: vſqꝫquo remiſſio nō ip̄leti ſum⁹ pigritantes: deridētes tardātes. Nō eadē rurſus erūt mēſa: ꝛ ſaturatio: ꝛ ſupabūdantia: ꝛ pecunie: ꝛ poſſeſſiones: ꝛ fabricationes. Et qs finis? Cinis: ꝛ puluis: ꝛ ſepulchꝛa: et v̄mis. Oſtēdamus itaqꝫ nouā quādā viā faciam⁹ terrā: celū ꝛ olno aſſumam⁹ virtutē vt futuris potiamur bonis. hec Chriſ. ¶ Oꝛatio.

Domine Jeſu xp̄e magiſter bone fac mecū ſignū gr̄e tue in bonū vt me miſerū quē cet⁹ ꝛ draco ille magn⁹ abſoꝛbuit pctis ſpūalibus ꝛ carnalib⁹ tāq̄ dieb⁹ ꝛ noctib⁹ ꝛ hoc trib⁹: q2 cōſenſu ꝛ opere ac conſuetudine tu miſericoꝛditer de faucib⁹ ei⁹ digneris liberare. Fac etiā me p̄terita peccata plāgere: ꝛ futura cauere. Exicca me ab humoꝛe cōcupiſcentie vt quietem nō inueniat in me: munda me ſcopis cōfeſſionis a vitioꝝ ſoꝛdib⁹: et oꝛna me veris virtutibus ne me a bonis vacantem inueniat: et iterato deterius peccare faciat. Amen.

¶ De muliere vocē de turba extollente: ac de matre: et fratrib⁹ dn̄i eum querētibus. Cap. lxxv.

j.



Factū eſt autē cū dn̄s Jeſus h̄ diceret rn̄dēs blaſphemijs iudeorū (extollēs). i. ex coꝛde tollēs ac cōſtāter ꝛ alte ꝓferēs (vocē) i xp̄i cōmēdationē: ꝛ iudeoꝝ blaſphemātiū cōfutationē (qdā mulier) nō diues: nō potens; nō nobilis: ſꝫ pauper (de turba) ꝛ de cōi plebe ꝛ popularibus. Solēt enim populares deuotioꝛes eſſe maioꝛibus: pꝛorupit in laudem xp̄i contra vituperiū iudeoꝝ. Et dicit̄ fuiſſe ſctā marcella ancilla beata marthe que nō potuit ampli⁹ blaſphemias iudeorū ꝯ xp̄m ſuſtinere: et blaſphemās vocē extulit in laudē xp̄i ꝛ m̄ris ſue cōmēdās eius cōceptū ꝛ partū coꝛpalē ꝛ dicēs. (Beat⁹ eſt vēter q̄ te) beatū (poꝛtauit) p̄ quē oēs btificamur (et beata) ſunt (vbera que ſuxiſti.) Marcella.

Matrē beatificat ꝛ laudat ex filio ꝛ nō ecōuerſo: q2 gr̄a et gloꝛia ꝓuenit pꝛincipaliter ab ipſo. Ubi apparet magna cōfidentia et audacia: ꝛ fides: et deuotio iſtius mulieris in duobus. Pꝛimo in eo q̄ non ſilenter ꝛ in aure loquebat̄: ſed extollēs vocē in altū nō timuit: ſuauitate enim verboꝝ xp̄i accenſa fuit. Fides ꝛ deuotio ei⁹. Scđo in eo q̄ ſcribis et phariſeis dn̄m tentantibus ſimul et blaſphemātibus ipſa magna fiducia dei filiū cōfitet̄: vt in pꝛeſentiā iudeoꝝ calūniā ꝛ futuroꝝ hereticoꝝ perfidiā cōfundat. Nā ſicut tūc iudei blaſphemātes et cū in beelzebub eijcere demonia dicētes negabant eum eſſe dei filiū: ita poſtea quidā heretici negabant eū eſſe verū hoīem dicētes eū non verā carnē ex maria virgine aſſumpſiſſe: ſed coꝛpus ethereū attuliſſe. Hec autē mulier vtroſqꝫ confutat q2 ꝛ verū dei filiū patri cōſubſtātialē aduerſus blaſphemātes cōfitet̄: cū matrē ex filio tanq̄ pꝛincipio rationē diuinitatis btificat ꝛ verū nō fantaſticū hoīs filiū matri cōſubſtantialē teſtat̄ cū eū vētre poꝛtatum vberibuſqꝫ lactatum ſignificat. ¶ Spiritualiter autē iſta mulier ſanctā eccleſiā ſignat q̄ inter turbas iudeoꝝ: paganoꝝ et hereticoꝝ credula voce dn̄m ieſum xp̄m cōfitet̄: cuius reuera voce vēter marie virginis btūs pꝛedicat̄ qui totius mūdi redemptoꝛē poꝛtare meruit ſicut ipſa de ſe ait. Ex hoc beatā me dicēt oēs gn̄ationes. vbi Beda. Beda: Laus marie. Et nos igit̄ extollamus vocē cū eccleſia catholica cuius hec mulier typum geſſit: extollamus et mentē de medio turbarū dicamuſqꝫ ſaluatoꝛi. Beatus vēter qui te poꝛtauit: ꝛ vbera q̄ ſuxiſti. Uere eē btā parēs q̄ ſicut q̄dā ait. Enixa puerpera regem. Qui celum terrāqꝫ regit per ſecula cuius. Nomē ab eterno cōplectens oia gyro. Imperiū ſine fine manet que ventre beato Gaudia m̄ris habens cū virginitatis honoꝛe. Nec pꝛimā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentem. At ieſus confirmando verbū mulieris ꝛ cōmendando laudē matris ac fidē ꝛ cōſtantiā eiuſdē mulieris alioꝝūqꝫ ſimilium dixit. (Quinimo beati qui audiunt verbū dei ꝛ cuſtodiunt illud.) Per qđ ſignauit beatā virginē ſe concepiſſe felicius per fidē et deuotionem ſpiritualiter q̄ coꝛpoꝛaliter. Acſi dicat. Juxta tuam

ſentētiā pͥncipaliter beata eſt illa cuiꝰ ven⸗
ter me portauit: et nō ſolū ipſa btā eſt imo
etiam oēs ſunt beati in pñti in ſpe ⁊ tādē
in futuro in re (qui audiunt verbū dei) cor⸗
de credentes (⁊ cuſtodiunt illud) opere ad⸗
implentes. Beata qdē ⁊ felix eſt mater mea
que me portauit ⁊ lactauit: ſed magis ideo
felix atq; beata: qꝛ verbū dei audiuit: audiē
do credidit: credendo cuſtodiuit. Hoc enī
B niſi feciſſet nec felix nec mater mea eſſe po
Luc.j. tuiſſet. Unde elizabeth ad eam ait. Beata
Beata que credidiſti qm̄ perficientur in te q̄ dicta
maria ſunt tibi a dño. Beatior ergo fuit qꝛ v̄bū ſpi
ex fide ritualiter mēte cōcepit: auditu fidei ſuſce⸗
preci⸗ pit: memoriterq; ac ſtudioſe operatione cu
pue. ſtodiuit: qꝛ conceptio ſpūalis qua xp̄s i cor
de cōcipit felicior eſt q̄ carnalis. Fides eīm
per dilectionem operās beatitudinē eternā
ꝓmerek: nō aūt cōceptio vel portatio ſine fi
de qꝛ impoſſibile ē ſine fide deo placere. vn⸗
Augu. de ſm Augu. Beatior fuit maria profiten⸗
do fidem xp̄i q̄ cōcipiendo carnem xp̄i: ⁊ fe⸗
licius cōcepit deum mente per fidem q̄ cor
pore p carnis aſſumptionē. Nihil eīm ma⸗
trie materna ꝓpinqtas ꝓfuiſſet niſi illū feli
Chriſ. ciꝰ corde q̄ carne geſtaſſet. vnde Chr. Neq;
ꝯcipere xp̄m neq; mirabilē illū fetū parere
habet aliquā vtilitatē virtute nō exiſtente:
qm̄ nulla huius ei vtilitas ſi non vniuerſa
que oportet fecerit: et nihiꝰ partus ei pro
fuiſſet: niſi valde bona et fidelis eſſet. Si
vero marie nihil prodeſſet ſine ea q̄ ſm ani⸗
mā eſt virtute genitū ab ea eſſe xp̄m mul⸗
to magis nos ⁊ ſi patrē: ⁊ ſi filium habueri
mus virtuoſum ⁊ nobilem: ipſi vero longe
erimus a v̄tute illius: nobis prodeſſe pote⸗
Beda. rit. hec Chriſo. vbi Beda. Pulchre atteſta⸗
tioni mulieris annuit non eā tantūmodo q̄
verbum dei corporaliter gñare meruerat:
ſed ⁊ oēs qui verbum dei ſpiritaliter audi⸗
tu fidei concipere et boni operis cuſtodia
vel in ſuo vel in proximorum corde parere: ⁊
quaſi alere ſtuduerint aſſerētes eſſe btōs
qꝛ ⁊ eadē dei genitrix et inde qdem beata:
qꝛ verbi incarnandi miniſtra facta eſt tēpo
ralis: ſed inde multo beatior: quia eiuſdem
Uerbū ſemp amādi cuſtos manebat eterna. Qua
dei au⸗ ſententia ſapientes iudeoꝝ tanq̄ indignos
dire no beatitudine clam percutit q̄ verbū dei non
lentes audire et cuſtodire: ſed negare et blaſphe⸗
beati mare querebant. hec Beda. Et ſm eundem
eſſe ne⸗ tota vite celeſtis perfectio duobus his cō⸗
queūt. prehendik: vt verbū dei audiamus ⁊ facia⸗
mus. Quē ergo beatitudo marie delectat
verbū dei libenter audire et cuſtodire ſtu⸗
Ex Ro⸗ deat ⁊ beatus erit. Quiſquis enim verbum
ma.x. dei libenter audit xp̄m cōcipit: ſi autē ope⸗
re impleuerit xp̄m parit: quē maria porta⸗
uit corporaliter ipſe portat ſpūaliter. vnde
Augu. Aug. Qui corde credit ad iuſticiam cōcipit

xp̄m: ⁊ q̄ ore confitek ad ſalutem parit xp̄m.
vnde dñs alibi. Si quis fecerit voluntatē Math.
patris mei: ipſe meus frater ſoror et ma⸗ vij.
ter eſt. Hac laude xp̄i matriſq; eius cum ſe
audiret laudari a quadam muliere Rober
tus fundans et edificans monaſteriū Pre⸗ rober.
monſtratenſe: ait ei. Et maledicta tu et qui premō⸗
tibi ſuggeſſit verba dñica: laudem eius in ſtra.
me miſerum retorquere qui etiam modica
laude capi cōſueuerat. Uerbū dñi debet au C
diri reuerenter ꝓpter p̄cioſitatē. Si enim Uerbi
aliquis haberet particulā de veſte dñi vel dñi pre
lachrymā que exiuit de oculis eius: vel ſtil⸗ tioſitas
lam ſanguinis q̄ exiuit de carne ipſius val⸗ et; quo⸗
de reuerenter ſuſciperet ⁊ ſeruaret: multo modo
fortius verbū dñi qd̄ non ſolum egredik de audiē⸗
ore eius: ſed de intimis cordis ipſius. Itē dū ſit.
patienter non cū tedio vel murmure ⁊ de⸗
tractione. Item obedienter: vt ſcꝫ qd̄ quis Uerbū
audit opere impleat. Mali libenter debent dei au⸗
audire v̄bū dei vt corrigank: nā v̄bū dei eſt diendū
medicina aīe cōtra morbum peccati. Boni incipiē
etiā q̄ ſunt in ſtatu triplici libēter debēt au⸗ tibus.
dire verbū dei. Incipientibꝰ enim hoc cōue Profi⸗
nit: vt erudiank: et illis verbum dei eſt lac. cietibꝰ.
Proficientibꝰ ēt cōuenit audire v̄bū dei vt Perfe⸗
dirigank in via ꝑfectꝰ ſpūalis pfectis ēt cō⸗ ctis.
uenit audire verbū dei vt ampliꝰ pficiank: Uerbū
quibꝰ verbū dei eſt ſolidus cibus. Eſt enim dei eſt
verbū dei māna celeſte: et ſapit cuilibet pro māna.
ſuo velle. vñ Orige. Nunc ergo feſtinemus
celeſte māna ſuſcipere: illud eīm māna ꝓut
quiſq; deſiderat talem ſaporē reddit in ore
eius. Tu ergo ſi verbū dei qd̄ i eccleſia pre⸗
dicak tota fidei ⁊ tota deuotione ſuſcipias
fiet tibi ipm̄ verbū quodcunq; deſideras.
Uerbi gratia. Si tribularis conſolak te di⸗ ps.l.
cens. Cor contritū ⁊ humiliatū deus nō de⸗
ſpicies. Si letaris ꝓſpere futuroꝝ cumu⸗ ps.xxx.
lat tibi gaudia: dicens. Letamini in dño et
exultate iuſti. Si iracundus es mitigat te: ps.xxx.
dicens. Deſine ab ira ⁊ delinque furorem.
Si in doloribꝰ es ſanat te dicens. Dñs ſa⸗ ps.ciij.
nat oēs languores tuos. Si in pauperta⸗ ps.ciij.
te conſumeris cōſolak te: dicens. Dñs alle⸗
uat de terra inopem: et de ſtercore erigit
pauperē. Sic ergo māna verbi dei reddet
in ore tuo ſaporem quēcunq; volueris. hec
Orige. (Adhuc autē) dño ieſu p̄dicante: et
que ſupra dicta ſunt (ad turbas loquente
mater eius et fratres). i. cōſanguinei vene⸗
runt (querentes eū) lꝫ enim phariſei eſſent
mixti cū turbis tñ principaliter predicabat
propter turbas erudiendas. Et qꝛ faciliter
eū audire pre turba non poterant ⁊ etiā ne
fructum diuini verbi impedirent (foris ſta⸗ D
bant) ⁊ miſerunt ad eū vocantes ipm̄. Fra⸗ Fres
tres hic vocank conſobrini dñi ſm morem dñi.
ſcripture que ſepe cōſanguineos ſolet fra⸗
tres nolare. Et cum dñs erat occupatꝰ in

plures de turba dixerũt ei.(Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant querentes te.) Jſti inſidias tendebãt ac malitioſe ⁊ inſidiando hec dicebãt.ſ.ad tentandũ et explorandum ſi carnis affectu p̃dicationẽ inceptã dimitteret vel interrũperet: vt ſi ſpirituali operi preferret carnẽ ⁊ ſanguinẽ arguerẽt ipſum eſſe purũ hoĩem natũ propter affectionem carnalem ⁊ vt pp̃ls vidẽs q̧ parẽtes carnales haberet ip̃m filiũ dei nõ crederent: cum deus carnaliter nõ generet. Et ideo multas implicãt circũſtantias q̃ ipſum mouere poterãt ad ceſſandũ dicẽtes.(Ecce mater tua) q̃ precipit honorari (et fratres tui) quos et natura et lex iubet diligi (foris ſtant) expectantes te in loco exteriori vbi verecũdum eſt ſtare (querẽtes te) q̃ſi p̃pter te tñ venerint: et ideo debes merito ad eos egredi. vñ

f. Chriſ. Uidẽs diabolus q: pſuadebat pp̃lo xp̃s eſſe ſe filiũ dei dicens et ecce plus q̃ ſalomon hic timẽs ne ſi fili⁹ dei cognoſceret q̃ putabat hõ: ipſe derelinqueret ab oĩbus ad cõuincẽdos ſermones eius ſubintroduxit parentes ipſi⁹ carnales: vt p eorũ contẽplationẽ diuinitatis eius obſcuraret naturã. Jdeoq̧ venit aliq̃s q̃ſi diaboli aduocatus q̃ hũano ore verba diabolica loqueret dicẽs. (Ecce mr̃ tua ⁊ fratres tui foris ſtant volentes loqui tecũ.) Ac ſi dicat. Quid gloriaris o ieſu de celo dicẽs te deſcẽdiſſe qui radices habes in terra? Ecce mr̃ tua et fratres. Non potes eſſe fili⁹ dei quẽ hoĩes genuerũt: nõ potes i te filiũ abſcõdere quẽ natura cõuincit. Hec Chriſ. Sic ⁊ hodie multis p̃latis p̃curat diabol⁹ p̃pinquoꝝ multitudinẽ: vt i carnali affectiõe obſcuret eorũ dignitatẽ ⁊ ſctitatẽ. Et bñ dr̃ foris ſtãt ad ſignificandũ q̧ carnales amici clericoꝝ debent eſſe remoti ab eis: vel ſaltẽ a cordibus eorũ q̃tũ ad carnalẽ affectũ: ⁊ tñ in multis videm⁹ hodie cõtrariũ. Miſtice ſm Bedã. mr̃ et fratres Jeſu pñt dici ſynagoga: ⁊ iudei ex q̃b⁹ ſm carnẽ eſt editus q̃ foris ſtare dicunt xp̃o p̃dicante: q: gentib⁹ xp̃o credẽtibus ſynagoga cũ iudeis extra fidẽ mãſit p̃ maiori parte. Et notandũ de beata virgine q̧ tanq̃ pia mr̃ filiũ q̃rebat paruulũ: q: eius abſentiã nõ ſuſtinebat.ſ.qñ eũ amiſerat querebat adultũ: q: eius p̃ſentia ſatiari nõ poterat: vt hic patet: querebat magiſtrũ factũ.ſ.crucifixũ: q: iã eius pñtiã amittebat qñ iuxta crucẽ ſtabat. Sed inuenit p̃mo in medio doctorũ interrogantẽ: nũc in medio populorum predicantem vltimo in medio latronum patientẽ. Primo in templo: ſecũdo in domo: tertio in patibulo. Jbi cupiebat inuenire: et ideo laborabat ⁊ dolebat in querẽdo filium: hic cupiebat videre: ⁊ ideo ſtabat foris expectãdo eius affectũ: ibi cupiebat ſimul crucifigi: et ideo ſtabat iuxta crucẽ vſq̧ ad finẽ ſuũ. ❡ Jeſus aũt ad req̃ſitionẽ matris vocatus p̃dicationis officiũ propter matris affectũ: lʒ eã ſumme diligeret et honoraret relinquere vel interrũpere noluit q: nobiliora ſunt opera mĩe ſpiritualia q̃ corpalia ⁊ vtilitas matris eccleſie p̃ferenda eſt vtilitati mr̃is proprie. Jn quo feruor xp̃i apparuit quẽ in predicãdo habuit. Tñ inſidiãtes cõfutauit ⁊ ſicut q̃ intus prauam intẽtionẽ vidit malignũ eorũ ṽbũ rõnabiliter repulit oſtẽdens q̧ ſp̃ualis occupatio carnali affectioni et op⁹ dei negocijs familiariũ pſonarũ p̃poni dʒ dicẽs. (Que ẽ mater mea: et qui ſunt fratres mei?) Ac ſi diceret matri et p̃rimis. Neſcio vos in ope ſp̃uali ⁊ pr̃is mei p̃dicatio nõ eſt p̃pter vos dimittẽda ſeu etiã interrũpẽda. (Et) quaſi ad p̃teſtandũ veritatẽ (extẽdẽs man⁹ in diſcipulos ſuos) q̃ in circuitu eius ſedebãt dixit. (Ecce mr̃ mea).ſ. hi qui me in ſuo corde cõcipiũt: ⁊ me p p̃dicationẽ in cordib⁹ auditoꝝ pariũt (⁊ fratres mei) q̃ opera patris mei faciũt ⁊ mihi in celo coheredes erunt. q.d. itantũ eſt mihi aliq̃s p̃pinquus inquãtũ eſt ſp̃ualib⁹ actib⁹ itent⁹. Et ille eſt mihi magis p̃pinqu⁹ q̃ ſp̃ualib⁹ operib⁹ eſt magis intẽtus. Sp̃uales p̃rimos p̃fero carnalibus: ⁊ vtiliora op̃a minus vtilib⁹ adeo vt ſp̃uali opi vacans oĩno carnales poſtponã affect⁹. Dñs ſe noſſe matrẽ diſſimulat: ⁊ per cognationẽ p̃rimos dicẽs ſibi p̃rimos eſſe per ſp̃m cõiunctos. Quo exẽplo nobis monſtrauit qd̃ verbo docuit.ſ. q̃ amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me: nõ ẽ me dign⁹.i. q̃ opi ſpirituali carnales p̃ponit affect⁹. Qui ergo in cõferẽdis bñficijs ⁊ dignitatib⁹ eccl'iaſticis pſonas accipit preferens carnẽ ſpiritui: ⁊ opus min⁹ vtile vtiliori formã a dño preſcriptã relinq̃t: ⁊ maxime deũ offendit. vnde Hier. Nõ matrẽ negauit ne nat⁹ de fantaſmate putaret: ſed ap̃los cognationi p̃tulit: vt et nos in cõpatione dilectiõis carni ſp̃m p̃feramus. vñ ⁊ Ambr. Nec tñ iniurioſe refutantur parentes: ſed religioſiores copule mentiũ docent eſſe q̃ corpoꝝ: nec putet eſſe aliq̃s offendiculũ pietatis vbi mandatũ legis implet. vñ etiã Chriſ. Nõ ſpernẽs gñationẽ carnalẽ: neq̧ erubeſcẽs hũanã cõceptionẽ tale dedit rñſũ: ſʒ volẽs oñdere: q: p̃ponẽda ẽ cognatio ſp̃ualis carnali. ❡ Deinde dñs Jeſus q̃ſi rõnem dicti ſui reddit q̃ſi dicẽdo: nec ſolũ diſcipuli ſp̃aliter: ſed etiam q̃cũq̧ fideles ⁊ iuſti eternal'r ſunt mr̃ mea ⁊ fratres mei. (Quicũq̧ eñ fecerit) corde: ore ⁊ opere (voluntatẽ) in p̃ceptis ac cõſilijs: ⁊ exẽplis (pr̃is mei q̃ in celis eſt: ipſe me⁹ frater ⁊ ſoror ⁊ mater eſt) frater ⁊ ſoror credẽdo: quia filius dei eſt. Dedit eñ eis poteſtatẽ filios dei fieri his qui credũt in noĩe eius. Frater quippe ⁊ ſoror dr̃ p̃pter vtrũq̧ ſexũ

Marginal notes: E Nõ intermittenda officia diuina. — Matrẽ noſſe diſſimulat dominus. — Hiero. — Ambr. — Chriſ. — Joã. j.

q̄ a.l fidē colligit̄. Qui aūt xp̄i frater ⁊ ſoror eſt credēdo mr̄ eius fit p̄dicādo: ⁊ in cordibus proximoꝝ dicto vel exēplo eum generādo. Igit̄ q̄ filij et filie ac heredes dei ſunt p̄ gratiā fratres ⁊ ſorores et matres ac heredes xp̄i ſunt q̄ eſt dei fili⁹ p̄ naturā. Hic etiā eos et fratres et ſorores ac mr̄es vocat: q̄m ꝗ̄ſi fratres et ſorores ac matres diligit. Et his quidē verbis apertiſſime monſtratur ꝙ carnali amori ſp̄ualis amor d3 p̄ferri ⁊ propinquitas charitatis ꝓpinq̄tati cōſanguinitatis. Eo em̄ amore et matrem et fratres oēſq3 ꝓpinquos nr̄os diligere debem⁹ quo xp̄s matrem ⁊ fratres ſuos dilexit. Diligebat em̄ eos: nō q2 magis ſm carnē ꝓpinqui erāt: ſed q2 volūtatē p̄ris eius magis faciebāt. Ille g̃ magis xp̄o ē ꝓpinquior q̄ eſt melior: q2 vt dicit Hier. Non in ſcrib⁹: ſ3 in factis diſcernit. Et vt ait Greg. Apud dñm nō gradus elegātior: ſ3 vite melioris actio cōprobat̄. Hāc aūt ſniam ſm Chriſ. dñs induxit: vt null⁹ de gn̄is nobilitate: aut ſanctorū ꝓpagine ſine virtute cōfidat: docēs nos in nulla cognatiōe cōfidētes virtutē negligere. Si em̄ marie nihil prodeſſet matrē eſſe niſi virtus adeſſet q̄s vtiq3 ali⁹ p̄ cognatiōnē ſaluabit̄: vna enim nobilitas ſola eſt voluntatē dei facere: ⁊ hic nobilitatis modus eſt illo melior et principalior.

F Amor ſp̄ualis p̄ferendus carnali.

Hiero. Grego. Chriſ.

¶ Oratio.

Domine ieſu xp̄e da mihi vt v̄bū tuū audiā fide credēdo ⁊ cuſtodiā ope adimplēdo fac me ſp̄ualiter p̄ auditū portare ⁊ p̄ cuſtodiā nutrire ip̄m dei verbum: da mihi dñe de⁹ me⁹ vt occupationē ſpiritualē oi affectione carnali ⁊ op⁹ dei negocijs humanis ac vniuerſaliter vtiliora min⁹ vtilibus te rectore: te duce p̄ferā ſemp̄ ⁊ p̄ponā. Fac me corde: ore ⁊ ope tuā in p̄ceptis cōſilijs ⁊ exemplis facere volūtatem vt merear ſeruitor tibi grat⁹ fieri: ⁊ tandē inter dei filios ⁊ heredes p̄ tuā grām cōputari. Amē.

¶ De increpatione phariſeorū et legis doctorum. Capi.lxxvi.

A Luc.xj. Math. xxiij. Inuitatio phariſeoꝝ.



Cū aūt dñs iā p̄miſſa loqueret̄ (rogauit eū q̄dā phariſe⁹ vt prā deret cū illo.) Inuitabāt phariſei dñm nō vt reficerēt: ſ3 vt cōprehēderēt: accuſarēt: ac perderēt. Uñ ad domū phariſeorū non intrabat niſi rogat⁹: ſed ad cōuiuiū publicanoꝝ bñ ibat etiā non inuitat⁹. Supponendū eſt ꝙ dñs poſt ſermonē exiens de domo in q̄ hoſpitat⁹ fuerat et docuit: locutus eſt matri decentē honorem exhibēs ei: ⁊ deinde iuit ad domū phariſei magis intendēs reficere q̄ refici. vñ Cyrillus. Sed xp̄s q̄ phariſeorū neq̄tiā nouerat diſpēſatiue condeſcēdit ſatagēs cōmonere eos ad ſimilitudinē optimorū medicorū q̄ graui⁹ infirmātib⁹ afferunt remedia ſue induſtrie. Et (ingreſſus) domū (recubuit) ⁊ requieuit .i. ad comedendū ſe poſuit. Omiſit aūt lauare manus vt illorū errorē corrigeret q̄ credebāt ꝙ illa lotio ad ſalutē neceſſaria eſſet ⁊ vt p̄ eā interior mūdatio a peccatis fieret: et vt demonſtraret ꝙ non lotis manib⁹ māducare hoīem nō coinq̄nat. Uñ phariſe⁹ intra ſe murmurauit: ⁊ reputauit magnā eſſe culpā ꝙ ſm traditiōes iudeorū nō eſſet lot⁹ añ prādiū. Mira ſtulticia filiū dei arguit q2 p̄cepta hoim nō ſeruat q̄ traditionib⁹ hoim ſubiect⁹ nō erat. Dñs aūt cogitatiōi illi⁹ r̄ndit oſtēdēs p̄ h̄ ſe eē deū cui nuda ⁊ aperta ſunt ſecreta cordiū: ⁊ arguit ip̄ſos phariſeos q̄ q̄d foris erat a ſordib⁹ exterioribus mūdabāt: ⁊ q̄d int⁹ erat a macula rapie: ⁊ iniq̄tatis: ⁊ fraudis nō mūdabāt q2 de mūdicia exteriori in vaſis ⁊ corpibus ſuis erāt multū ſoliciti ⁊ diligētes: ⁊ de mūdicia interiori ipſi⁹ mētis negligētes: ⁊ non curantes: cū tñ merito deberet eē ecōuerſo q2 interior mūdicia eſt neceſſitatis exterior aūt ſolūmō honeſtat3: vñ nō interior: ſ3 exterior ſine pctō omitti pt̄. Et ideo xp̄s exteriorē lotionē omiſit vt hēret occaſionē arguēdi phariſeos: de exteriori mundicia tñ curātes ⁊ interiorē negligētes: exteri⁹ ſimulātes iuſticiā ⁊ ſcītatem int⁹ retinentes neq̄tiā et iniq̄tatē. Sed o phariſee mūda pri⁹ q̄d int⁹ eſt .ſ. cor ⁊ aīam a fraude ⁊ malis deſiderijs vt mūdū fiat ꝙ eſt de foris vt foris p̄ opa veraciter ſcītatē oſtēdere poſſis. Qui em̄ vtrāꝙ hoīs naturā .ſ. corpus ⁊ ala3 fecit vtrāq3 mūdari deſiderat. vbi Beda. Hoc ē illos q̄ corpalia pctā fornicationē vel3 immūdiciā: libidinē: furtum: rapinā: ⁊ cetera talia ꝗ̄ſi grauiſſima deteſtant̄. Sp̄ualia v̄o q̄ nō minus dānat ap̄ls h̄ eſt amaritudinē: irā: indignationē: clamorē: blaſphemiā: ſuperbiā: et auariciā q̄ eſt idoloꝝ ſeruit⁹ vt leuia contēnūt. hec Bed. Per hoc etiā arguunt̄ illi q̄ de minorib⁹ magnā vim faciunt: ⁊ de maioribus parū curant. Sicut aliq̄ religioſi plus ponderāt fractionē ſiletij vel aliq̄d eiuſmodi ꝙ iniuſtū grauamē ꝓximi: vel aliā etiam tranſgreſſionē p̄ceptoꝝ dei. Phariſeis etiā ſimiles ſunt clerici q̄ bñ tonſo capite ⁊ raſa corona in veſte alba ⁊ mūda ⁊ lotis manib⁹ accedūt ad altare int⁹ pleni auaricia ⁊ iniq̄tate: alijſq3 inmūdicijs multiplr̄ ac legē dei poſtponentes: ⁊ traditiones hoim in exterioribus ſolicite cuſtodientes. Deinde dñs ꝗ̄ſi bonus p̄ceptor docet q̄lr̄ nr̄i ꝯfagiū corpis mūdare debem⁹ dicēs. (Uerūtñ do vobis ſalutis conſilium) .ſ. (q̄d ſupeſt) .i. de

Cyrill⁹

manuū lotio añ prādium.

B Interiora mūdāda ſūt.

Beda.

Sp̄ualia vitia non minus fugienda.

Phariſeoꝝ ſimiles.

eo ꝙ ſupeſt poſt alioꝝ reſtitutionē (date eleemoſynā) qꝛ prio dꝫ fieri reſtitutio. ꝛ de eo ꝙ remanet eleemoſynarū elargitio. vel ſm Bed. de eo ꝙ ſupeſt victui ꝛ veſtitui neceſſario. Neqꝫ eī ita faciēda iubet eleemoſyna vt teipſuꝫ cōſumas inopia ſꝫ vt tui cura corporis expleta inopē ꝗ̄tū vales ſuſtentes (Et ecce oia mūda ſūt vobis) qꝛ eleemoſyna magnā hꝫ virtutē ad pctōꝝ remiſſionē. vñ in daniele dꝛ. Pctā tua eleemoſynis redime. Uel (verūtñ) ꝯſiliū ꝛ remediū (ꝙ ſupereſt) ꝛ reſtat poſt tāta ſcelera do vobis. h ſ. (date eleemoſynā) ordinate vt incipiatis a vobis. Qḋ dictū ſic eſt intelligendū vt prius homo ſibi faciat eleemoſynā mūdādo ſe interiꝰ p fidē ꝛ baptiſmū credendo in xp̄m: et ſi poſt baptiſmū ꝛ imūdicia inocētie fuerit fedata emūdet cōſciētiā p pniaꝫ. ꝗ eī vult ordinate eleemoſynā dare. i. miam facere a ſeipſo dꝫ icipere: ꝛ eā pmo ſibi dare. Eſt eī eleemoſyna oē opꝰ mie. vnde in eccleſiaſtico dꝛ. Miſerere aie tue placens deo. Nullū enim opꝰ hois deo placere pōt niſi ipſe priꝰ placeat. vñ in Gen̄. legimus ꝙ deus prius reſpexit ad Abel ꝗ̄ ad munera eius. Et tūc ſupereſt vt ꝗ ꝓprie ſubuenit miſerie: ſubueniat ꝛ aliene dādo eleemoſynā procedentē ex fide ꝛ charitate ꝛ ſic per miam ſui ꝛ proximi oia mūda ſunt: ꝛ nullam mentem inquināt: ꝛ immūdā faciūt. Ergo miſericordia et abolitio peccati promittit omnibus miſericordiam faciētibus. Quod itaqꝫ hic dicitur (date eleemoſynā) ad oia que vili miſeratione fiunt valet. Non eī ſolū qui dat eſuriēti cibū ꝛ cetera hmōi: verumēt ꝛ qui dat veniā peccāti atqꝫ orat pro eo ꝛ qui corripit ꝛ alia emēdatoria pēa plectit eleemoſynaꝫ dat. vñ Aug. Facere eleemoſynā eſt facere miſericordiā. Si intelligis a te incipe. Quo modo enim miſericors es alteri ſi crudelis es tibi: audi ſcripturam dicentem. Miſerere aie tue placens deo. Redi ad conſcientiā tuā ꝗcūqꝫ male aut infideliter viuis ꝛ ibi inuenies mēdicātē aiaꝫ tuā: inuenies egentē: pauperē erūnoſā: īuenies forte nec egentē ſꝫ egeſtate obtumeſcentem: quando inueneris aiam talem intus in corde tuo illi fac priꝰ eleemoſynā. In iudicio ꝛ charitate fac eleemoſynā cū aia tua. Quid eſt iudicium? Diſplice tibi. Quid ē charitas? Dilige deū: dilige ꝓximū. Hāc eleemoſynā ſi ꝓtermittꝫ ꝗ̄tū vis ames nihil facis qñ tecū nō facis. Hec Aug. Et qꝛ phariſei ex hypocriſi nō ſolū querebāt exteriorē mundiciā: ſed etiam apparētē iuſtitiā ac decimas dabant: ꝛ eleemoſynā faciebāt putauerūt xp̄m inaniter loq̄ ꝗſi eis ꝗ eleemoſynā nō facerēt: ꝛ eū i cordibꝰ ſuis deridebāt. Nō ſolū ei triticū: vinū ꝛ oleū ſꝫ ēt res ꝯtēptibiles. ſ. ciminū: rutaꝫ ꝛ hmōi decimabant. ꝛ de reſiduo eleemoſynā faciebāt: qḋ nō facile facit xp̄ianus aliqs vt p hoc apparerēt iuſti quaſi volēdo implere mādatū dei de decimis reddēdis etiā circa minima vt p hoc crederent multū volūtarij ad implēdū diuina mādata: cū tamē eēnt trāſgreſſores in maioribꝰ: ꝛ vt de eis diceret: ꝛ vidētibꝰ qm̄ olm decimas dāt ꝗ etiā olerū decimas dare nō negligūt. Dñs vero cogitatū eorū ſciēs ſubiūxit dicēs (ve). ſ. dānationis (vobis phariſeis ꝗ decimatis mentā ꝛ rutā ꝛ omne olus). ſ. minuta ꝛ cōtēptibilia fructuū veſtroꝝ (ꝛ reliq̄tis grauiora legis). ſ. iudiciū ꝛ iuſtitiā ſubuertēdo (ac charitatē) ꝛ opa miſericordie omittēdo. Non eſt hoc facere miſericordiā ꝛ eleemoſynā (hec) eī. ſ. iudiciū ꝛ charitatē (oportet facere primo loco: qꝛ hec ꝓcepta ſunt ad dei honorē: ꝛ illa ſcꝫ decimā ꝛ eleemoſynā nō omittere ꝗ ſunt ad ſacerdotū ꝛ ꝓximi neceſſitatē. Illa facite: ꝛ iſta preponite. Non eī p eleemoſynā emit impunitas in iniquitate manentibus. Decimātes igit ꝛ eleemoſynā faciētes exteriora mūdabāt: ſed qꝛ iudiciū ꝛ charitatem relinquebant interiora nō mundabāt. Optime autem coniungunt iudiciū ꝛ charitas: qꝛ iudiciū ſine charitate vergit in crudelitatē: charitas ſine iudicio in remiſſionem charitas cū iudicio in equitatē. Iſtud autē de decimatione poteſt dupliciter intelligi. Uno modo reſpectu ſui: qꝛ lꝫ miniſtri tēpli acciperēt decimas a populo: tñ de illis acceptis a populo ꝛ de his que habebant ex labore ſuo decimas reddebant ſacerdoti ſummo ꝛ ideo ad ſimulationē ſanctitatis reddebāt eis decimas de minimis. Hoc etiā faciebāt ratione cupiditatis vt per exemplū ſui inducerēt populū ad reddēdū ſibi decimas de oibꝰ vſqꝫ ad minima. Alio modo pōt intelligi reſpec u alioꝝ quos per doctrinam ſuā inducebāt ad decimas ſtricte ſibi ſoluēdas. Illud etiā qḋ de omiſſione grauioꝝ legis addit ſimiliter dupliciter intelligitur. Uno modo reſpectu ſui iſta ꝗ erant magne neceſſitatis facere omittebāt. Alio modo reſpectu alioꝝ: qꝛ alios ad talia obſeruāda inducere negligebāt. Similiter hodie faciunt ſacerdotes eccl'ie ꝛ plati ꝗ ſoliciti ſunt circa ſubiectos de redditione decimarū: ꝛ ſimiliū ꝗ eis debent: ꝛ parū curāt ſi in maioribꝰ criminibꝰ inuoluant. Et qꝛ honor eſt pmium virtutis ꝛ ex appetitu apparētis iuſticie ſequit appetitꝰ indebiti honoris: iō cōſequenter arguit arrogātiā ꝛ ambitionē phariſeorū comminādo eis ve ꝛ penā eternam dicēs (Ue). i. eterna dānatio imminet vobis phariſeis ꝗ diligitis pmas cathedras in ſynagogis. Nō dicit ꝗ habetis cathedras: ſed ꝗ diligitis: has eī appetere ambitiōis ē iniūctas ſuſcipe charitatis. In quo reꝓmit oēm indebitū appetitū honoris ꝛ inſtruit nos vt

Deciatio phariſeoꝝ.

Iudicium et charitas.

De Prelatorum auaricia.

ambitione careamus: et primatū in ecclesia nō ambiamus. Ve ergo miseris ad quos phariseorū vitia trāsierūt q̄ p breue et incertū huius vite sue curriculū quo peccata humiliter deplāgere debuerūt ad poratū aspirare: vel pro eo certare nō metuis. Et nō solū volebāt eē doctores et magistri in synagogis volētes vocari ab oibus rabbi: sȝ ēt q̄rebāt (salutationes in foro) cārū et negociorū ex quo videt̄ q̄ idē erāt in synagoga magistri: et in foro advocati. Sȝ nō cōuenit vt litibus intēdāt q̄ diuino officio mācipant̄. nemo em̄ militans deo implicat se negocijs secularibus. vñ Rabanus. Culpa nō carēt si in foro litibus intendāt q̄ in cathedra moysi et synagoge magistri cupiūt appellari. Et q̄ vitia occulta punient̄ adeo grauius q̄to peccatores tales volūt alijs p̄ferri in honoribus: post hoc arguit eorū simulationē cōminādo eis ve pene eterne q̄ erāt q̄si sepulchra q̄ nō apparēt. s. exterius q̄lia sunt interius: q̄ aliq̄n exterius ornantur: et fetore interius replent̄ et hoies ambulātes supra nesciūt q̄lia sunt intra. Sic q̄cūq̄ decepti p phariseorū et hypocritarū sententias eos imitant̄ q̄si supra sepulchra ignorāter gradiunt̄. Et bñ cōparat eos mortuorū sepulchris: q̄ aia mortua est in corpe hypocrite et peccatoris. Vñ sepulchrū dr̄ quasi semipulchrū et tales sunt hypocrite exterius nitidi et interius fetidi. Tales nō sunt filij sponse: id est ecclesie que dicit. Nigra sum. s. exterius: sed formosa sum scȝ interius: sȝ isti ecōtrario sunt dispositi. Hic reprehendit̄ quelibet sāctitatis simulatio falsa vt abstineamus ab ea. Unde Cyrillus. Per ea quibus illos reprehēdit nos facit meliores: vult em̄ ambitiōe nos carere: et nō plus venari apparētiā q̄ verā existētiā q̄ tūc pharisei agebant. vñ et Chri. Sed q̄d tales extiterint pharisei nō est mirabile. Si autē nos digni reputati fieri tēpla: fiamus repēte simulachra solū fetorē cōtinentia: hoc est extreme miserie. (Quidam autē legisperitus) dicta a xp̄o contra phariseos in contumeliā legisperitorum retorquet dicēs (Magister hec dicens) nō tm̄ phariseis: sed (etiā nobis legisperitis q̄ maiores sumus (contumeliā facis) hic legisperitus ignorabat imperitus legē veritatis: q̄ redargutio culpe non est cōtumelia persone: et qui erubescit redargui cesset a culpa nec offendat cū corripiētis charitatis: sȝ p̄pria iniquitas. vbi Beda Quā misera conscīētia q̄ audito dei verbo: sibi cōtumeliā fieri putat. et cōmemorata pena perfidorū se q̄ntq̄ intelligit esse dānandam. Unde mihi miserq̄ sibi vnū supest suffragiū dño cū p̄pheta supplicare. Utinā dirigātur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas: tūc nō cōfundar dū respiciā i oia mādata tua. hec Beda. Cōiter scribe et legisp̄iti erāt doctores legis q̄ōnes legis soluētes: pharisei vero. s. sacerdotes iudeorū diuisi ab alijs quasi religiosi videbant̄. Dñs aūt liberrimus viciorū correptor nec legispitorū altitudinem verebat̄: sȝ eos redarguit: q̄ pctā eorū publica et manifesta erāt: et iō publice eos arguendo cōtumeliā eis nō faciebat put iste legisperitus sibi imponebat. Sed nō sic hodie nostri maiores faciūt qui in corrigendo personas accipiūt. vnde Aug. Nostri principes cū pauperes delinquentes publice arguāt et cōfundāt diuitibus maiora peccantibus: nec nutū faciūt: quapropter anaxagoras leges princip̄ū telis aranearum cōparabat que minora animalia capiunt: et maiora transmittunt. vñ Chriso. Si possibile esset in diuites vindictā procedere: videres ex eis repleri carceres vniuersos. Sed cum omnibus suis hoc maluȝ habent diuitie q̄ in malignitate peccātes ab vltionibus eruūt vnde etiā valerius maximus narrat q̄ socrates videns vnū duci ad suspendiū risit: et interrogatus cur rideret respōdit. Video magnos latrones ducentes paruū latronē ad suspēdiū. Minuta sacrilegia puniuntur sȝ magna triūphis extollunt̄. vnde et Aug. Remota iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia? et latrocinia quid sūt nisi p̄ua regna? Ideo eleganter et veraciter alexādro magno quidā pirata cōprehensus cū ab eo interrogatus quid sibi vt mare infestum haberet: ille libera voce respondit q̄d tibi vt orbem terrarum. Sed quia ego exiguo nauigio facio latro vocor: q̄ tu magna classe imperator. Et reuera sic heu est et hodie: nā minores et paupes p leui transgressione grauiter puniuntur: sed maiores et potentes etiā p enormibus nihil patiunt̄. Sȝ nō glorient̄: q̄ in p̄nti si intacti permanent nā in futuro penas debitas cū vsura recipiēt. Tūc potētibus q̄ hic per verā pauperes innocentes iudicabūt: nullū erit cōsistoriū nullū tribunal: sed corā illis tunc i iudicio stabūt quos hic suo puerso iudicio nedum iudicabāt sed et sepius cōdēnabāt. O quot iniusticie fiūt hodie i vna ciuitate de q̄bus nō eēt mirū si ipa et tota p̄ria redigeret̄ in nihilū. Alr̄ ei iudicant extraneo q̄ domestico Aliter minori. Alr̄ per carnē coniuncto q̄ remoto. Aliter pauperi q̄ diuiti. quod omnino et manifeste est cōtra legē dei altissimi. Nullā q̄ppe legē scriptā in iudicandū respiciunt. sed s̄m affectiōes varias quas ad diuersas personas habēt sentētias varias p̄ferunt dicentes sic vel sic mihi vr̄: nec dicūt sic vel sic in lege scriptuȝ habetur. Quanta autē mala iniustitia adducit pȝ ex bonis que iusticia facit. de q̄bus Cyprianus sic ait. Iusticia regis: pax populorū: tutamē p̄rie: vnitas plebis: munimētū gētis: cura languorum:

Litibus abstineat clerus. Rabanus. Sepulchra. Simulatio pscribit. Cyrillus Chrif. F Beda. Cōsciētia misera. Psal. cxviij.

Personarum acceptio. Chrif. Valerius maximus. Latrones magni suspēdunt puos. Augu. Pirate rñsum. F Iudicia iniq̄ Cypa. Iusticie laus dea.

eꝛu illi⁹ q̃d dr̃ in Gen. non auferet̃ ſceptrũ de iuda ⁊c. Ubi dr̃ q̧ ablatio regni a tribu iude erat ſignũ aduentus meſſie. Iſte aũt herodes obtinuit regnũ illud cũ tñ alienigena: q: pr̃ ei⁹ fuit idume⁹ et q: meſſiã ꝓmiſſum intelligebãt illi regnare temporaliter: nec videbãt aliũ tũc regnare in iudea niſi herodem: ideo dixerũt eũ eſſe meſſiam: cũ tamẽ prophetia iacob p̄dicta eſſet ſm̃ veritatẽ de xp̃o tẽpoꝛe herodis nato intelligenda. Ab his ergo oĩbus monet diſcipulos cauere ne in his cõſentiãt: vel hec in eis appꝛobando: vel in his eos imitãdo. Non eñ viuendũ eſt in fermẽto veteri quãtũ ad peruerſam doctrinã: neq̧ in fermẽto malicie quãtũ ad morũ p̄ꝛauitatẽ et neq̄tie quãtũ ad ſimulatã iuſtitiã: ſed in azimis ſinceritatis quo ad vitã ⁊ intentionẽ et veritatis quo ad doctrinã. (At illi) .i. diſcipuli dictũ domini intelligẽtes de pane fermẽtato ⁊ materiali (cogitabãt intra ſe dicẽtes) quodã occulto murmure q: hoc iõ dicit (q: panes nõ accipim⁹) non vult q̧ de pane phariſeoꝛũ fermẽtato accipiam⁹. ¶ Putabãt eñ ſe eſſe tacite notatos de panũ obliuiõe et q̧ ad literã de pane fermẽtato loqueret̃ ne ab eis acciperẽt q̧ panes ſecũ nõ accepiſſent. Errabãt apoſtoli in duob⁹: q: ⁊ de panũ defectu dubitabant eo q̧ panes nõ attulerãt: et q: verbũ dñi de fermẽto ad literã capiebãt. P̄ꝛio ergo arguunt̃ de pꝛimo .ſ. q̧ timebãt panis defectũ materialis. (Sciẽs eĩ ieſus) cogitationes eoꝛũ tanq̃ de⁹ arguit eos de fidei modicitate: q: eo p̄ñte ⁊ cũ eo timebant poſſe egere dicẽs. (Quid cogitatis modice fidei: q: panes nõ habetis) ⁊ me dixiſſe de panibus terrenis de q̃b⁹ dubitare nõ deberetis. Panẽ vite q̃ eſt cauſa oĩm panũ ſecũ habebãt: ⁊ iõ de panũ defectu dubitare nõ debebãt. Hoc aũt ſm̃ Chꝛiſ. dñs facit vt ſolicitudinẽ eſcaꝝ ab eis abijciat. Quaſi diceret. Ex factis meis p̄cedẽtib⁹ ⁊ doctrina debetis ſic eſſe illuminati q̧ v̄bũ meũ intelligeretis nõ de pane materiali: q: de hoc poſſũ vobis ſufficiẽter ꝓuidere. Q̃d ꝓbat duplici exẽplo in q̃ magnã mltitudinẽ ſatiauit puo cibo. Uñ ſubdit. Non dũ itelligit̃) .ſ. miſteriũ. Nã ſi p panes itelligit̃ doctrĩa ſana neceſſario p fermẽtũ itelligit̃ coꝛrupta (neq̧ recoꝛdamini) .ſ. v̄tutiſ in multiplicatiõe panũ vñ ſequit̃ (q̃nq̧ panũ) .ſ. diſtributoꝝ (in q̃nq̧ milia hoĩ: ⁊ q̧ cophinos ſũpſiſtis) de reſiduo (neq̧ ſeptẽ panũ) .ſ. diſtributoꝝ (in quatuoꝛ milia hominũ ⁊ quot ſpoꝛtas ſumpſiſtis fragmẽtorũ: reducit eos ad memoꝛiã miraculoꝝ de q̃nq̧ ⁊ ſeptẽ panib⁹ vt cõfidant q̧ ipſe paſcet eos qui pauit turbas. Quaſi diceret. Nõ eſt vobis timendũ de tam paucis panib⁹ tantas feci abũdare reliquias. vnde Chꝛi. per hoc i memoꝛiã eis reducit ea q̃ p̄terierũt ⁊ ad futura attẽtioꝛes facit. Deinde arguũt̃ de ſcõo ſc; q̧ habebãt defectuz intellect⁹ ſp̃ualis cũ dr̃. (Quare nõ intelligitis) ſc; (quia non de pane dixi vobis.) Quaſi diceret. Nõ eſt vobis dubitãdũ de pane materiali: q: ita poſſum eũ multiplicare ſicut vidiſtis nec de illo ego ſolicitoꝛ nec loquoꝛ vobis: ideo poti⁹ de alio pane ⁊ fermẽto intelligere debuiſtis ſc; doctrine peruerſe q̃ moꝛe fermẽti ſe veri panis ſubſtãtiã ſimulat habere. Sed reuera totã ſubſtãtiã eius cui admiſcet̃ coꝛrũpit et ad ſapoꝛẽ ſuũ trahit. Hoc eſt de quo apoſtol⁹ dicit Modicũ fermẽtũ totã maſſã coꝛrumpit. ¶ Ab iſto ergo ſicut a nociuo cibo ſumme eſt cauẽdum. vñ Ambꝛo. Cib⁹ coꝛpoꝛalis nociu⁹ cũ magna ſolicitudine cauet̃ q̃nto magis ſpiritualis. (Tũc itellexerũt: q: nõ dixerit cauẽdũ a fermẽto panũ) ſc; materialiũ (ſ; a doctrina phariſeorũ ⁊ ſaduceoꝝ) q̃ rõne p̄dicta vocat̃ fermẽtũ.

Chꝛiſo. — i. co. v. — Amb.

(Et venerũt bethſaidã vbi cecuz et adducũt rogãtes vt illuz tãgeret) ⁊ firmiter credẽtes q̧ ad tactuz ei⁹ ſan⁹ fieret (Et app̄hẽſa manu ei⁹ eduxit eũ extra vicũ) .i. extra vicinitatẽ ⁊ tumultũ maloꝝ. (Et expuẽs i oclos ei⁹) īpoſitis manib⁹ ſup oculos iterrogauit eũ ſi quid videret (⁊ aſpiciẽs id eſt aſpicere icipiẽs ait video hoĩes velut arboꝛes ãbulãtes.) Nõ eñ diſtiguere poterat liniamenta humanoꝝ coꝛpoꝛũ: videbat obſcure coꝛpoꝛa eoꝛuz moueri de loco ad locũ ⁊ poſtea p̄fecte illuminauit eũ Nã (iterũ man⁹ ſup oculos ei⁹ ipoſuit et clare oĩa vidit.) p hoc arguit̃ ignoꝛantia diſcipuloꝝ facto q̧ ipſis p̄ſentib⁹ illuminauit cecũ p̄ꝛio īperfecte ⁊ poſtea perfecte.

E — Ceci illuminatio.

¶ Certũ eſt eñ q̧ xp̃s poterat eum ſtatim perfecte illuminare: ſed p talẽ modum voluit facere vt deſignaret diſcipulos adhuc in parte obſcuratos caligine ignoꝛantie ⁊ ad clare intelligẽdũ indigere maioꝛi illuminatiõe. Uñ ⁊ poſt reſurrectionẽ ſuã aperuit illis ſenſuz vt itelligerẽt ſcripturas. Alij dicũt illuminationẽ hui⁹ ceci ſucceſſiue factã pp paruitatẽ fidei huius ceci ⁊ offerẽtiũ ip; xp̃o: ⁊ p̄t eẽ q̧ iſta cã ⁊ p̄dicta cõcurrerũt ad iſtũ effectuz i ipſo. p hoc etiã ſignat̃ q̧ dñs aliq̃n dat ſuã gratiã augmẽtando pꝛius datã. (Et mittẽs illũ i domũ ſuam) iuſſit vt nemini diceret: ad vanitatis iactantiã vt mũdi gloꝛiã nos doceret fugere: ſed tamẽ dicere poterat et debuit ad p̄dicationẽ laudis diuine: hoc nõdum intelligũt q̃ oĩa opa ſua vt ab hoĩb⁹ videãtur q̃ faciunt: de quibus dñs ait. Receperunt mercedẽ ſuam. Ne ergo hic recipias mercedem ⁊ recipiẽdo perdas eter-

Cur p̄ iperfecte illuminat⁹ ſit. — Math. vi.

nam̄ vitioſitatē tuā potius enarra q̄ͣ virtutē. exēplo apoſtoli dicētis. Qui fui blaſ- (i. timo. i.) phemus et perſecutus ſum eccleſiam dei. vn̄ Augu. Vis virtutes tuas augeri: ꝑde- (Augu.) re noli: fuge videri qđ eſſe meruiſti. Quod manifeſtādo potes amittere: tacēdo cuſto- (Beda.) di. vbi Beda. Cūcti q̄ a dn̄o curant̄ lāguores ſpūaliū ſunt ſigna languorū quib᷒ aīa per pcm̄ eterne morti ꝓpinquat. Sicut ei in ſurdo ⁊ muto a dn̄o ſanato: ſanatio mē- tis inſinuatur eorum qui neq̄ȝ audire verbum dei neq̄ȝ loqui nouerant ⁊ mox in refectione turbe eſuriētis que dn̄m ſequuta fuerat ſuauitas figurat̄ illa qua diligētiū ſe ⁊ querentiū ſolet corda nutrire: ita et in hoc ceco paulatim curato a dn̄o illuminatio deſignatur cordium ſtultorū ac longe a via veritatis aberrantiū. Rogabant aūt eum vt illū tāgeret: ſcientes q2 tactus dn̄i ſicut leproſum mūdare: ita ⁊ etiā cecū illuminare valeret. (F) Tāgim᷒ aūt dn̄m nos cū (Tāgimus modo minus.) ei fide integra ⁊ ſincera adheremus: tangit nos cum mentē noſtrā afflatu ſui ſpūs illuſtrat: atq̄ȝ ad cognitionē nos ꝓprie infirmitatis ſtudiūq̄ȝ bone actiōis accēdit. Apprehēdit manū ceci: vt eū ad executionē bone opatiōis cōfortet. Eduxit extra vicū vt a vita vulgari ſegregatus voluntatē ſui cōditoris qua illuminari meret̄ liberius ſedulo corde ſcrutaretur. Quiſquis enim lumen eternitatis videre deſiderat nō exēpla turbaꝝ: ſȝ ducatū neceſſe eſt ſemper ſui redēptoris ſequat̄. Ideo autē cecū hunc paulatim ⁊ non repente curat quem mox vno verbo ſi vellet poterat curare: vt magnitudinē hūane cecitatis oſtēderet q̄ q̄ꝫ pedetētiȝ: ⁊ ꝑ quoſdā ꝓfectuū grad᷒ ad lucē diuine viſionis ſolet ꝑuenire. Sputū q̄ppe ab intus de capite dn̄i ꝓcedit: man᷒ ꝟo ſunt mēbra corpis exteri᷒ poſita. Expuens ḡ in oclos ceci: dn̄s īpoſuit man᷒ ſuas: vt videat: q2 cecitatē gn̄is hūani ⁊ ꝑ inuiſibilia diuine pietatis dona: ⁊ ꝑ exhibita foris ſacramēta aſſumpte hūanitatis abſterſit. Q2 ante eū in domū ire ꝑcepit. Miſtice admonet oēs q̄ cognitione veritatis illu- (miſtice) ſtrant̄: vt ad cor ſuū redeāt: ⁊ q̄ntū ſibi donatū ſit ſolicita mēte ꝑpendāt donatis collatiſq̄ȝ ſibi bn̄ficijs digna operū executiōe reſpōdeāt. Q2 vero eū ſicut ⁊ mltos alios quos ſanauit ſanationē ſuā ſilētio tegere iubet exēplū ſuis tribuit ne de his q̄ faciūt mirādis fauorē vulgi reqrāt ſed diuis tm̄ aſpectibus vbi merces reſtat ſint placere contenti. hec Beda. Oratio.

Domine ieſu xp̄e fac mecū ſignū īfirmitatis ⁊ paſſiōis tue ī bonū vt inde ꝑ te me adiutū gaudeā ⁊ ꝯſolatū. O panis vite da mihi ſuꝑ tuo amore refici vt min᷒ ſolicite de pane vel quocūq̄ȝ ſolatio temporali. Da mihi vt a fermento ꝑuerſe doctrine ac ſimulate iuſticie et actiōis praue caueam et in his nec actiue nec paſſiue te offendam. O ſplendor paterne glorie illumina cor meū lumine tue gratie diuine: meq̄ȝ de omnibus erroribꝰ ⁊ laqueis erue ac dirige in viam veritatis et iuſticie ac ſalutis eterne. Amen.

Finit prima pars iſtius libri Vite Jeſu chriſti.

Sequuntur tituli Capitulorum Secunde partis.

De confeſſione vere fidei quā Petrus fecit pro omnibus. c. i.
De exhortatiōe ad ſequēdum chriſtum et ſue paſſionis exemplum. ca. ii.
De transfiguratione domini. capitu. iij.
De ſanatione lunatica. capi. iiij.
De tributo pro dn̄o ⁊ petro ſoluto ⁊ de q̄ſtione diſcipulorum ſuper maioritate eorumdem. cap. v.
De puſillis et paruulis nō ſcandalizādis exterius et non contemnendis interius. capi. vj.
De trib᷒ parabolis: videlicet ouis: dragme: ⁊ filij prodigi. capi. vij.
De modo fraterne correptiōis ⁊ de dimittendo fratri ſeptuagies ſepties. ca. viij.
De rege qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. capi. ix.
De cā dimittendi vxorem et de paruulis domino oblatis. c. x.
De perfectione paupertatis. c. xi.
De duodecim conſilijs euangelicis. c. xij.
De difficultate et impoſſibilitate intrādi diuitem in regnū celorū ⁊ de premio relinquētium oīa et ſequētiū chriſtum. c. xiij.
De denario diurno. c. xiiij.
De villico iniquitatis. c. xv.
De diuite epulone ⁊ lazaro mēdico. c. xvi.
De reſuſcitatione lazari. c. xvij.
De conſpiratione pontificum et phariſeorum contra ieſum. c. xviij.
De decem leproſis a dn̄o curatis. c. xix.
De ſamaritanis domino hoſpitium negātibus. ca. xx.
De petitione filiorum zebedei. ca. xxi.
De ceco illuminato ante ingreſſum hierico. ca. xxij.
De zacheo et eius conuiuio. c. xxiij.
De duobus cecis poſt egreſſum a hierico illuminatis. c. xxiiij.
De effuſione vnguenti ſuper caput Jeſu

capi.xxv.
De ſeſſione dñi ſuper pullum ⁊ aſinã.capitu.xxvj.
De glorioſa domini ſuſceptione ipſa die palma.c.xxvij.
De fletu domini ſuper hieruſalẽ ⁊ ingreſſu ipſius in eam.ca.xxviij.
De ſecunda electione ementium et vẽdẽtium e templo.c.xxix.
De duob⁹ minutis vidue ac de phariſei et publicani oratione.c.xxx.
De maledictione ficulnee ⁊ grano frumẽti et de principe mundi.ca.xxxj.
De duobus filijs quorum vnus in vineã iuit:⁊ alius ire neglexit.c.xxxij.
De locatione vinee ⁊ ſanguinarijs vinitoribus.ca.xxxiij.
De inuitatis ad nuptias ⁊ nõ habẽte veſtem nuptialem.c.xxxiiij.
De queſtione ſuper tributo ſoluendo de muliere ſeptem viros habente.c.xxxv.
De primo ⁊ magno ac ſecundo ⁊ ſimili legis mandato.c.xxxvj.
De ſcribis ⁊ phariſeis in doctrina audiẽdis ſed non in vita imitandis.c.xxxvij.
Quibus debetur ve eternum.c.xxxviij.
De ſignis aduentus domini et cõſummationis ſeculi.c.xxxix.
De aduentu ⁊ perſecutione antichriſti.capitu.xl.
De remedijs contra ſpirituales nouiſſimi tẽporis tẽtationes et de exercitio mentis in deum.c.xlj.
De orando ⁊ expectando aduẽtum dñi et de poſterioribus ſignis aduẽtus ei⁹ ⁊ cõſummationis ſeculi.c.xlij.
De aduentu chriſti iudicis.c.xliij.
De electorum conſolatione ex appropinquante redemptione ⁊ de ſimilitudine ficulnee.c.xliiij.
De die domini iuxta exẽplũ noe vel loth ſubito venturo ac de vno aſſumpto ⁊ alio relicto.c.xlv.
De vigilia patriſfamilias cuſtodiẽtis cõtra furem domum ſuam.c.xlvj.
De lumbis precinctis ac lucernis ardentibus capitul.xlvij.
De decem virginibus.c.xlviij.
De talentis ⁊ bonis a domino ſeruis traditis.c.xlix.
De ventilatione aree in extremo iudicio capitu.l.
De paſcha ⁊ diuerſis huius nominis acceptionibus.ca.lj.
Qua die ⁊ cur iudas vendidit dominum. capitu.lij.
Meditatio in primis veſperis in cena domini.capitulum.liij.
De ablutione pedum.ca.liiij.
De charitatiua correptione proditoris et egreſſu eius.ca.lv.
De inſtitutione ſacramẽti euchariſtie.capitulum.lvj.
De ſermone dñi in cena.ca.lvij.
De paſſione domini noſtri in generali.capitulum.lviij.
De primo completorio.ca.lix.
De matutinis.ca.lx.
De prima.ca.lxj.
De tertia.ca.lxij.
De ſexta.ca.lxiij.
De nona.ca.lxiiij.
De ſecundis veſperis.ca.lxv.
De ſecundo completorio.ca.lxvj.
Epylogus dominice paſſionis et de laude crucis.ca.lxvij.
De ſabbato ſancto.c.lxviij.
De reſurrectione domini noſtri.ca.lxix.
Quomodo dñs ieſus apparuit matri ſue. capitu.lxx.
Quomodo maria magdalena ⁊ alie marie ⁊ petrus atq ioannes venerũt ad monumentum.ca.lxxj.
Quomodo domin⁹ apparuit marie magdalene.capitu.lxxij.
Quomodo dominus apparuit trib⁹ marijs.capi.lxxiij.
De mendacio cuſtodum.ca.lxxiiij.
Quomodo dominus apparuit petro ioſeph iacobo minori et patribus in limbo. capitu.lxxv.
Quomodo dñs apparuit duobus diſcipulis euntibus in emaus caſtrum. capitulũ. lxxvj.
Quomodo dominus apparuit apoſtolis abſente thoma.capi.lxxvij.
Quomodo dominus apparuit apoſtolis preſente thoma.cap.lxxviij.
Quomodo dominus apparuit ſeptem diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis. capitulum.lxxix.
Quomodo dominus apparuit vndecim diſcipulis et plus ꝙ quingentis fratrib⁹ in galilea.ca.lxxx.
Epilogum apparitionum domini poſt reſurrectionem.cap.lxxxj.
De aſcenſione domini.capi.lxxxij.
De ſcripture euangelice fine ac fide ⁊ vtilitate.ca.lxxxiij.
De penthecoſte.capi.lxxxiiij.
De laude diuina. capi.lxxxv.
De aſſumptione et laude beate virginis capitu lxxxvj.
De finali iudicio.capi.lxxxvij.
De pena infernali et gloria celeſti.capitulum.lxxxviij.
Concluſio libri et ſignatio eius.capitulũ. lxxxix.

FINIS.

De cõfeſſiõe vere fidei quam petrus fecit ꝓ oĩb⁹. Capi. j.

a

Prima pars libri huius que precedit nullam de paſſione mentionem expreſſe facit. Secunda vero pars que hic ſequit̃ frequenter de paſſione facit mentionem: et totam continet paſſionem et eorũ q̄ vltra ſunt ſeriẽ. Poſt premiſſa ergo (venit ieſus) tanq̄ ſaluator vbiq̄ lumẽ doctrine ſpargens: vbiq̄ perditos querens: vbiq̄ penitẽtes ſaluans (in partes) et fines ciuitatis que (ceſarea philippi) vocabatur: ſed nũc paneas dicitur. Philipp⁹ tetrarcha frater herodis ciuitatẽ illã renouauit et ampliauit: ⁊ extunc eã ceſareã philippi i memoriam ſui nois: ⁊ i honorẽ tyberij ceſarꝭ q̄ ei q̄rtã ptem regni dederat appellauit. Et eſt ſita i pede mõtis libani vbi hincinde i declini latere mõtis oriunt̃ duo fontes ior ⁊ dan dicti qui poſt modicũ ad radicẽ ⁊ pedẽ libani cõfluẽtes efficiũt iordanẽ: q̄ poſt lõgos circuit⁹ igredit̃ mare galilee ꝓpe corozaim ciuitatẽ. Dr̃ etiã ceſarea philippi ad differẽtiã ceſaree paleſtine vbi corneli⁹ cẽturio dr̃ habitaſſe. Eſt ⁊ alia ceſarea metropolis capadocie q̄ eſt i regiõe turcie. In iſta aũt ciuitate. ſ. ceſarea philippi ⁊ i ꝯfinib⁹ ei⁹ habitabat gẽtiũ ppl's: ⁊ iõ ex hoc ꝙ xp̃s miſteriũ ſue icarnationis hic reuelare voluit oſtẽdit̃ ꝙ fundamẽtũ eccl'ie i fide gẽtiũ fit. Hec eĩ ciuitas eſt phenicꝭ regiõis gẽtiũ ⁊ termin⁹ iudee ad ſeptẽtrionem ad quã tributũ cẽſ⁹ capitis deferebat̃: ꝓ quo ſub ceſare Auguſto vniuerſ⁹ orbis deſcriptus dr̃. Cõgruũ aũt fuit vt i loco in q̄ orbis tributuꝫ ſoluit rex regũ et dñs orbis tributũ fidei exigeret qḋ ſoluiĩ de capite ale. i. de mẽte. (Et) cũ eſſet ſolus orãs i via (interrogauit diſcipulos ſuos) nõ q̃ dubitaret vel ignoraret ⁊ vt aliq̄d diſceret: ſꝫ vt eos veritatẽ inſtrueret ⁊ doceret ⁊ errorẽ hoim ꝑ rñſionẽ diſcipulor̄ eliminaret. Itẽ vt eis occaſionẽ merendi daret: ⁊ nos fideli eor̄ cõfeſſione in fide ſolidaret. Itẽ vt fidẽ illor̄ ꝑ ſequentẽ approbationem ⁊ promiſſionẽ in ipſis forti⁹ confirmaret ac differentiã apoſtolor̄ ⁊ populor̄ cõfirmãdo oſtẽderet. Explorator⁹ aũt fidẽ diſcipulor̄ pri⁹ vulgi ſniaꝫ inquirit: q̃ confirmaturus eos in fide pri⁹ opiniões ⁊ errores aliorũ a mentib⁹ eor̄ remouere voluit vt de veritate eos melius informaret. Sic doctor euãgelic⁹ dꝫ errores deſtruere vt melius poſſit veritatem aſtruere. Uolẽs ergo domin⁹ errores exponi vt eis expulſis diſcipuli veritatem ꝓferant non vulgi opinione ſed ex domini reuelatione (interrogauit eos di. Quẽ dicunt homines) ⁊ turbe vulgares (eſſe filiuꝫ hominis) .i. virginis? Hoc ſoli xp̃o cõuenit. Adã enim fuit filius terre: alij filij hoim: q̃ ex vtroq̄ gignunt̃ parente: ſed ſolus chriſt⁹ fuit filius vnius hominis q̃ nõ niſi vnũ parentem habuit in terra: ſic vnũ in celo. Uocat ſe etiã nõ ſolum filiũ dei ſed hominis rõne humilitatis quod eſt ꝯtra illos q̄ ſemꝑ volunt ſe a digniori nominare et maiores ſue parẽtele tacitis ceteris allegare. ſcḋm Hiero. Nõ dicit quẽ me dicunt eſſe homines: licet de ſe intelligeret ne iactanter de ſe q̄rere videret̃. ſꝫ dicit ſcḋm Chri. filiũ hominis: q̃ diſpenſationẽ incarnatiõis credi vult ⁊ in cõfeſſionẽ deuenire. Similiter p̄lati ac doctores magni hoies deberẽt inquirere de fama ſua a collateralib⁹ ſuis: q̃ bona fama doctoris ⁊ p̄ſidẽtis multuꝫ facit ad doctrine ⁊ edificatiõis fructũ: mala ad detrimẽtũ. vñ Orige. Interrogauit xp̃s diſcipl'os vt nos ſemꝑ ſcrutemur q̄lis opinio ſit apud hoies de nobis: vt ſi q̄d male dr̃ ꝺ nobis occaſiões illi⁹ ꝑdam⁹: ſi q̄d aũt boni ei⁹ occaſiões augeam⁹. Sed ⁊ diſcipuli epor̄ aplor̄ inſtruunt̃ exemplo vt qualeſcũq̄ opiniões audierint foris de epis ſuis referãt eis. In hoc aũt ꝙ dñs ab aplis q̄ſiuit de fide turbar̄ dedit itelligere ꝙ p̄lati reddituri ſunt rõnẽ de fide ſubditor̄. Et q̃ de xp̃o erãt varie opiniones in populo: iõ diſcipuli rñderũt dicẽdo qḋ alij dicerẽt eũ eſſe ioãnẽ baptiſtã q̄ i vtero matris poſit⁹ ſentiebat dñi pñtiã ⁊ ꝓpter baptiſmũ ⁊ vite eminẽtiã cui⁹ opinionis fuit herodes et ſui ſequaces. Uñ Theo. Multi nãq̄ putabãt ꝙ ioãnes a mortuis ſurrexiſſet ſicut ⁊ herodes credebat: ⁊ poſt reſurrectionẽ ſuã miracula perpetraſſet. Alij vero dicerẽt eũ eſſe helyã ꝓpter zelũ veritatis quẽ habuit ⁊ ꝓpter potẽtie euidẽtiã: q̃ ignẽ de celo poſuit et q̃ ad celũ rapt⁹ credit̃ ide eſſe ventur⁹. Alij hieremiã ꝓ ſanctitate q̄ ſanctificat⁹ fuit in vtero matris ⁊ ꝓpter patiẽtiã in aduerſis ⁊ ꝓpter bñficiũ mie: q̃ ppl'i pctã planxit et lamẽtat⁹ fuit. Alij aũt vnũ de ꝓphetꝭ. ſ. heliſeũ ꝓpter excellẽtiã ſapiẽtie. habuit eĩ duplicẽ ſpm̃ helye: vel q̃ ſurrexit vn⁹ ali⁹ ꝺ ãtiqs ꝓphetis priorib⁹. Et ſic patꝫ diuiſio erroris habiti de ieſu in diuerſis. Sic adhuc hodie variant̃ hoies inq̄rendo ſalutẽ ſiue beatitudinẽ. Unuſq̄ſq̄ eĩ ponit beatitudinẽ in eo qḋ diligit: ⁊ hoc ꝓ deo colit. q̃ ſcḋm Augu. hoc ab hoie colitur qḋ pre ceteris diligit. Deinde exigit a diſcipulis ꝓpriam de ſe confeſſionem di. (Uos autem) ab alijs diceret qui nõ eſtis de turba: ſed

Mat. xvj. Marci. viij.

Ceſarea philippi.

Iordanis ortus.

Interrogandi rõ in xp̃o.

Filius hois.

Hiero.

Chriſ.

b

Fama nr̃a nobis curãda.

Orige.

Opiniones de xp̃o.

Theo.

Augu.

mei diſcipuli q̄b⁹ datū eſt noſſe miſteriū regni dei q̄ eſtis lux mūdi q̄bus oīa q̄cūq̧ audiui a pr̄e meo nota feci (quē me eſſe dicitis?) q.d. Si alij errāt opinione falſa de me: vos tñ nō debetis errare q̄ tādiu mecū fuiſtis ⁊ meā doctrinā audiſtis ⁊ miracula tāta vidiſtis. (Et rn̄dit petr⁹) ꝓ oībus ſcʒ ꝓ ſe ⁊ alijs: q: oēs vnū ſciebāt ⁊ idē ſentiebāt: ſʒ alij apl'i etiā ſcirēt: iſte tñ tāq̧ ſenior ac p̄nceps ⁊ caput alioꝝ fit os totius collegij ac p̄e oīb⁹ ⁊ ꝓ oīb⁹ rn̄dit q̄ oībus p̄eſſe ⁊ ꝓdeſſe debuit. Et quo p̄ʒ ꝙ p̄cipue ad petri ſucceſſorē ꝑtinet certificatio dubitationū de fide ⁊ ꝑtinētib⁹ ad eandeʒ. Petr⁹ igit̄ nō a parētib⁹ ſʒ a pr̄e celeſti edoct⁹ dei filiū ⁊ hoīm vidēs vtrūq̧ cōplexus eſt ac v̄itatē diuine ⁊ hūane nature.i. verū deū ⁊ hoīeʒ in eodē ſuppoſito cōfitetur di. (Tu es xp̄s filius dei viui).q.d. (tu es xp̄s) id eſt hō ſm̄ qđ vnct⁹ es oleo gr̄e p̄e ꝑticipib⁹ tuis: ⁊ ſic ꝯfitet̄ ei⁹ hūanitatē in qua vnct⁹ eſt oleo gr̄e p̄e alijs: ⁊ es (filius dei) naturalis.ſ. ⁊ nō adoptiuus ſicut alij: ⁊ p ꝯn̄s eiuſdē nature cū deo pr̄e: ⁊ ſic ꝯfitet̄ ei⁹ diuinitatē: ⁊ addit (viui).i. incōmutabilis ⁊ eterni: q: hebrei ꝯſueuerūt vocare deū viuū ad differētiā ⁊ diſtinctionem falſoꝝ deoꝝ q̄ nō viuunt: quos.ſ. gētes vl' de mortuis hoīb⁹ vel de inſenſibili materia ⁊ ſubſtātia ſibi inſtituerūt. (Rn̄dēs āt ieſus) petro ⁊ i petro oīb⁹ mercedē vere cōfeſſionis (Dixit ei. Beat⁹ es ſymō bariona).i. fili⁹ ioanna. bar eñ idē eſt qđ fili⁹. iona autem ponit̄ p diminutionē ꝓ ioāna ſubtracta media ſyllaba. Vñ bariona hic accipitur ac ſi fili⁹ ioannis diceret̄: et ꝓpter hoc ēt petr⁹ q̄nq̧ ſymon ioānis dr̄ ſm̄ Chr. Hoc dicit vt oñdat qm̄ ita naturaliter eſt xp̄s fili⁹ dei ſicut petr⁹ fili⁹ ioāne eiuſdē ſubſtātie cū eo qui genuit. Beatus inq̧ es ꝓpter confeſſionē vere fidei q̄ ducit ad btitudinē (q: caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi).i. nō parētes tui vel homo mortalis aut hūana doctrina iſtā veritatem ⁊ tm̄ archanū fidei te docuerūt (ſʒ pr̄ me⁹ q̄ eſt in celis) ⁊ p ꝯn̄s tota trinitas: q: indiuiſa ſunt opa trinitatis. vbi Chriſo. Sermo iſte cōuenit ⁊ ad oēs vt ſingulis q̄buſq̧ dicat̄. Btūs es qm̄ caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus q̄ eſt in celis. Tu dicis ⁊ veꝝ dicis: q: ego ſuʒ xp̄s filius dei viui. (Et ego) q̄ ſuʒ veritas immobilis (dico tibi) ꝓ te ⁊ ꝓ ſocijs tuis cuius dicere eſt facere (q: tu es petrus) a me petra dict⁹.i. ꝯfeſſor vere petre q̄ es xp̄s ac fide fortis ⁊ doctrina ſtabilis. Merito ꝓpter fidei fortitudinē ⁊ fidelē xp̄i cōfeſſionē hoc nomē petrus accepit q̄ in petrā xp̄m credidit. Symon q̄ppe antea vocabatur: ſʒ hoc nomē petrus a dn̄o ei impoſitū eſt vt eccleſiā ſignificaret. Quia eñ petra xp̄s: petr⁹ eſt popul⁹ xp̄ianus. (Et ſuper hāc petrā) quā mō ꝯfeſſus es: ⁊ quā tu mō in fidei fūdamēto poſuiſti.i. ſup xp̄ʒ (edificabo eccleſiā meā.) Petra eñ erat xp̄s ſuper qđ fundamentū etiā ipſe edificat⁹ eſt petrus. huic ſnīe apl's cōcordans ait. Fundamentū aliud nemo pōt ponere preter id qđ poſitū xp̄s ieſus. *j.co.iij.* Ac ſi dicat nō eſt aliud fundamentū: niſi illa petra quā petrus poſuit fundamentū cū diceret (tu es xp̄s fili⁹ dei viui.) Super hāc eñ petrā edificat̄ tota dei eccl'ia. Itē (ſup hanc petrā.) i. ſup hāc fidē ⁊ ꝯfeſſionē ſeu hui⁹ fidei et v̄itatis firmitatē tanq̧ ſupra fundamētū firmū (edificabo eccl'iā meā. Et porte inferi) q̄ ſunt ſuggeſtiōes demonū: delectationes vitioꝝ: doctrine hereticoꝝ: tormenta ac blādimēta pſecutoꝝ: ac praua malorū opa: colloq̄a ⁊ exēpla q̄ iter perditionis oſtēdūt: ⁊ ad tartara ducūt (nō p̄ualebunt aduerſus eā).ſ. eccleſiā ſic firmatā: q: a fide ⁊ charitate xp̄i nō ſeparabūt eā. Et quo pʒ ꝙ eccl'ia ꝯſiſtit in illis ꝑſonis in q̄bus eſt notitia ⁊ v̄a cōfeſſio fidei ⁊ veritatis.

C Clauiū promiſſio.

¶ Deinde claues regni celoꝝ ſe petro daturū dn̄s ꝓmiſit: ſʒ tūc nō dedit: q: ſi ſtati dediſſet nūq̧ in petro prauitas cōfeſſiōis de qua ſtati ſubdit̄: vel error negatiōis de quo in paſſione dr̄ locū inueniſſet. Sicut āt ꝓ oīb⁹ apl'is petr⁹ rn̄dit: ita i eo oībus claues regni dn̄s ꝓmiſit di. (Et tibi) q̄ p̄e ceteris ꝯfeſſus es (dabo claues) i. iudicij poteſtatē (regni celoꝝ).i. eccl'ie pn̄tis q̄ dr̄ regnū celoꝝ: q: ad viſum ptā̄tis eius digne miniſtratū ſequit̄ adit⁹ vl' clauſio regni celoꝝ. vñ Bed. Claues aūt ei nō mō dantur ſed ꝓmittunt̄: necdū eñ fabricate ſunt ſuper incudē crucis nec i eo ſanguine tēperate. *Beda.* Ego q̄ʒ eaꝝ miniſterio cū i actu perfectionis fuerint adhuc in ardētis paſſionis fornace: p̄mo latroni ⁊ homicide apiā ianuā paradiſi: vt ⁊ tu i eo exēplo publicanos ⁊ meretrices itrare ꝑmittas. Tu eñ ſup eos iudiciū exercebis q̄ ꝯfitebunt̄ culpā ⁊ expectabūt penā. Et iō habebis ordinariā iuriſditionē ⁊ iudiciariā ptā̄tem: ad qđ duo req̄runt̄: auctoritas cognoſcēdi vl' arbitrādi de culpa: ⁊ ptā̄s abſoluendi vel ēt iudicādi: q̄ duo ſub noīe clauiū tibi dabo. hec Bed. Claues ergo regni celorū ipſam diſcretionē ⁊ potentiā noīat *Clauiū ſignificatio.* diſcretionem qua dignos vel īdignos diſcernat potentiā qua liget vl' ſoluat. Clauis q̄ppe ē ptā̄s q̄dā ſpūalis ſupernaturaliter a deo data ⁊ infuſa nō innata ⁊ acq̄ſita. Et dicit hic gloſa ꝙ due ſunt claues ſcʒ ſcīa diſcernēdi ac ptā̄s ligādi ⁊ ſoluēdi. Vñ ſciendū ꝙ ſicut in ſole potētia liquefaciendi ⁊ indurandi vna eſt in radice: ſed due in eſſe

Clauiū elib⁹.ſic tm̄ vna eſt clauis i radice:ſʒ due i
ptās du effectib⁹.Clauis eīm dr ptās iudicādi i fo
plex. ro aīaꝝ nō corpoꝝ:ptās aūt iudicandi ex
duob⁹ integraꝛ:ex ptāte diſcernēdi in cau
ſe examinatione:ꝛ ptāte diffiniendi i cau
ſe determinatione ꝑ ſententiā cōdemnato
riā vel abſolutoriā.Prima ptās dr hic ſciē
tia nō vt eſt habit⁹ cognitionis ſe d aucto
ritas ꝛ ptās diſcernēdi ꝛ iudicādi pꝰſcien
tiā prehabitā.alia dicit potentiā admittē
di ad regnū:vel excludēdi ſm verū iudi
ciū prehabitū:q: debēt indigni excludi et
digni recipi.vñ Ber.Petrus claues acce
Bern. pit in ſciētia ꝛ ptāte ſibi data deſuper:et
he claues ſunt ptās aperiēdi ꝛ claudendi
atq: inter admittendos ꝛ excludēdos di
ſcretio.Deinde ſubiūgit.(Et qōcūq3 liga
ueris ſup terrā.i.ipo ſup terrā viuēte(erit
ligatū ꝛ in celis,.i.celeſtis curia approba
Ptās ſ bit ꝛ ꝯfirmabit.Et ſilr qōcūq3 ſolueris ſu
qō⁹ da per terrā erit ſolutū ꝛ in celis.Hoc eſt ſm
ta. glo.quēcunq3 indignū remiſſione iudica
Unus ueris dū viuit indignus apō deū iudica
ſpirita bit:ꝛ quēcūq3 ſoluendū iudicaueris dum
rius. viuit remiſſionē a deo ꝯſequeꝛ.Hec autē
ſoluēdi atq3 ligādi ptās nō ſoli petro ſed
ꝛ ceteris aplis data ē a dño.ꝛ nō tm̄ aplis
verūetiā epiſcopis ꝛ pſbyteris oī eccle.
Ita tm̄ q ptās autoritatis eſt in ſolo deo q
aperit ꝑ gratie infuſionē:ptās excellentie
in xpo q aperit ꝑ paſſionis meritū: pote
ſtas miniſterij in prelatis eccleſie q apiūt
ꝑ ſacramētoꝝ miniſteriū.Sed ideo petr⁹
ſpecialiter claues regni celoꝝ ꝛ principa
tum iudiciarie ptātis accepit:vt oēs per
orbem credentes intelligāt:q: quicunq3
ab vnitate fidei vel ſocietate illi⁹ quoli
mō ſemetipſos ſegregant:tales nec vincu
lis peccōꝝ abſolui:nec ianuam regni ce
leſtis igredi poſſunt.Et ſm gl.ſpāliter eā
ptātē dñs petro cōceſſit:vt ad vnitatē nos
inuitaret.Ideo eīm eū principē aploꝝ cō
ſtituit:vt eccła vnū pncipaliter xpi habe
ret vicariū:ad quē diuerſa mēbra eccleſie
recurrerēt ſi forte inter ſe diſſentirent.Qd
ſi diuerſa capita eſſent in eccła vnitatis
vinculū rumpereꝛ.Hic ergo petrus eligi
tur eccleſie platus:ſʒ poſt cum alijs aplis
hanc ꝓmiſſā ptātē accepit vbi apli epi
ſunt ordinati qn̄ poſt reſurrectionē domi
Jo.xx. nus inſufflans i eos dixit.Accipite ſpiri
tū ſanctū ꝛc.ſed paſtorē oīm fideliū ꝛ aplo
rū pncipē ac ſuū vicariū in tota eccła pre
Jo.vlt. fecit cū ei dixit.Paſce oues meas.Hec pre
dicta epi ꝛ prelati audiāt:de munere gau
deāt:de ptāte nō ſuperbiāt.Si ei ſic liga
uerint vt petr⁹:ſi ita ſoluerint vt petr⁹:qc
qd ligauerint ligatū erit:ꝛ qcqd ſoluerint
ſolutū erit imiteꝛ ḡ illū in diſcretione ꝛ
iuſtitia quē imitari voluīt i ligādi ac ſoluē

di ptāte.Ideo eīm hec ſoli petro dicta ſūt: Petrus
vt oēs alij ſe in illo quaſi ſpeculo videant imitan
ſic viuēdo:ſic ligādo:ſic ſoluēdo:ꝛ a pace d⁹ ꝛ in
ꝛ cōcordia nō recedēdo.Nō preſumāt qꝫ tuend⁹.
qꝫ cōtra iuſtitiā ꝛ veritatē attendētes ver
bū apoſtoli dicētis.Nō eīm poſſum⁹ aliqd
cōtra veritatē ſʒ ꝓ veritate.Et ſm Orige.
ſit irreprehēſibilis q alteꝝ ligat vel ſoluit
vt inueniaꝛ dign⁹ ligare vel ſoluere in ce Orige.
lo.Quodcūq3 ergo ligauerint vel ſoluerit
in terra iuſte ꝛ diſcrete ac vtraq3 claue coo
perante ꝛ nō errāte:ꝛ ligatū ꝛ ſolutuʒ erit
in celo.Si tamē iniuſte agit prelatus ſen
tentia ei⁹ ꝛ ligat quo ad eccleſiā militan
tem:nō tn̄ quo ad triumphantē.Sed ſiue
iuſte ſiue iniuſte ꝓferaꝛ ſemꝑ ſentētia pa
ſtoris timēda eſt:ne forte culpa q̄ nō fit ex
ope fiat ex elatiōe.vñ Greg.Sub magno
moderamine paſtores eccłie,vel ſoluere
ſtudeāt vel ligare.Sed virū iuſte vel iniu Greg.
ſte obliget paſtor:paſtoris tn̄ ſnīa gregi ti
mēda eſt.Ne is qui ſubeſt ꝛ cū iniuſte forſi
tā ligaꝛ ipm obligatiōis ſue ſnīam ex alia
culpa mereaꝛ. Paſtor ergo vel abſoluere
indiſcrete timeat vł ligare.Is aūt qui ſub
manu paſtoris eſt ligari timeat iuſte vel
iniuſte.Nec paſtoris iudiciū temere reꝑ
hendat:ne ꝛ ſi iniuſte ligat⁹ eſt ex ipſa tu
mide reprehēſiōis ſupbia culpa q̄ nō erat
fiat.hec Gre.Tūc poſt cōfeſſionē diſcipu
loꝝ de filio dei factā in petro dicēte tu es
xps fili⁹ dei viui(Precepit ieſus diſcipu G
lis ſuis vt nemini dicerēt)ꝛ reuelarent(q vetatio
ipſe eſſet ieſus xps,vt ſm q ipſi de xpo in ne cui
tellexerāt alijs nō p̄dicarent. Hoc p̄cepit dicerēt.
xps cauſa humilitatis:q: de ſe nō magna
ſed hūilia p̄dicari voluit:ꝛ cā nō ipedien
te ſue paſſiōis:q: ſi p̄dicareꝛ ꝛ crederetur
xps nō crucifigereꝛ:ꝛ cā nō ſcādalizande
ſue cōgregatiōis:q: ſi prio imortalitas et
magna de eo p̄dicata fuiſſent:ꝛ poſtea pu
ſilli ꝛ adhuc ifirmi i fide eū flagellari:cru
cifigi:ꝛ poſt młta ignominioſa morte mo
ri vidiſſent ſcādalizati de eoꝝ p̄dicatiōe
fuiſſent.Uñ iſta ꝓhibitio fuit ad tēpus.ſ.
vſq3 poſt reſurrectionē:ne ſi añ paſſionem
p̄dicareꝛ irritareꝛ fides in cordib⁹ creden
tiū ꝓpter futurū ſcandalū paſſiōis:ſicut
ptʒ factū in ipſis aplis . Inſtabat enim
tps paſſiōis: tps ignominie ꝛ oſtēdende
infirmitatis:ſʒ poſt reſurrectionē habita
ꝑfecta victoria mortis erat tps p̄dicandi
gloriā ſue maieſtatis.Qn̄ eīm ceſſauit cau
ſa ſcʒ ſcandalū paſſionis ceſſauit ꝛ effect⁹ Chris
vñ Chri.Q: ſi manifeſte eſſet agnit⁹ filı⁹
dei:nemo auſus fuiſſet man⁹ in eū inijce
re ꝛ neq3 crucifixus fuiſſet neq3 reſurrexiſ
ſet a mortuis:ꝓpterea adhuc inferorū re
gnum eſſet in terra:ꝛ dñatio diaboli totū
mundū teneret.vnde ꝛ Ambr.Multis ex Ambr.

cauſis iubet taceꝛ diſcipulos: vt fallat pn̄cipē: vt declinet iactātiā: doceat hūilitatē ſimul ne rudes ⁊ iperfecti adhuc diſcipuli maioꝛis p̄dicatiōis molib⁹ opprimantur. Prohibent ergo diſcipuli eū euangelizare dei filiū: vt euāgelizēt poſtea crucifixū. Hec eſt fidei gloꝛia ſi vere intelligas crucē xp̄i. Alie cruces nihil mihi ꝓſunt ſola crux xp̄i mihi vtilis eſt. Et vere vtilis ꝑ quā mihi mūdus crucifixus eſt ⁊ ego mūdo. Si mihi crucifixus eſt mūd⁹ ſcio quia moꝛtu⁹ eſt ⁊ non diligo eū ſcio q᷑ p̄terit ⁊ nō cōcupiſco eū: ſcio q᷑ coꝛruptela conſumit hūc mūdū ⁊ quaſi fetidū vito quaſi lenē caueo quaſi nociturū relinquo. hec Ambꝛo. Modū aūt alloquēdi et ad eccleſiam ac fidē vocādi ſiue gētiles ſiue iudeos de ſcribēs hoc loco idē Ambꝛo. dicit. Cū aliq̄ ex gētib⁹ vocant ad eccleſiā: ita p̄ceptoꝛū ſeriē foꝛmare debem⁹: vt p̄mo vnū deū an ctoꝛē mūdi omniūq̧ eſſe doceam⁹ in quo viuim⁹ ⁊ ſumu⁹ ⁊ mouemur: cui⁹ ⁊ genus ſum⁹ vt nō ſolū ꝓpter munera lucis ⁊ vite: verūetiā pꝛopter cognitionē quādam gn̄is diligēdus a nobis ſit. Deīde opinionē illā q̄ eſt de idolis deſtruamus eo ꝙ nō poſſit auri argētiq̧ vel ligni materia vim in ſe habere diuinā. Cū vnū deū eſſe perſuaſeris tūc iudicio ei⁹ aſtrues ꝑ xp̄m nobis ſalutē datā incipiēs ab illis q̄ geſſit in coꝛpoꝛe etiā diuina deſcribens: vt p̄mo ꝙ̄ homo videatur vitā huius virtute moꝛtē moꝛtuūq̧ ab inferis reſuſcitatū. Paulatī enī fides creſcit vt cū ſupꝛa hoīes fuiſſe videat: de⁹ eſſe credat. Nā niſi ꝓbaueris ꝙ facere illa ſine diuīa ṽtute nō potuit quēadmodū pōt ꝓbare in eo vim fuiſſe diuinā. Tali athenienſes infoꝛmauit pꝛecepto ap̄ls: talis nobis apud gentiles oꝛdo ſeruandus eſt. At vero cū iudeos alloquerētur ap̄li ipſum xp̄m eſſe dicebāt qui ꝓphetiis nobis eſſet ꝓmiſſus oꝛaculis quē nō ꝑ̄mus cum autoꝛitate ſua dei filiū nominabāt: ſed virū iuſtū: virū a moꝛtuis ſuſcitatum. Illum virū de quo dictū eſt in pꝛophetis. Filius meus es tu ego hodie genui te. Ita ergo et tu ad ea q̄ difficile credunt autoꝛitate diuini ſermonis addiſce ⁊ ꝓmiſſum eius aduētū ꝓphetarū voce deſigna reſurrectionē q̄q̧ multo ante cōpertam ſcripturā teſtimoniis edoceto: nō vſitatā cum ceteris vt in ipa ſuſcitati coꝛpis aſſertiōe eterne teſtimoniū diuinitatis acquiras. Cū enī ceteroꝝ coꝛpa coꝛruptionē ꝓbaueris ſubiiſſe poſt moꝛtē hūc vtiq̧ de quo dī. Nō dabis ſcīm tuū videre coꝛruptionē: cū ꝓbas hūane fragilitatis exptā: ꝓbas hūane cōditiōis merita ſupgreſſum deo magis ꝙ̄ hoīb⁹ cōferendū. Q᷑ niſi ad ſacramēta fideliū tendēs cathecuminus imbuēdus ſit dicendū: q᷑ vn⁹ de⁹ eſt ex q̄ oīa: ⁊ vnus ieſus ꝑ quē oīa nō duos dn̄os eſſe dicēdos. Perfectū q̄dē patrē: perfectū eſſe filiū ſ; vni⁹ patrē ⁊ filiū eſſe ſubſtātie ṽbū eterni dei: nō ꝙ ꝓfert: ſed qd̄ opat ex patre genitū nō voce editū. hec Ambꝛ. Ut aūt ap̄li meli⁹ tenerēt p̄ceptū dn̄i: ne ante reſurrectionē euāgelizaret: ſimulq̧ ne hoꝛrerēt moꝛtis piculū ſi regni gloꝛiā diligerent p̄dixit eis tūc paſſionē ſuā oſtēdēs (q᷑ opoꝛteret). i. cōueniēs eēt ſm oꝛdinationē diuinā (filiū hoīs) ſc; (eū ire hieroſolymā) ad operādū ſalutē i medio terre: q᷑ p̄oꝛdinatū erat a deo p̄re ꝙ ibi cōpleret miſteriū redēptiōis nr̄e. Uñ iſtud opꝰ opē poꝛtat: opes appoꝛtat. Opoꝛtet inq̧ nō ꝓpter ſua: ſed ꝓpt nr̄a peccā: ⁊ iō in p̄s dī. Que nō rapui tūc exoluebā. Et eſt notabile ꝙ ip̄e loqnēs de ſua paſſione nolat ſe filiū hoīs nō filiū dei: q̄ſi vellet dicere ꝙ paſſur⁹ erat nō ſm naturā diuinā ſed hūanā. Modus aūt nr̄e redēptiōis ſubiūgit cū dī (⁊ multa pati) fact⁹ ē ſaſcicul⁹ myrrhe i. cumul⁹ amaritudinis: q᷑ ex multis paſſionū gn̄ibus cōpoſit⁹ eſt myrrhe faſcicul⁹. Multa inq̧ pati: q᷑ ꝯpꝛehēdi: colaphizari: cōſpui: accuſari: denudari: flagellari: ⁊ repꝛobari (a ſenioꝛib⁹) q̄ debebāt hr̄e pꝛeeminentiā vite (⁊ ſcribis) q̄ videbant hr̄e p̄rogatiuā ſciētie (⁊ pꝛincipib⁹ ſacerdotū) q̄ habebāt excellētiā autoꝛitatis ⁊ potētie q᷑ ab iſtis iudicat⁹ eſt ad moꝛtē: ⁊ pꝛeſidi traditus ⁊ occidi in cruce a gētibus qui eū crucifixerunt ꝓpꝛiis manib⁹: ⁊ tertia die reſurgere tā̄q̧ virtute ꝓpꝛia non ſuſcitare poteſtate aliena qd̄ dixit ne nimis de ei⁹ moꝛte triſtarent ⁊ ſic ſpe reſurrectiōis cōfoꝛtarent. Ad hoc ignominias ſue paſſionis ⁊ ſue reſurrectionis gloꝛiā pꝛedixit: vt ſuo exēplo timoꝛē paſſionis tolleret: ⁊ eos ad cōſiderādū ſue reſurrectiōis gloꝛiā eleuaret vbi Hiero. Eſt aūt ſenſus Tūc me p̄dicate cū iſta paſſ⁹ fuero. Q᷑ nō ꝓdeſt xp̄m publice p̄dicare ⁊ ei⁹ vulgare i populis maieſtatē quē poſt paululū flagellatū viſuri ſunt et crucifixū (Et aſſumēs eū petr⁹) ſeoꝛſū ⁊ ducēs ſeparatim ne coꝛā aliis videret arguere magiſtrū (icrepauit eū) amātis affectu dicens (Abſit a te dn̄e) ſic pati (nō erit tibi hoc). ſ. ꝙ iteꝛeat fili⁹ dei viui. q. d. Indecēs ē ꝙ tu dn̄a maieſtat; tā ignominioſe patiaris. Increpauit petr⁹ dn̄m poti⁹ ꝙ̄ ceteri: q᷑ nō vult cōfeſſionem ſuā deſtrui nec putat filiū dei poſſe occidi vel moꝛi: vel poti⁹ ꝓpter feruoꝛis amoꝛē hoc fecit q̄ pꝛe ceteris ardebat. Et bene aſſumpſit eū petr⁹ ſecreto relinquēs nobis exēplū ſiſr arguēdi maioꝛē: q᷑ inferioꝛ nō debet in publico arguere ſupioꝛē. (Dn̄s autē conuerſus) i. facie verſa ad petrū quē p̄cedebat:

foꝛma alloquēdi moꝛdus.

K Opꝰ ps. lxviij.

faſciculꝰ myrrhe.


Paſſionis p̄dicende cauſe. Hiero.

L Arguēdi maioꝛ; foꝛma.

vt ſic cōuerſus eū aſpiceret et efficaci⁹ ar-
gueret (dixit ei) arguēdo ipm (vade poſt
me) cōformitate volūtatis ꝛ retro nō ꝯtra
me (ſathana).i.aduerſarie et contrarie:q:
mee volūtati ꝛ vie ſalut꜡ cōis aduerſaris
et ꝯtraria loqueris. Sathanas em̄ interp̄-
tat̄ aduerſari⁹ ſiue ꝯtrari⁹.q.d.nō aduer-
ſeris mihi:ſʒ applica volūtatē tuā mee vo
luntati:ꝛ noli impedire paſſionē meā:ſed
magis ſequere et poſt me eundo veſtigia
mea imitare.vbi Orige.Beat⁹ aūt ad quē
Origeñ. ſcādalū eſſe. cōuertit̄ xp̄s:etiā ſi corripiēdi cauſa ꝯuer
tit̄:ꝛ ſubiūgit dn̄s.(Scandalū es mihi).i.
das mihi occaſionē offenſiōis ꝛ me offen-
dis:q: i iſto fctō (nō ſap꜡ ea q̄ dei ſūt) diſpo
ſitionē dei de mea paſſione cōſiderādo (ſʒ
ea q̄ hoim) q̄ p̄ntia appetunt humane pro
me zelando ꝛ me affectu humano diligē-
do.Ergo ſapere debemus nō humana:ſʒ
Orige. diuina:nō carnalia ſʒ ſp̄ualia : nō terrena
ſed celeſtia.vt dicit Orig. Oēm diſcipulū
M peccantē ſcādalū ſibi appellat. petrū aūt
petrus quē dn̄s ante ita magnificauerat ſathanā
ſathanas vocauit eo q̄ ꝓpter amorē carnalē quē ad
dictus. dn̄m habebat diſſuaſit ei de ſua paſſiōe vt
nō fieret.Maximi nāq̄ ardoris ꝛ amor꜡ le
gim⁹ fuiſſe petrū in dn̄m ſaluatorē noſtrū.
Ut em̄ legit̄ in itinerario clemētis:petrus
adeo afficiebat̄ ab xp̄i corporalem preſen-
tiā quā feruētiſſime dilexerat q̄d poſt xp̄i
aſcēſionē quotieſcūq̄ dulciſſime p̄ntie ac
ſocietatis ꝛ allocutionis xp̄i ꝛ ſanctiſſime
cōuerſationis memor erat totus in lachri
mas reſoluebat̄:ita vt gene ei⁹ aduſte la-
chrimarū fluxu videbant̄. Ex zelo igit̄ xp̄i
volebat impedire ei⁹ paſſionē:ꝛ q: iſte ze-
lus erat indiſcret⁹:nā xp̄i paſſio erat a deo
p̄ordinata ad hūani generis ſalutē:iō dn̄-
rā meruit rep̄hēſionē.Quia ergo affectū
nō regulauit:vt vellet q̄ xp̄s volebat ꝛ vo
lūtatē ſuā n̄ ꝯformauit volūtati diuīe: cui
aduerſari videbat̄ merito rep̄hēdit̄ et ſa-
thanas.i.aduerſari⁹ appellat̄. Hoc ḡ exē-
plo dn̄i habeas et tu oēs ꝓ aduerſarijs q̄
ꝓ corporali allenatiōe ꝛ cōſolatione a bo
no ꝛ exercitio ſp̄uali te vellent retrahere.
Gloriā Sicut aūt petrū quē ante ꝓbauit hic incre-
dux in pat:ſic nemo ob bona prius facta immu-
cruce nis ſit a correptione ꝓpter mala q̄ facit.
dn̄i. Nō eſt ergo i cruce dn̄i verecūdādū ſʒ po
chriſo. ti⁹ gloriandū:q: eſt noſtre ſalutis ſignū ꝛ
bonoꝝ noſtrorū principiū.vn̄ Chriſo.Ut
coronā ita circūferam⁹ crucē xp̄i:ꝛ em̄ oia
q̄ ꝓm nos ſunt ꝑ ipſam ꝑficiunt:ꝛ ſi rege-
nerari oporteat crux accedit:ꝛ ſi paſci mi-
ſtico illo cibo:ꝛ ſi ꝯſecrari ꝛ quodcūq̄ aliō
facere vbiq̄ ſymbolū.i.ſignū victorie no-
bis aſſiſtit.ꝓpt̄ hoc et in domo ꝛ in muris
ꝛ in ianuis ꝛ i frōte ꝛ in mēte cū multo in
ſcribimus id ſtudio:ſalutis em̄ q̄ ꝓ nobis
eſt hoc eſt noſtrū ſignū. Qn̄ igit̄ ſanari ex
cogita oēm cōditionē crucis vel cūm non
em̄ ſimpliciter digito inſigniri eā op3:ſed
cū multa fide ꝛ nullus ꝑpe te ſtare poterit
imūdoꝝ demonū vidēs enſem ꝛ gladiū in
quo plagā ꝛ peſtiferū vulnus accepit:ꝛ ar
ma ꝑ q̄ oēm nexuē ei⁹ xp̄s ſoluit. ¶Oro.

DOmine Ieſu xp̄e quē beatus pe
tr⁹ te verū dei filiū eſt cōfeſſus:
te q̄3 ego indign⁹ toto corde et
ore ꝯfiteor:q: tu es xp̄s fili⁹ dei
viui eterni:ꝛ rogo te dn̄e clemē
tiſſime da mihi vt ope te cōfitear:et factis
nō negando fidelis inueniar:quaten⁹ bn̄
dictionē tuā cōſequar cū petro ac firm⁹ in
fide ꝛ opere ꝑmaneā cū ipſo. Da etiā mi-
hi rex me⁹ ꝛ deus meus vt cōformitate vo
lūtatis te ſequēdo bn̄placitū tuū in oib⁹ ꝑ
ficiā oimode ab offenſa tua abſtineā et ſic
vſq̄ in finē te largiente ꝑſeuerē. ¶Amen.

¶De exhortatione ad ſequē-dum Chriſtum et ſue paſſionis exemplum. Capitu.ij.



Poſtquam A Math. xvj.
dn̄s diſcipulis miſteriū
ſue paſſionis ſecreto p̄di
xit cōuocat turbā cū eis:
et tā ipſos diſcipulos q̄
oēs ad ſui imitationē et
paſſionis tolerātiā inui-
tat.q.d. Nolite ꝓhibere
paſſiōes:q: op3 ſuſtinere
eas oēs ſaluari volētes. Et iō h̄ ad oēs ge
neralr̄ loquit̄ ꝛ oēs hortat̄ : quia imitatio
paſſionis ad oēs ꝑtinet : vel ꝑ martyriū:
vel ꝑ pniā. Un̄ ait.(Si q̄s) q̄ notat varie-
tatē (vult poſt me venire) per affectū inte-
riorē:ꝑ imitationē exteriorē ad p̄ñs ſupe-
riorē:ꝛ bn̄ d̄t vult q: neminē cogit ſʒ cōſu-
lit:ꝛ vnūquēq̄ ſuo arbitrio relinq̄t vt volū- chriſo:
tiū ſit grati⁹ dn̄o:ꝛ p̄miū ſit ḡti⁹ volūo. Un̄ inuitū
Chri.Cū ēt ſaluator ſit pi⁹ ꝛ benign⁹ nul- nō vult
lū inuitū aut coactū h̄re vult famulū ſʒ ſp̄ō dn̄s.
taneos ꝛ gr̄as agētes ei ꝓ famulatu. Et iō
neminē cogēdo aut neceſſitatē īponēdo:
ſʒ ꝑſuadēdo ꝛ bn̄ faciēdo vniuerſos volē-
tes attrahit. Et iteꝝ. Si q̄s aurū daret aut
theſauꝝ expōeret ꝛ oēs currerēt multo ma-
gis ad ea q̄ ſūt i celis.hec Chriſ. Et ſubdit
dn̄s.(Abneget ſemetip3) ꝑ ꝓprie volūtat꜡
renūciationē:nō tam ſua vel ſuos:ſed ſuū
intellectū:ſuū affectū:ſuū ſenſum (ꝛ tollat
crucē ſuā) ꝑ mortificationē corpis ſui:ꝑ cō
paſſionē p̄rimi:ꝛ ſi neceſſe fuerit ꝑ ſuſtinē
tiā martyrij (ꝛ ſequat̄ me).ſ.me h̄ns lucem
in intētiōe cōtra fauorē hūanū me ſequēs
ducens:in operatione ꝯ errorē diabolicū

me expectās mercedē in remuneratiōe cō
tra tp̄ale commoduz. ¶ Rectꝰ ordo vt qui
vult ſequi dn̄m p̄mo abneget ſemetip̄m et
ſic tollat crucē vt p̄mo voluntas eius ſit
prōpta ad oēm miſeriā ſuſtinendā. Et no-
tandū ꝙ p̄mꝰ hō tria ꝑdidit ꝑ pctm̄. ſ. liber
tatē: felicitatē: et dignitatē: q̄ tria docet ꝗ
dn̄s ꝑ tria recuperare. Libertatē cū dt ab-
neget ſemetip̄z. Felicitatē cū ſubdit et tol-
lat crucē ſuā. Dignitatē cū addit et ſequa-
tur me. Uel abneget ſe in ꝓſperitate et ma
lū declinando tollat crucē ſuā i aduerſita-
te ꝛ bonū operādo: et ſequat̄ me vite cōfor-
mitate, et in deū oīa ordinādo. Jn ꝟbis āt
dn̄i p̄dictis excludūtur ſex gn̄a pnīe inuti-
lis: ꝛ eſt prima violēta cōtra qđ dicit ſi q̇s
vult. ſcđa diminuta: qn̄ ſcz hō dat ſua deo
ꝛ ſe mundo: ꝯ qđ dicit abneget ſemetip̄m.
tertia, đlicata: q2 ſic volūt aliq̇ facer̄ pniaz
vt nullā ſentiant afflictionē ꝯ qđ dt tollat
crucē. quarta mutuata: qn̄ aliq̇ gloriātur
de paſſionibꝰ patrū vel, fratrū ſuoꝝ: ipi ve-
ro nihil taliū faciūt: ꝯ qđ dicit ſuā nō alie
nā. quinta momētanea qn̄ aliq̇ vna die ab-
ſtinēt ꝛ alijs diebꝰ delitijs vacāt cōtra qđ
dicit quotidie. ſexta ſimulata que eſt hypo
critarū ꝯ qđ dt ꝛ ſequat̄ me nō fauorē mū-
di. (Si q̇s etiā vult poſt me venire) hoc eſt
ſi q̇s vult attingere ꝑfectionē vite xp̄iane
faciet ea q̄ ſequunt̄: ſcz (abneget ſeip̄m et
tollat crucē ſuā ꝛ ſequat̄ me.) Ubi tria ex-
primūtur in quibꝰ ꝑfectio vite xp̄iane cōſi
ſtit. Primū eſt ſui abnegatio: ſcđm eſt cru- Perfectio vite xp̄iane i tribus.
cis portatio: tertiū vite xp̄i imitatio. Quā-
tū ad p̄mū ſciēdū ꝙ ad ſequēdū xp̄m opor
tet hoīez tria abnegare. ſ. ſua ſm illud. qui
nō renūciat oībus que poſſidet nō p̄t meꝰ
eſſe diſcipulus. Et ſuos ſm illud. ſi q̇s ve-
nit, ad me ꝛ nō odit patrē ꝛc. nō p̄ōt meꝰ eē
diſcipulus. Et ſemetip̄m ſm qđ hic dr (ab- Lu. xiiij.
neget ſemetip̄z) . ſ. vetuſtatē ꝛ pctā abijciē Uoluntatis renunciatio.
do ꝛ ad meliora mutādo: vt deſinat eē qđ
erat: ꝛ incipiat eſſe qđ nō erat: ꝛ alter ex al-
tero efficiat̄ ac volūtatē ꝓpriā abnegādo
qđ plus, eſt ꝙ̈ abnegare res ip̄as ꝛ abijce-
re. vn̄ Proſper. Quid eis prodeſt ꝙ faculta Proſp.
res ſuas abijciūt qui volūtates ꝓprias nō
relinquūt cū ſit lōge preſtātiꝰ volūtatibus
ꝓprijs renūciare ꝙ̈ rebꝰ hmōi: ergo abnega
tio debet fieri oībus deſiderijs carnis ꝛ mū
di concupiſcētijs ꝑfecte reluctādo ꝛ in bo-
nis actibus nullā cōplacētiā ꝓpriā vel hu
manā captādo: ſed ſolū diuinū honorem in
oībus que agimꝰ intēdēdo: vt ſic veraciter
poſſimꝰ dicere cū xp̄o. nō veni facere meam
volūtatē ſed eiꝰ qui miſit me. ¶ Quātū ad Crucez tollere hilanꝰ.
ſm ſciēdū ꝙ crucē tollere tripliciter poteſt
intelligi: ſcz ꝑ carnis mortificationē: ꝑ pro-
ximi cōpaſſionē: ꝛ per martyrij ſubſtinētiā.
Un̄ hyla. Sequēdus eſt dn̄s cruce aſſum-
pta ēt paſſiōis: et ſi nō forte tn̄ volūtate co- Maxi.
mitādus eſt. Scđm maximū ep̄m. Duo ab abſtinētie et crucis genera.
ſtinētie et crucis ſunt genera: vnū corpora
le ſcz a delectationibꝰ et ab alijs que deci
piūt ſenſus viriliter reuocare ac violenter
abſtrahere et cohercere. Aliud ſpūale qđ
eſt ſpecioſum et ſublimius. ſ. motus animi
regere et ꝑturbatiōes illius placare: impe
tus vitiorū refrenare et cōtra ea quotidie
litigare ac rixaz quodāmō interiori hoīe
cōſerere. hec Maximus. Hoc etiam de cru-
ce tollēda p̄t et aliter exponi duplr. vno mō
de cruce corpali: et ſic conuenit martyribꝰ:
et per hanc crucē intelligitur omne genus
martyrij ſcz mortis et cuiuſlibet alteriꝰ pe
ne vel periculi ꝓ xp̄o ſuſtinēdi animi tēta-
tio et p̄paratio. Tunc eni ſm Augu. Crucē Augu.
noſtrā tollimꝰ quando penalitates quaſ-
libet ꝓ xp̄o volūtarie aſſumimꝰ. Alio mō
exponit̄ de martyrio ſpūali quod conuenit gal. vi. crucifigi mūdo ꝛc.
religioſis et perfectis. de quo martyrio di-
cit apl̄s. Mihi mūdus crucifixus eſt: ꝛ ego
mūdo. i. ſm glo. Mūdi cōcupiſcētie nō ha-
bent in me dominiū: nec mundus iā mihi
ſe ingerit: et ego cōtra eū ſuz fortis. Et no-
ta ꝙ non ſine cauſa vtrūqꝫ dixit ſcz ſibi mū
dū crucifixū ꝛ ſe mundo. Plerūqꝫ eni cōtin
git vt homo mundū non teneat: ſꝫ tn̄ mū-
dus eū in ſuis occupationibus aſtringit
et mortuus eſt homo mundo ꝛ mundus eū Grego. crucifigenda i mundo tria.
quaſi viuus cōcupiſcit dū in alio intētū in
ſuis actibus rapere cōtēdit. Sed ſecunduz
Grez. nec paulus a mundo gloriā q̄rebat:
nec ipſe a mūdi gl̄ia q̄rebat̄: iō et ſe mūdo
ꝛ ſibi mūduz eſſe crucifixū gl̄iabat̄. Sūt āt j. io. ij.
tria in mūdo q̄ nobis debēt eſſe crucifixa ꝛ
nos eis. Q2 ꝛ vt dicit iohes. Oē ꝙ eſt in mū-
do, aut eſt cōcupiſcētia carnis: aut cōcupi-
ſcētia oculoꝝ: aut ſuꝑbia vite. Horꝝ triuz
crucifixio fit ꝑ tria vota religioſoꝝ q̇ vere
martyres ſunt ſpūales. Primū ğ martyriū
ꝯſiſtit in tp̄aliū volūtaria relictiōe. ſm in Grego.
ꝯcupiſcētie carnis reluctatione: et quanto
fortior fit iſta pugna: tanto glorioſior vi- D Jmitatio xp̄i i triplici via.
ctoria martyrij. tertiū i ꝓprie volūtatꝭ ab-
dicatiōe: q2 ſm Greg. ꝑ obediētiā mactat̄
voluntas ꝓpria: ꝛ ꝑ victimā caro aliena: ꝛ
iō obediētia dr melior ꝙ̈ victia. Quātū ad
tertiū đ vite xp̄i imitatiōe ſciēdū ꝙ xp̄z ſeq̇
nihil aliđ ꝙ̈ eius veſtigia imitari et eiꝰ vi-
te ꝯformari. Jp̄m aūt imitari debemꝰ tri-
plici via q̄ nos p̄ceſſit: videlꝫ paupertatis
hūilitatis: et aſperitatis. xp̄s eni in ſuo in-
greſſu nobis reliq̇t exempluz ſinceriſſime
paupertatꝭ: i ꝓgreſſu exēplū ꝓfundiſſime
hūilitatꝭ: ſꝫ in egreſſu exēplū acerbiſſime
penalitatꝭ: et q2 i his tribꝰ debemꝰ xp̄i ve- Trenī
ſtigia ſeq̇: ideo ad iugē coꝝ memoriā nos
inuitat dicēs. Recordare paupertatis mee
quātū ad p̄mū ꝛ trāſgreſſiōis mee. i. ꝓfun-

Tria in qb⁹ imitemur xp̄m. Triplicia bōa.

diſſime hūilitatis quātū ad ſcōm: ⁊ abſinthij ⁊ fellis .i. amariſſime paſſionis q̄tū ad tertiū. ¶ Et nota q̄ oīa in q̄b⁹ deuoti ſectatores perfectionis euāgelice xp̄z debēt imitari ⁊ eius ſimilitudini cōformari poſſunt: ⁊ hoc mō ad tria reduci .ſ. ſm tria bona q̄ a deo recepim⁹ vt ſunt res exteriores: corp⁹ propriū: ⁊ ipſa aīa q̄ oīa opz relinqui propter deū ſi volum⁹ ipſi⁹ xp̄i eſſe pfecti imitatores. Perfect' eñ xp̄i imitator primodz relinquere mundū ⁊ oēs res tpales: ⁊ etiā cū hoc oim terrenoꝝ occupationē ⁊ ſolicitudinē penitus dz poſtponere. Hoc autem fit per voluntariā pauptatē quā xp̄s altiſſime ſeruauit: qꝛ in tota vita ſua pauperrimus fuit. Scdo dz relinq̄re corpus q̄ quidē relinquit tribus modis. Primo per carnis macerationē: p quā corpus vigilijs: ieiunijs ⁊ oratiōib⁹ atterit ne caro laſciuiat ⁊ cōtra ſpiritū ſe erigere ptinaciter nō p̄ſumat. Scdo p tpalis cōmodi abiectionē: qꝛ q̄ nimis delicate nutrit ſeruū .ſ. corpus ſuū: poſtea inuenit eū ɔtumacē: ⁊ iō dz ſemper in rigore teneri: vt magis ſubijciatur ſpiritui. Tertio per penalitatū volūtariā pͤpeſſionē: ſicut apoſtoli ⁊ martyres qui p xp̄o volūtarie ſunt paſſi. ¶ Et oīa iſta xp̄s fecit ⁊ ſeipſum in exēplū dedit. Tertio debet relinquere aīam ſuā p pͥprie voluntatis abdicationē: vt volūtatē ſuā diuine volūtati cōformet: q̄ nihil aliud velit niſi ſolum illud qd̄ diuine volūtati beneplacitū fuerit. hoc eñ fecit ipſe xp̄s qui dixit: non veni facere voluntatē meā: ſz voluntatem eius qui miſit me. Unde ad voluntatem diuinā ita habes regulā ⁊ menſurā omniū actionū ſuarū: ſic q̄ in oībus actionibus ⁊ deſiderijs tuis nihil cōcupiſcas niſi q̄ honor dei in te amplieť ⁊ in oīb⁹ alijs creaturis. ¶ Sed eſt ſciēdū q̄ nullus pōt viuere vita xp̄i niſi etiā moriať morte xp̄i: ideo ſicut xp̄s p hoc q̄ ex nimia charitate ſe aſſūptiōi noſtre carnis iclinauit ſeipſum exinaniuit ⁊ per ɔſequēs claritati diuine qua patri cōſubſtantialis exiſtit quodā mō mori voluit: ita quilibet ad iſtā pfectionē tēdēs dz per veram humilitatē ⁊ plenariū contēptū ſui mori ſibiipſi ſeipz vſq̄ ad nihil deijciendo ⁊ ſeipm nihil reputando vt viuere poſſit ſoli deo. Homo eñ ad pfectionem tēdens dz ſeipſuz hoc eſt qd̄ videť habere a ſeipſo nihil reputare: qd̄ aūt hz a deo puta dona dei quib⁹ cōformať vite xp̄i dz ſumme reputare: ⁊ cū ſumma diligētia cuſtodire vt vere poſſit dicere cū aplo. Uiuo aūt iā nō ego: viuit vero in me xp̄s. Unde de talibus mentib⁹ pfectis ſic mortuis ſibiipſis dicit apoſtolus. Mortui eſtis: et vita veſtra abſcondita eſt cū chriſto in deo. Signanter aūt dicit ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum

E Uiuere vita xp̄i mori p xp̄o.

Colo. iij.

chriſto in deo: qꝛ vita illa qua mēs p amorē cōtinuū ⁊ beatificū pfecte vniť deo i patria illa eſt in preſenti abſcōdita: qꝛ pͥpter neceſſitatem mortalis vite talis amor continu⁹ ⁊ nō interruptus in p̄nti vita haberi nō pōt. Sed hoc euidēter apparebit in vita b. vbi obiecto beatifico continue fruemur: ⁊ in ſolo deo iugiter delectabimur: propter quod bene ſubdit. Cū aūt xp̄s apparuerit vita veſtra: tūc ⁊ vos cum ipſo apparebitis in gloria. ¶ Eſt aūt ſciēdū q̄ mors iſta ſpiritualis qua homo p cōtēptū ſui moritur ſibi quibuſdā gradib⁹ perficiť: prim⁹ eſt q̄ homo p hūilitatē reputet ſe oib⁹ viliorē. ſecūdus eſt q̄ hoc v̄bis pͥprijs fateať: terti⁹ eſt q̄ et ab alijs dici equanimiter patiatur Quart⁹ ē q̄ hō eq̄nimiter ferat cū ab alijs ɔtēptibiliter tractať: quint⁹ eſt q̄ hō nō ſolū nō doleat: ſz ēt diligat q̄ ab alijs cōtemnať. Et oēs iſti gradus pͥprie deſpectiōis pfecte relucebāt in xp̄o. Sequamur ĝ ⁊ imitemur nō diabolū vt ābitioſi ⁊ ſupbi: nō mūdū: vt cupidi ⁊ auari: nō carnalē appetitū: vt voluptuoſi ⁊ lubrici: ſz dn̄z ieſuz xp̄z. Qui eñ deū nō ſequiť ei q̄dē neq̄ ſe abnegare neq̄ crucē tollere pdeſt: vis ſequi xp̄z: ſis deo obediēs ⁊ p̄rimū diligēs: ac pͥpter deū oīa ſuſtineas ⁊ facias ⁊ malū declinādo circa v̄tutes inſiſtas. Hac eñ via xp̄s icedit: p hāc ĝ viā ambula ſi vis cū ſeq̄ i vita preſenti ⁊ cū eo gaudere i p̄ria. Sz heu pauci hodie dn̄z ſeq volūt: ⁊ tñ multi ad eū puenire cupiūt. vñ Ber. O q̄ pauci poſt te volūt ire dn̄e: cū tñ puenire ad te nemo eſt qui nolit: ɔregnare cupiūt: ſz nō cōpati nō curant q̄rere quē tñ deſiderāt inuenire: cupiūt ⁊ te cōſequi ſed nolunt ſequi: optāt extrema iuſtoꝝ nō curātes principia eoꝝ. Et qꝛ dn̄s monuit ad ſuſtinēdū p ɔfeſſiōe fidei martyriū: cōſequenter tollit hui⁹ ɔfeſſiōis triplex impedimētū. Et p̄mo p̄mū q̄ eſt nimius amor ſuipſi⁹ dicēs. (Qui eñ voluerit animā) .i. aīalitatē (ſuā) ſcz vitā p̄ſentem alimonijs indigētē (ſaluā facere) .i. in preſenti cuſtodire martyriū declinādo vel corpus in penitentia nō macerādo hoc eſt poti⁹ ſaluare tpe pſecutiōis q̄ me ɔfiteri ſcz eligēs potius deū offendere q̄ p eo mori vel tpe pacis delicate ſeruare potius q̄ per penitētiā affligere perdet eā) in futuro .ſ. vitā vel animā: ⁊ p vita momētanea incurret mortē eternam. Unde fugiēdo mortem incurret mortē: ⁊ ſeruādo vitā amittit vitā. (Qui autē perdiderit animā ſuā) .i. aīalem ⁊ preſentē vitā perditioni ⁊ morti ſi neceſſe eſt ſe exponendo eligēs poti⁹ p deo mori q̄ cū offendere: vel p' penitētiā ſe affligendo eligēs poti' ſic deū placare q̄ ſic delicate viuendo ipm magis irritare: ⁊ hoc non propter mūdi vanitatē vel erroris defenſionem

Mors ſpūalis pficiť ĝdibus.

Ber̄. Sequētiū xp̄z paucitas.

aut deſperationē:ſꝫ ꝑpter mei.i.añq̄ cõtra mea faciat mādata/ inueniet eā) i futura gloria:et ꝓ vita mortali inueniet eternā. Iſtud dictū dñi de aīa ⁊ vita ſaluāda ⁊ pdēda ſimile eſt ſm Greg.ac ſi diceret agricole frumētū ſi ſuas pdas:ſi ſeminas renouas. Ideo vt dicit Caſſio. ve carni q̄ hic ſuperata nō fuerit:nā q̄ in hac cõuerſatione vincit illic ſine dubio coronat. vñ Bern. Qui voluerit aiam ſuā ſaluā facere pdet eā. Et q̇dē prudenti⁹ eā pdis vt cuſtodias: q̄ cuſtodis vt pdas:q̇d hic vos dicitis obſeruatores ciboꝝ: moꝝ neglectores:ypocras ⁊ ſequaces ei⁹ docent aīas ſaluas facere i hoc mūdo:xp̄s ⁊ ei⁹ diſcipuli pdere. Quenā vos ex duob⁹ ſequi magiſtrū aut ſeruū eligitis? Epicur⁹ atq̄ ypocras corporis alter voluptatē:alter bonā habitudinē p̄fert:me⁹ magiſter vtriuſq̄ rei contēptū p̄dicat. Quid eñ tibi aliud ſonnit cū clamatū eſt:q̄ amat aīa ſuā pdet eā? Perdet autē dixit ſiue ponendo vt martyres: ſiue affligendo:vt penitēs. Quāq̄ martyrij gen⁹ ſit ſpū facta carnis mortificare illo nimirū q̄ mēbra cedunt ferro:horrore quidē miti⁹:ſꝫ diuturnitate moleſti⁹. h̄ Ber. Deinde tollit ſcōm impedimentū qd eſt nimia cupiditas lucri et deſiderij terreni dicens. (Quid eñ pdeſt hoi ſi vniuerſū mūdū lucret) de quo nihil ſecū moriens portare poterit niſi pctm̄ imo tanto pl⁹ acq̄ſiuit de inferno. Vñ i apoc.dr. Quātū glorificauit ſe et i delitijs fuit:tm̄ date illi tormentū et luctū (aīe vo ſue detrimentū patiat). ſ. amittēdo gloriā:incurrēdo penā eternā:et pdēdo hūanā ſubſtātiā. q.d. nihil pficit imo p talia multū pdit. ſ. id qd eſt imortale et diuinū i corpore iō aīa cū ſit imortalis p̄ponenda eſt oib⁹ corruptibilib⁹ et trāſitorijs:nā aīa rōnalis imagine trinitatis inſignita p̄cioſior eſt cūctis terrenis. Et iō ſtult⁹ eſt q̄ plus pecuniā q̄ ſeipm̄ diligit qd facit q̄ ꝑpter illā tormentis eternis ſe expōit. Vñ nimis ſtult⁹ ē auar⁹:imo peior q̄ diabol⁹: q2 auarus plus diligit nūmū q̄ aīam ſuā vel alioꝝ:ſed diabol⁹ plus diligit vnā aīam q̄ totū mundū. Quapropter dixit xp̄o preſumēs decipe eū. ſi cadēs adoraueris me dabo tibi mūdū iſtū. Et iō vt dt Orige. Duobus p̄poſitis mai⁹ eſt eligendū:vt mundū pdam⁹ et lucremur aīas nr̄as. vñ et Amb. valde timendū eſt ne ꝑpter auaritiā pecunie:vel ꝑpter amorē carnalis vite ſalutē aīarū q̄rere negligam⁹:q2 nihil prodeſt lucrificare tpalia ſi perdantur eterna. Et dat Chri. exēplū. Si eēs in vltimis malis poſit⁹ videres ſeruos in laſciuia agere qd lucrū eſtimares te eoꝝ dñā eſſe:ſic q̇d lucrat aīa tua miſera carne laſciuiēte ſi futuram dānationem expectat: Sed magna heu hoc dīe cecitas et amētia i hoib⁹ reperit:q2 ſm Aug. ſi q̇s argentū auro p̄ponit demētiſſimus iudicat:ſi vo aurū deo p̄ponit a nullo reprehendit. Exponit ēt predictū dñi vbū de illis q̄ aīas alioꝝ lucrari volunt et ſuas negligūt. vñ Chri. Si alteri⁹ ſolicit⁹ cõtenas te:ſilis es eis q̄ metalla fodiunt et necant. Et q2 poſſet aliq̇s dicere:et ſi aīam pdā:tñ ex multis que lucrabor eā redimā qd falſū eſt. vñ dicit. (Aut quā cõmutationē) i. redēptionē (dabit hō ꝓ aīa ſua. ſ. dānata. q.d. ſi ꝓ ea tot⁹ mūdus daret non p hoc liberaret. Et iō nō pōt cõparari lucrū mūdi ad detrimentū aīe p qd homo pdit eā et vitā eternā. Nā pditis diuitijs poſſunt per alias diuitias cõpenſari:et ſi mors infligitur pōt cõpenſari p vitā imortalē:q̄ in refectione expectat:ſed ſi aīa p culpā perdatur non expectas in alia aīa recõpenſari:q2 nō poteris aliā aīam ſed neq̄ aliq̇d aliud q̄ſi cõmutationē ꝓ ea dare:vt liberes eam de eterna morte. Deus autē ꝓ aīab⁹ hoim dedit cõmutationē ſanguinē filij ſui p̄cioſū. Perdenda eſt igit aīa ⁊ vita p̄ſens i hoc ſeculo ꝑpter dñm nō ſaluāda ꝑpter lucrū et deſideriū terrenū. Quapropter vt ait Augu. Voluntarie nunc ꝓ xp̄o poſtponamus q̄nq̄ dimittenda:ne (qd abſit) ꝓ trāſitorijs amittam⁹ eterna. Si eñ tibi diceret ſis toto hoc menſe diues ⁊ potēs ⁊ fac quicq̇d velis:vtere carnis voluptatibus ſicut placet: ea tñ cõditione vt oculi tui poſtea eruant: omne ſolatiū tollat:toto tpe vite tue in fame et ſiti in oī cruciatu et in oī miſeria viuas:nūquid illud tale bonū hoc tenore ſuſciperes: Et quidē tota hec vita nec menſis eſt nec vnius diei vel hore ſpaciū ad illius eterne infelicitatis cõparationē cui⁹ miſerie neq̄ finis eſt neq̄ pena ſilis inuenit. vñ Iſido. Si haberes ſapientiā ſalomonis:ſi pulchritudinem abſalonis:ſi fortitudinem ſanſonis:ſi longitudinē enoch: ſi diuitias creſi:ſi ptātem thebomā q̇d pdeſſet tibi ſi tandē caro daret vermib⁹:aīa demonib⁹ cū diuite crucianda ſine fine: q.d. nihil. Duo q̄ppe ſunt tpa eccl'ie:vnū pſecutionis:⁊ tūc antequā deū negem⁹ ponēda eſt aīa ⁊ p̄ſens vita:aliud pacis:⁊ tunc frangēda ſunt deſideria terrena ⁊ lucra contēnenda. Nulla ḡ mūdi aduerſitas aīam tuā frāgat:nulla ꝓſperitas alliciat: nulla fallacia ſeducat a p̄ceptis ⁊ mādatis dei:⁊ a charitate q̄ eſt in xp̄o dño nr̄o. Omnib⁹ modis ⁊ in oibus debem⁹ ſemp beneplacitū dei facere:⁊ ab offenſa ei⁹ abſtinere. Deinde tollit tertiū ipedimentū ad cõfitendū fidē xp̄i qd eſt pudor ſeculi. Nā ſm Grego. Sepe ex humana verecūdia p̄pedimur:vt rectitudinē quā ſeruam⁹ in mēte nondū exprimere valeam⁹ in voce:⁊ tāto dei faciē ad iuſtitie defenſionē

Augu.
Chriſ.
Nō Nie pditio irrecuperabilis.
Augu.
Pena eterna.
Iſido.
Nie pditio maxia.
Tēpora duo eccl'ie.
I Grego. Pudor ſeculi amouēdus.

negligem⁹ quāto humanas facies ꝙ̄ iuſtitiam veremur. Et ſm eundē ſunt q̄ dicunt. Nos nō erubeſcim⁹ deū cōfiteri: ſꝫ ad ꝓfeſſionē ſidei nō ſufficit vox ꝓfeſſionis xp̄ianí: dū verent a ꝓximis deſpici: dū indignātur iniurias tolerare: dū erubeſcunt ſi iurgium cōtigerit priorib⁹ ſatiſfacere. Hoc ḡ impedimētū tertiū tollit: primo ex fructu: ſcđo ex pena: q: xp̄s cōfitētes cōfitebit ⁊ recognoſcet: ⁊ erubeſcentes erubeſcet. i. non cognoſcet eos de ſuis in ſcđo ſuo aduētu ⁊ iudicio cū venerit i maieſtate ſua: ſcꝫ hūana. i. in forma humana glorificata ⁊ p̄ris. i. maieſtate diuina q̄ ſibi ⁊ patri eſt cōis: quā tñ hꝫ a p̄re ſuo ⁊ ſctōꝝ angeloꝝ q̄ apparebūt cū eo. Tūc ei erubeſcet infideles: ignorabit fatuas virgines: obiurgabit miſericordes. Vñ ptꝫ ꝙ non ſolū iudicabit fili⁹ in forma deitatis: ſꝫ ēt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſctūs quoꝝ eſt vna maieſtas i forma tñ viſibilis ſol⁹ fili⁹ apparebit: vt ex hoc ſol⁹ fili⁹ hoīs iudicare dicat. Indiuiſe itaqꝫ iudicant p̄r ⁊ fili⁹ necnō ⁊ ſpūſſctūs. Verū q: potētia ſapiētie cedit in deſcriptione iudicij: vbi equitas magis eſt examinanda ⁊ conſiderādū q̄d cuiqꝫ debeat ꝓ meritis q̄uis ⁊ potentia ſit exercenda nec bonitas ſubtrahēda: iō ſpāliter diſcrimē iudicij attribuit ſapientie: q: iudiciū eſt ꝑ ſapientiā diuinā: ſapiētia autē tota cōicat filio: et iō etiā ſol⁹ fili⁹ dr̄ iudicare. Tēpore ergo ꝑſecutionis non erubeſcat xp̄ian⁹ fidelis ꝓ xp̄o affligi: et ſi opus fuerit morte affici ac ſubſtantijs nudari et honorib⁹ deijci. Tēpore ꝟo pacis cū vitia maxime ſubrepunt: carnē refrenet ne laſciuiat: et ꝓ xp̄o non vereat a ꝓximis deſpici: iniurias ꝟboꝝ pati: prior ꝓximo ſatiſfacere vt veraciter ꝓbet ſequi humilitatē capitis ſui: ⁊ ipꝫ cōfitens merecat ab eo recognoſci. Et ne ad abnegandū ſe ⁊ tollendū crucē auditores terreant: iō triſtib⁹ leta ſubiungit dicens. (Fili⁹ eīn hoīs). i. ꝟginis q̄ ita ſe vocat ꝓpter ſui humilitatem: ꝓpter carnis veritatē: ꝓpter matris puritatē ſiue integritatē (ventur⁹) eſt ad iudicandū orbē in gloria p̄ris ſui cum angelis ſuis) in forma glorioſa iudicabit. Qui prius venit hūilis vēturus eſt ꝑ manifeſtationē gl̄ie ⁊ virtutis. (Et tūc reddet) ſine tp̄is dilatione (vnicuiqꝫ) ſine ꝑſonarū acceptiōe vbi non ꝑſone ſꝫ opa conſiderant. vñ ſequit (ſm opa ſua) ſine diminutione: iuſtis quidē p̄miū. ſ. gloriā aīe et corporis alijs aūt ſuppliciū. ſ. penā vtriuſqꝫ. hic eſt locus merendi ⁊ liberādi aīam ibi mittendi ⁊ recipiēdi ſm merita. Ambula hic dū lucē habes ne ibi tenebre non cōprehendāt. Suſcipe hic mortē: vt ibi ſuſcipias vitā immortalē. Noli timere q: triſtibus leta ſuccedūt. Times mortē: audi gloriā triūphātis: vereris crucē: auſculta angeloꝝ miſteria. Attēde ⁊ hic verbū Bern. q̄ dicit. Vis ſcire q̄ debeas ieſu xp̄o. Debes ei vitā tuā: q: ipſe vitaꝫ ſuam poſuit pro tua. ¶ Et q: rudes erāt ap̄li ne cū ſic vēturū dubitarēt: ⁊ fatigati expectatiōe deficerēt promitti ī in p̄nti cōſolatio vt citi⁹ credāt de futuro. Vñ bon⁹ magiſter ne diſcipuli deſperatiōe frāgant aut tedio ſubiūgit eos cōſolādo. (Amen dico vobis) vt ſecuri de hoc ſitis (ſunt q̄dā de hic ſtātib⁹) diſcipulis (q̄ nō guſtabūt mortē) tp̄alē q̄ eſt q̄dā guſtus reſpectu mortis eterne: vel guſtus dr̄ q̄tū ad bonos qui nō permanēt in morte (donec videāt) oculis corꝑalib⁹ (filiū hoīs venientē in regno ſuo). i. in ea claritate regni quam hēbit cū ad iudicādū veniet vt q̄lis eſt vēturus poſtea p̄nti quoqꝫ tp̄e demonſtret: ⁊ appareat hoc eſt donec videāt ſiꝯtudinē gl̄ie: quā corpora electoꝝ q̄ cū nūc cōfitent habebūt i eccl̄ia triūphāte vt per hoc ſperet eterna futura in re. Vñ ſm gl. in corꝑe mortali oſidit eis nō imortalitatē ſꝫ claritatē futu re imortalitati ſimilē: ⁊ ita ſenſus eſt donec videāt regnū dei. i. imaginationē gl̄ie regni dei. Cū xp̄o hic ſtātes ſunt in ſtatu gratie q̄ pro ipſo patiēter paſſiones ſuſtinent: ⁊ iſti mortē culpe vel gehēne nō guſtāt: ſꝫ cū ipſo ad gloriā eternā trāſeūt: hāc p̄iā ꝓmiſſionē eis fecit: vt per viſam gloriā future reſurrectionis ⁊ cōtemplationē gaudij manētis ad aduerſa trāſeūtis ſeculi forti ꝯferenda aīaret. Viſionē aūt ꝓmiſſam diſtulit vt eā vehemēti⁹ deſiderarēt: ⁊ deſideratā magis acceptarent ⁊ gratā haberent. ¶ Oratio.

Domine Jeſu xp̄e da mihi vt me ipm ſic abnegē ꝙ in ꝓſperitate et in ōibus q̄ tp̄aliter delectant a malo declinem: ⁊ nihil niſi honorē tuū querā: meeqꝫ voluntati renunciās tibi: ⁊ propter te oīi creature obediā. Da etiā mihi vt tollā crucē meam afflictiōes ⁊ penalitates per me volūtarie aſſumēdo: ⁊ ab alijs illatas patiēter ſuſtinēdo: ac ꝓximis in neceſſitatib⁹ cōpatiendo: ⁊ in oī aduerſitate bonū facere nō deſiſtēdo. Da etiā mihi vt te ſequar veſtigia tua imitando ⁊ tue vite me cōformando poſt te veniā ad ſupernā patriā pertingēdo. Amen.

¶ De trāſfiguratiōe dñi. C. iiij.



Deinde q̄d iā ſupra ꝓmiſit ſoluit cuꝫ dicit. (Et poſt dies ſex) ſm Math. non numerādo extremos vl' (die octaua) ſꝫ lucā numerādo diē p̄mū quo ꝓmiſit ⁊ vltimū quo ſoluit (aſſumpſit Jeſus ſecū Petrū ⁊ Jacobū ⁊ Joā

Margin notes: Bern. — Guſtatio mortis. — Judicabit pater ⁊ ſpiritusſanctus vt filius. — Stantes cuꝫ chriſto. — A Math. xvij. Luc. ix. ⁊ Mar. ix.

nem ⁊ duxit illos ſeorſum in mōtem valde excelſum). ſ. thabor quarto miliario a nazareth cōtra oriētē vt ibidē oraret. Matheus ⁊ marcus ponūt tm̄ dies medios: ſed lucas etiā extremos. Illi ſex quia poſt ſextā mūdi etatē aīe ſanctoꝝ in btā expectatiōe requieſcent. Lucas octo qꝛ in octaua reſurrectionis corpa ſctōꝝ in gloriā imortalitatis reſurgēt. Hic ḡ poſt ſex etates quieſcendū eſſe ab oī labore: ⁊ ibi octauo tpe reſurgendum deſignat. Vñ ſm Hiero. gloſ. hoc bñ miſterio cōuenit: nā ſicut xp̄s poſt ſextā ſabbati qua crucem aſcēdit: ⁊ poſt ſeptimā ſabbati qua in ſepulchro quieuit: octaua die reſurrexit: ſic ⁊ nos poſt ſex mūdi etates qbꝰ pro dño patimur ⁊ laboramus: ⁊ poſt ſeptimam quietis aiarū que interim in alia vita geritur octaua etate reſurgemꝰ. Trāſfiguratio ḡ fuit in octaua die: qꝛ facta eſt ad oſtēdendum diſcipulis ſuis gloriā reſurrectionis future q̄ erit in octaua mūdi etate: ⁊ ꝓpter hoc figurata ē hic ꝑ octauā diē. Aſſumpſit aūt ſecū tres tm̄: vt in ore triū ſtaret teſtimoniū. Itē in ſignū ꝙ qui nūc fidē trinitatis firmiter ſeruabūt: tūc in eterna viſione gaudebūt. Iſtos aūt tres. ſ. petrū iacobū ⁊ ioannē ſpāliter aſſumpſit: qꝛ iſtos familiariter diligebat. Hoc autē fecit ad deſignandum ꝙ q̄cunqꝫ vult gloriā dei videre opꝫ ꝙ fidē cognoſcat: ſicut petrꝰ: ꝙ vitia ſupplantet: ſicut iacobꝰ: ꝙ ad bene operandū grām habeat ſicut ioānes: qꝛ oē meritum cōſiſtit in credēdo verū: in declināndo malū: in faciēdo bonū. Itē ad cōmendationē oim̄ ſtatuū eccleſie: nā per petrū ſignificāt cōiugati vel etiā prelati: ꝑ iacobū penitentes vel actiui: ꝑ ioānē virgines theorici. Et pulchre oſtenſurus diſcipulis reſurrectionis gloriā ſeorſum eos duxit vt intelligamus: qꝛ ſi eiuſdē reſurrectionis ꝑticipes eſſe cupimus a turbis malignoꝝ hoim ⁊ tumultibus ſeculi diuiſi eſſe debemus. Pulchre etiā eos in montem excelſum duxit ⁊ nō vallē: vt diſcamus gloriā nō in ꝓfundo huiꝰ ſeculi: ſꝫ in regno ſupne beatitudinis eſſe querendā ⁊ ꝙ ad illā gloriā future reſurrectionis ꝑuenire: ⁊ in decore ſuo xp̄m videre merebimur ſi ima et terrena deſcendentes ac ſublimia ⁊ celeſtia deſiderātes mēte in celeſtibus habitemus. Neceſſe eſt eñ olbꝰ qui deū contēplari deſiderāt: vt nō i infimis voluptatibꝰ iaceāt: ſed ſemꝑ ad celeſtia ſe erigant. Aſcendit aūt in montē: vt oraret innuēs oraturos in montē virtutū aſcēdere ⁊ ſurſum nō in imis corda hr̄e: ac cōtinuis p̄cibꝰ inſiſtere. Et bñ mons iſte dictꝰ eſt thabor: qđ acceſſio lucis interpretat: qꝛ oē qđ manifeſtat in lumine manifeſtat. Effectus aūt orōnis oſtēdit ꝓpter qđ orauit. ſ. propter gloriā future reſurrectionis manifeſtādā apl̄is. Dū eñ oraret trāſfiguratꝰ eſt corā eis. Non dicit transfigurauit ſe vt noteť actio fieri ex potētia trinitatis: ſed in natura hūanitatis. (Et vñ dum oraret facta eſt altera ſpēs vultꝰ eius:) feruor eñ ⁊ deuotio orationis diſpoſitio eſt ad transfiguratiōnē ⁊ extaſim mētis. Vñ petrꝰ dū oraret factꝰ eſt in extaſi mētis. Cōſpice bñ iſta ⁊ te p̄ſentē exhibe: qꝛ magnifica ſunt valde. (Reſplēduit eñ facies ſicut ſol) imo plus q̄ ſol: ſed nihil hꝫ clarius cui cōpareť. (Veſtimenta aūt eius facta ſunt alba ſicut nix) ⁊ ſic perfuſa lumine vt alba extra apparerēt. ſm Augu. Candor veſtiū ꝓcedebat a faciei ſplendore: ⁊ iſta fuit vera mutatio in facie: ſꝫ nō in veſte. Non ſubſtātiā vere carnis amiſit: nec corporis veritatē ſubtraxit: ſed ſplēdorē addidit. Vñ lucas dicit qđ (facta eſt ſpecies vultus eiꝰ altera) nō alia. In carne ergo mortali immortalitatis ⁊ reſurrectiōis ſue vel nr̄e gloriā nō in ſe ſed in ſeculi claritate ſicut voluit oſtendit: vt illius glīe quā predicabat certiores nos redderet. ¶ Ecce quātum pignus btitudinis nr̄e habemus: nō eñ erat aliūde trāſfiguratio niſi ſcdi aduentꝰ prenunciatio in quo ⁊ ipſe xp̄s ⁊ ſancti eiꝰ lucebūt ſole clariꝰ: vñ nō aſſumpſit claritatis dotē: ſed dotis ſimilitudinē. Nā vt leo papa ait. Illā ipſiꝰ deitatis ineffabilem ⁊ inacceſſibilē viſionē q̄ in eternā vitā mūdis corde ſeruať nullo mō adhuc mortali carne circūdati intueri poterāt et videre. Splendor aūt faciei ſignificat claritatē diuinitatis: fulgor vero veſtiū claritatē humanitatis eiꝰ. Itē claritas faciei rep̄ſentat futurā claritatē capitis xp̄i: fulgor autē veſtiū deſignat futurā claritatē mēbroꝝ eius ſcꝫ ſanctoꝝ qui ſuperabunť a claritate xp̄i ſicut candor niuis ſuperať a fulgore ſolis. Candor ḡ ſignificat gloriā future reſurrectionis ꝓpter qđ angelꝰ dñice reſurrectionis nūciꝰ i veſte cādida apparuit. Et ſꝫ Bedā. Veſtitꝰ dñi ſctōꝝ illius chorus accipiť q̄ in terris deſpectus videbať. ¶ Moraliter circa transfiguratiōnē dñs tria fecit: qꝛ diſcipulos aſſumpſit: montē aſcendit: orationē premiſit: ad ſignificandū ꝙ ad gloriā nō ꝑueniť niſi ꝑ virtutis ſocietatē: ꝑ vite altitudinē: ꝑ orationis deuotionē. Felix ḡ qui talē comitatū aſſumpſit Petrū ſcilꝫ q̄ interpretať agnoſcens vt ſit in eo cognitio q̄ dꝫ eſſe triplex: ſcilꝫ dei ſui ⁊ proximi. Cognitio dei generat dilectionē et cauet deſperationem: cognitio ſui generat hūilitatē et cauet p̄ſumptionē: cognitio proximi generat cōpaſſionē et cauet crudelitatē. Et ſicut ſuam fragilitatē: ſic ⁊ mundi vanitatē agnoſcat ⁊ agnitā contēnat. Iacobū q̄ interp̄tať luctator vel ſupplātator: vt ſit in eo lucta et ſupplantatio: q̄ etiā debet eſſe triplex. ſ. carnis mūdi ⁊ diaboli: vt cōtra cōcupiſcētias car

Marginalia (left): Trāſfiguratio octaua die ... Cur ſeorſum duxerit. Cur in montē. thabor.

Marginalia (right): Cādor veſtiuꝫ Augu. ¶ Trāſfiguratio dñi ſpem noſtrā. Leo papa. Splendor faciei. Beda. Moraliter. Petrꝰ. Jacobus.

nis ꝛ mundi ac inſtigationes diaboli fortiter luctet̃: ꝛ eas deuictas ſub plãta proſternat: nõ em̃ coronabit̃ niſi qui legitime certauerit. In ſignũ huius iacob poſt luct⁹ accepit bñdictioné. Joãnes q̃ interpretat̃ gr̃a vt in eo ſit gr̃a q̃ ſilr̃ dz eſſe triplex. ſ. incipiens

Joannes. i. Cor. xv.

pficiẽs et pueniẽs. vñ ap̃ls. Gr̃a dei ſum id qđ ſum q̃tũ ad primã: et gr̃a eius in me vacua nõ fuit q̃tũ ad ſcḋam: ſed illis oĩb⁹ abũdanti⁹ laboraui: nõ aũt ego ſol⁹: ſed gr̃a dei mecũ q̃tũ ad tertiã. Joannes etiã priuilegio ſingularis amoris dei dotatus fuit: ſic bonũ diuinũ ſup oĩa diligat et in oĩb⁹ trãſitorijs nihil niſi amoré diuinũ concupiſcat.

Petr⁹. Johes iacob⁹.

Jté petr⁹ alio noĩe dict⁹ ſymõ q̃ interpretat̃ obediens ſignificat obediẽtiã. Joãnes in q̃ gratia ſignificat mundiciã. Jacob⁹ qui luctator vel ſupplantans ſignificat paupertaté voluntariam: ꝛ iſta tria faciunt videre claritaté diuinã: ſicut iſti viderũt transfiguratiõné.

Mõtis aſcẽſio.

Felix qui talé monté. i. eminentiaʒ vite aſcendit: in quo ſunt tres gradus: ſcilʒ obiectio ſui: mortificatio carnis: contẽptus mũdane proſperitatis: de q̃b⁹ ſupra primo capitulo: ſiquis vult poſt me venire abneget ſemetipſum ꝛ tollat crucé ſuam ꝛ ſequatur me. Felix qui ſic orõni inſiſtit pie fideliter ꝛ pſeuerãter donec appareat gl̃ia in facie clerici qui trãſfigurant̃ in ſolé dũ lucẽt p ſcientiã: ardẽt p charitaté: illuminãt per exẽplũ ꝛ doctrinã in veſtimẽtis laici quib⁹ ſufficit albedo niuis p mundiciã mẽtis carnis et opis. (Et apparuerunt illis moyſes)

D Apparitio Moyſi ꝛ helye et eius cauſe.

iã mortu⁹ ſm alam in corpe aſſumpto vel ſibi adoptato: ſicut qñ apparent angeli in corpibus aſſumptis (et helyas) adhuc viu⁹ in aĩa et corpe proprio allatus de paradiſo: apparuerunt cũ xp̃o iſti duo poti⁹ q̃ alij: alter mortuus: alter adhuc viuus in ſignum q̃ viuentium ꝛ mortuorũ ſeu vite et mortis ſit dñs: ꝛ q̃ iuſti tã mortui qui per moyſen q̃ viui qui per helyã qui tẽpore iudicij vel viui in carne reperiendi vel a morte reſuſcitandi ſunt regnaturi ſunt in gloria cũ illo. Jté vt oſtendãt ipm eſſe qué legis ꝛ pphetarũ ſcripta pdixerunt ꝛ promiſerũt: ꝛ vt hic appareat q̃ lex ꝛ pphete a doctrina xp̃i nõ diſcordãt: ꝛ q̃ finis legis ꝛ pphetarũ in ſuo ſermone xp̃s erat ꝛ eius gloria propter quã venerant: ꝛ vt ipe oſtẽderet ſe eſſe ſupra legem quã moyſes legiſlator dedit: et ſupra prophetas inter q̃s helyas pdicator pcipu⁹ fuit. Per moyſen q̃dé ſignificat̃ lex: per helyã pphete: et per dñm euãgeliũ. Apparuit ergo dñs medi⁹ inter moyſen et helyã tãq̃ ipſe ꝛ euangeliũ haberent a lege ꝛ prophetis teſtimoniũ. Jté vnus mortu⁹ et alter viuus apparuit vt ſignificent xp̃m moriturũ ꝛ iterũ victurũ: vel vt nos mortui ſimus mũdo: viui autẽ deo. Jté vt ex omni parte xp̃o teſtimoniũ haberet de celo partem in voce: de ethere nubes: de paradiſo helyã: de terra apoſtolos: de inferno moyſen. (Et loquẽtes cum eo) dicebant exceſſum ei⁹ qué completurus erat in hierl̃m. i. paſſioné in q̃ fuit exceſſus amoris: doloris et humilitatis.

Jo. xv. Tre. i. tre. iij.

Amor fuit ſupra menſurã. ſm illud Joan. maioré hac dilectioné ꝛc. dolor ſupra conſuetudinem. ſm illud Treñ. O vos oẽs qui trãſitis ꝛc. humilitas ſupra virtutem. ſm illud Treñ. Recordare paupertatis ꝛc.

Locutio cum chriſto.

Loq̃ aũt ipſoꝝ eſt talé gratiã redemptionis futurã per xp̃m teſtimonijs legis ꝛ prophetarũ prefiguratã eſſe oſtendere. Et notandũ q̃ nõ loquebantur de tali materia tanq̃ indicantes xp̃o q̃ neſciret: ſed eũ adorabant de aduẽtu ei⁹ in carne: ꝛ q̃ miſteriũ paſſionis qđ ipſi pdixerant viderũt in xp̃o cõplendũ: ꝛ leti fortaſſe q̃ videbant redemptionis ſue totiuſq̃ humani generis dié appropinquare. Cõpatiebant̃ nihilomin⁹ xp̃o: q̃ tã glorioſa facies debebat ſic cõſpui ꝛ ſic inuidioſe tradi et iudicari et crucifigi.

E Gaudiuʒ ex transfiguratione.

Notandum etiam q̃ gaudiũ magnũ factũ eſt apoſtolis et pphetis nõ ſolũ de transfiguratione xp̃i: ſed etiã (vt dicit effrem) de mutua viſiõe: q̃ vtriuſq̃ teſtamẽti principes cõgregati ſunt cũ deo abraã. Uidebat em̃ moyſes dux iudeoꝝ principem xp̃ianoꝝ petrũ: conſiderabat helyas caſtus virginé Joanné: ꝛ vterq̃ in iacobo laudabat martyrij priuilegium. (Petrus xͦo ꝛ q̃ cũ illo erant grauati erant ſomno) oppreſſi a gl̃ia: q̃ ſplẽdore incõprehenſibilis deitatis premunt̃ ſenſus humani corporis. (Et euigilantes viderũt maieſtaté eius ꝛ duos viros). ſ. moyſen ꝛ helyam q̃s cognouerunt pdicte claritatis illuſtratione.

Moyſi ꝛ helye ab apoſtolis cognitio.

Uñ querit Ambr. quõ apl̃i cognouerũt moyſen ꝛ helyã quos nũq̃ viderunt. Et rñdet q̃ per maieſtaté ſuper eos venienteʒ: in quo innuit̃ qđ i futura gl̃ia alter alterũ qué nunq̃ vidit cognoſcet.

Ambr.

Scḋm gloſſ. hic helyas dr̃ eximius prophetaꝝ: ſed cõtra de dauid hoc dr̃ in prologo ſup Pſalteriũ: ꝛ de moyſe in glo. ſup Exodũ. Et ſoluit̃ q̃ moyſes fuit eximius dñi familiaritate: ſignorũ oſtenſione: legis promulgatiõe. Helyas eximius vite auſteritate: arguendi auctoritate: vite diuturnitate. Dauid eximius prophetie ſublimitate: regia dignitate: et ſpeciali ei facta promiſſiõe.

Moyſes. Helyas Dauid

(Tũc petr⁹) tanq̃ feruẽtior (dixit ad ieſum: dñe bonũ) eſt nos hic eſſe (ſcʒ in monte ꝛ in contemplationis dulcedine. Celeſti enim dulcedine guſtata vileſcunt infima. vñ Raba. Quo ampli⁹ q̃s deguſtat dulcediné vite celeſtis eo amplius oĩa alia faſtidit in infimis.

Rabanus.

(Si vis faciamus hic tria tabernacula) ad manendũ. ſ. hic continue (tibi vnũ: moyſi vnum: ꝛ helye vnũ). Nõ loquebatur de tabernaculo pro ſe

⁊ ſociis ſuis faciēdo quaſi ſupponēs ſe ⁊ ſo
cios ſuos tāq̄ diſcipulos cū magr̄o manſu-
ros in ſuo tabernaculo. Petr⁹ optādo cōmē
dat xp̄m ⁊ ſe in mōte manere ex modico gu-
ſtu participationis future glorie quā in xp̄o
viderat vt ꝑ hoc diſcamus q̄ nihil ſit diffici
le ꝓ xp̄o pati nec tormēta nec crux nec mors
vt ad mōtē celeſtis glorie ꝑueniamus. Si
eñ ſenſibilis viſa xp̄i gloria ſic petrū in mō-
te impreſſionib⁹ ⁊ intēperieb⁹ ſubiecto ille-
xit vt diceret bonū ibi manere: quid eſtimā-
dū eſt de illa ineffabili ⁊ intelligibili gloria
eterna in celo vbi nulla intemperies: nulla
peregrine impreſſionis moleſtia: vbi nullū
a. malū: ſed oē bonum obtinebiꝛ. vñ Beda. O
q̄ta felicitas viſioni deitatis inter angelos
ni. adeſſe ꝑpetuo ſi tm̄ trāſformata xp̄i huma-
nitas duorūq; ſanctorū ſocietas ad punctū
viſa, delectat vt eis ne diſcedāt petrus ꝑſta-
re velit obſequiū. vñ ⁊ remig. Viſa dñi maie
ſtate ⁊ duorū ſeruorū petr⁹ adeo delectat⁹
eſt vt cuncta tēporalia obliuioni traderet et
ſibi in perpetuū vellet manere. Si autē pe-
trus ſic accēſus eſt q̄ta erit ſuauitas ⁊ dul-
F cedo videre regē in decore ſuo: ⁊ intereſſe cho
etri ris ſanctorū oīm angelorū. Hec Remig. Sʒ
roꝛ in errauit petr⁹ (⁊ neſciebat quid diceret.) Hoc
ptan- petēdo: tum q2 in via patriā requirebat ⁊ vm-
o. brā future glorie quā viderat verā eſtima
bat gloriā oblitus regnū dei nō eſſe ſanctis
ꝓmiſſum in terra: ſʒ in celo ⁊ tū q2 in glia ta-
bernacula manu facta neceſſaria credebat
ignorās domū manu factā non eſſe neceſſa
riā in illo ſeculo futuro: tum q2 ſe ⁊ coap̄los
adhuc carne mortali circūdatos eſſe nō ad-
uertebat: ⁊ abſq; guſtu mortis immortalis
vite ſtatū ſubire volebat: tum etiā q2 ſuā et
Augu. proximorū ſalutē non attendebat. vñ Augu.
Quid dicis ſancte petre? mūdus perit: tu ſe
cretū q̄ris. Vides tot gētes in vnū cōuenire
⁊ tu quietē diligis. Vides tenebras mundi
⁊ tu lumē abſcōdis. Nemo quippe accendit
Mat. v. lucernā: ⁊ ponit eam ſub modio. ⁊c. vñ ⁊ Da
damaſ. maſ. Nō eſt tibi inquit petre bonū q̄ xp̄s ibi
moreꝛ: qm̄ ſi ibi māſiſſet nequaq̄ tibi facta
ꝓmiſſio ꝯſequereꝛ effectū. Neq; eñ claues
Chꝛiſ. obtinuiſſes regni nec mortis tyrānis aboli-
ta eſſet. Et vt dicit Chri. q2 audiuit q̄ oportet
eū hieroſolymā ire ⁊ multa pati adhuc ti-
met ꝓ xp̄o: ſed poſt increpationē non audet
apte dicere rurſus ꝓpitius eſto tibi. ſed idē
per alia ſigna inſinuat. Q2 eñ videbat mul-
tā quietā ⁊ ſolitudinē cogitauit cōuenientē
ibi eſſe ſtationē ex loci diſpoſitione qđ ſigni-
ficat di. (Bonū eſt nos h̄ eē) vult etiā ſp̄ hic
eē: iđ tabernaculorū meminit dicēs. (Si vis
faciamus hic tria tabernacula.) Cogitauit
eñ q̄ ſi hoc fieret non aſcēderet hieroſoly-
mā: ⁊ ſi non aſcenderet xp̄s non moreretur.
ibi eñ ſciebat ſcribas inſidiari ei. hec Chri.

Et licet petrus vt hō ſtupefact⁹ neſciret qđ
diceret in hoc tñ ſuā deuotionē oſtēdit et in
ſiti ſibi ardoris mōſtrat iudiciū. Vñ inebria Pet. ar
tus Petrus erat qui de vna gutta vini cele doꝛ.
ſtis quā biberat quaſi tres tabernas facere Petri
volebat: ſicut eñ ex paſſionis magnitudine inebria-
vt timoris vel vel maioris aliquis prorum- tio.
pit in aliqua verba, ſine premeditatione: ita
ſimiliter ex magnitudine deuotionis ⁊ dele
ctationis excepte dixit petrus illa verba que
tamen non erāt irrationabilia: q2 in ſolo aſpe
ctu humanitatis xp̄i non conſiſtit eſſentia
beatitudinis: ⁊ ideo illud non debebat ſuffi
cere ꝓ finali beatitudine. In monte thabor
eſt grande monaſteriū grādi ſilua circunda
tū tres habēs eccleſias iuxta qđ petr⁹ ait.
Faciamus hic tria tabernacula. Tria ta-
bernacula contemplatiuus moraliter facit thabor
qñ legē ⁊ ꝓphetias ⁊ euāgeliū practice le- mona-
gēdo diſponit. ſ. corde credēdo: ore cōfitēdo ſteria.
⁊ opere adimplēdo. ¶ Sciendū autē q̄ iſta Morali-
trāſfiguratio ſignificās gloriā ſanctorū pri- ter.
mo deſcribiꝛ a maieſtate dei: q2 tota trini-
tas ibi apparuit: pater in voce: filius in hu-
mana carne: ſpiritusſanctus in nube per qđ
datur intelligi q̄ gloria ſanctorū conſiſtit in
fruitione beate trinitatis. Sicut eñ petrus
ebrius ex dulcedine illius claritatis voluit G
facere tria tabernacula: ita hʒ hō tria taber Tranſ-
nacula in anima ſua que nec moyſes: nec figura-
helyas: ſed ſola beata trinitas delectabili- tionis
ter inhabitat: ſm̄ illud Joan. Ad eum veni- deſcri-
mus ⁊ manſionem apud eū faciemus. Hec bende
autē ſunt memoria: intelligentia: ⁊ volun- forma.
tas. Nā filius habitat in tabernaculo intel- taber-
ligētie implēdo ipſam dei pleniſſima ⁊ luci- nacula
diſſima cognitione: ſpiritusſanctus in taber anime.
naculo volūtatis implēdo ipſam ſapidiſſi-
ma ⁊ ſuauiſſima dilectiōe: pater in taberna- Jo. xiiij
culo memorie implēdo ipſam cogniti ⁊ dile-
cti ꝑpetua refectione ⁊ ſecuriſſima intētio-
ne quib⁹ actib⁹ aīa in deum quaſi totaliter
trāſformaꝛ ⁊ quodāmodo deiformis efficiꝛ.
Tūc verificaꝛ ſm̄ quādā ꝑguſtationē illud
qđ dr̄ alibi. Intra in gaudiū dñi tui. Scđo
deſcribiꝛ iſta trāſfiguratio a ſocietate cōſor
tij q2 ibi fuerūt moyſes ⁊ helyas Jacobus
Petr⁹ ⁊ Joānes. In celeſti igiꝛ glia habem⁹
ſocios oēs veteris ⁊ noui teſtamēti ſanctos: Math.
hi veteris teſtamēti diſtinguūtur in duos xv.
ordines. ſ. patriarchas qui intelliguntur per Tranſ-
moyſen ⁊ ꝓphetas q̄ per helyā. Sancti aūt figura-
noui teſtamēti diſtinguꝛ in tres. ſ. in marty tionis
res q̄ ꝑ iacobū in cōfeſſores qui pleni ſapiē- ſocij.
tia dei intelliguntur: per petrū qui interpre
tatur agnoſcens: in virgines qui per Joan- Celico
nem. Vel poteſt dici q̄ chriſtus voluit habe larū ou
re teſtimoniū ſui aductus ab illis qui ſunt dines.
in celo. ſ. a patre: ⁊ ab alijs qui ſunt in mun
do. ſ. a petro: Jacobo ⁊ Joāne: ⁊ ab illis qui

ſunt in terreſtri ꝑadiſo.ſ.ab helya:⁊ ab illis
H q̇ ſunt in iferno.ſ.a moyſe. Uel ꝑ ſex ꝑſonas
Cōtemplatiōnis .vj. bona. ſignant̄ ſex bona q̇ deus cōfert contemplāti
bus:q: in cōtēplatione pꝛimo mens illumi-
nat̄:qđ ſignat̄ in petro qui iterpꝛetat̄ agno-
ſcēs. Scđo caro ſupplātat̄ qđ ſignat̄ in Ja-
cobo qui interpꝛetat̄ ſupplantatoꝛ. Tertio
gratia auget ⁊ augmētat̄ ꝙ ſignificatur in
ioāne q̇ interpꝛetat̄ in quo eſt gr̄a. Quarto
mūdus cōtēnit̄ qđ ſignificat̄ in moyſe q̇ in-
terpꝛetat̄ aſſumpt⁹ ex aq̇s. Quinto coꝛ amo
re inflāmat̄ qđ ſignificat̄ in helya qui rapt⁹
fuit in curru igneo. Sexto dulcedo celeſtis
pꝛeguſtat̄ qđ ſignificat̄ in ieſu. Unde petr⁹
qui vnā guttā pꝛeguſtauerat dixit dn̄e bo-
num eſt nos hic eſſe neſciens quid diceret.
Tertio deſcribit̄ iſta transfiguratio a ſigni-
ficatione ſubiecti cum dicit̄ reſplenduit fa-
cies eius ſicut ſol:veſtimēta autē eiusfacta
ſunt alba ſicut nix per que ſignat̄ beatitu-
Gloꝛificatio xp̄i. do ⁊ gloꝛia quib⁹ ſanctoꝛū coꝛpoꝛa induent̄.
Dn̄s igit̄ petro nō reſpondit. nā licet ex fer-
uoꝛe deuotionis loqueret̄:tn̄ q: imprudēter
interrogauit:ideo reſponſionē dn̄i non me-
ruit. nondū eīn vt in hac gloꝛia conſiſteret
tp̄s erat. Qui autē vult dn̄o facere taberna
culū preparet penetralia coꝛdis ſui ⁊ inue-
niet locū dn̄o tabernaculū deo iacob:q̇ ve-
ro male materiale tabernaculū ex frondib⁹
⁊ tēctoꝛijs q̄ſiuit eſtimās in eterna illa gloꝛia
tꝑalia tabernacula neceſſaria vbi nulla ad-
uerſitatis aura eſt timēda vbi deus omni-
potens templū eſt ⁊ domus eccleſie:ideo nu
bis lucide accipit obūbraculū. vnde ſequi-
tur.(adhuc eo loquēte ⁊ de tabernaculoꝛū
viſibiliū cōſtructione cogitante(ecce nubes
lucida obūbꝛauit eos)q: maioꝛi luce ⁊ vera
cognitione ſuffudit vt intelligerent electis
in eterna tabernacula receptis non eſſe ne-
ceſſaria coꝛpoꝛalia tabernacula ⁊ eos non
eſſe protegēdos tegmine domoꝛū vbi nubis
⁊ ſpiritusſancti gloꝛia ꝓtegent̄ ⁊ in abſcon-
dito faciei dn̄i abſcōdent̄. Et intelligas qđ
cū petrus loqueret̄ interim anteꝙ̄ verba cō
I pleret diſceſſerunt moyſes ⁊ helyas ⁊ mox
Nubes que apparuit. nubes ſubſecuta eſt quaſi interrūpunt̄ ver-
ba eius per obūbꝛationē nubis. ¶ Quere-
bat petrus terrenū tabernaculū ⁊ affuit ce-
leſte obūbꝛaculū:⁊ iſta nubes nō fuit cauſa
ta ex iſtis caliginoſis vapoꝛib⁹:ſ; exvehemē
tia lucis ꝓceſſit:q: ſicut fumus eſt ab igne:
ita iſta nubes fuit in luce. Ad inſtruendas
autē mētes apoſtoloꝛū de cognitione diui-
nitatis vnigeniti filij dei poſt moyſi ⁊ helye
teſtimoniū(vox)patris(de nube) mō toni-
Filius dei xp̄s. truus teſtimoniū perhibuit di.(Hic eſt fili⁹
meus)nō adoptiue ſ; per naturā(dilectus)
filius meus.ſ.naturalis ⁊ ꝓpꝛius nō aliun-
de creat⁹ vel adoptiuus. hoc eſt ſm Ambꝛ.
nō helyas filius:nō moyſes filius:ſ; hic eſt
filius quē ſolū videtis. ¶ Receſſerūt enim
illi vbi cepat dn̄s deſignari vt ille ſolus de-
mōſtraret̄ ne errarēt apl̄i.(In quo mihi be-
ne cōplacui).i. in quo meū beneplacitū de
redēptione mundi cōplere conſtitui:vel ſm
Chꝛiſ. in quo delectoꝛ:in quo requieſco quē Chꝛiſ.
accepto q: oīa q̇ ſunt patris cū diligētia exe-
quit̄ ⁊ eſt vna eadēq; volūtas ipſius ⁊ p̄ris:
q̄re ⁊ ſi crucifigi vult ne cōtradicas.(Ipſum
audite)magis ꝙ̄ moyſen vel helyā:q: xp̄s fi
nis eſt legis ⁊ ꝓphetarū.(Ipſum audite)vt
ſupꝛemū ⁊ ſingularē magiſtrū q̇ docebit vos
oīa neceſſaria ad ſalutē.(Ipſum audite)q:
veritas eſt ipſum q̄rite q: vita eſt:ip̄m ſeq-
mini q: via eſt. Ac ſi(vt ait Remi.)alus verbis Remi.
diceret recedāt vmbꝛe legales ⁊ tẽpi ꝓphe-
tarū ⁊ ſolū coꝛuſcū lumē euāgelij ſequimi-
ni. Felices ergo apl̄i q̇ non ſolū dn̄i clarita-
tē videre meruerūt:ſ; etiā vocē patris into-
nantē audierūt. Nec ab hac felicitate nos
ex toto alieni erimus:ſi quē illi crediderunt
⁊ nos credimus:⁊ quō illi vixerūt amādo vi
uimus:⁊ quē dilexerūt totis viſcerib⁹ ama-
mus. Sed q: hūana fragilitas in p̄ntia ma
ieſtatis oppꝛimit̄:q: pōdus diuinitatis ⁊ cō
ſpectū maieſtatis gl̄ie ferre nō vꝫ:nō dū audi Cadet̄
rent vocē terribilē de nube(ceciderūt in fa- i facies
cies ſuas)nō ſicut mali retroꝛſum. vnde Re ⁊ retroꝛ
mi. In eo vero ꝙ ſancti diſcipuli in faciē ce- ſum.
ciderūt ſanctitatis fuit indiciū. impij eīn re Remi.
troꝛſum cadūt vt hely. hec Remi. Cadunt j. Reg.
ergo iuſti in faciē modo ꝓpter timoꝛē vt hic: iiij.
modo ꝓpter humiliationē vt magi ꝓciden
tes adoꝛauerūt eū:mō ꝓpter gratiarū actio-
nē vt ſeniores ceciderūt in conſpectu throni Uocis
in facies ſuas.(Et timuerūt valde)q: ſe er- dn̄ice ef-
raſſe cognouerūt:q: nubes lucida apparuit fectus.
⁊ vocē q̄ſi tonitrualē.ſ.patris cuius maie- Effrem
ſtati timoꝛ debetur audierunt. Ad hāc vocē
(vt dicit Effrē)fugerūt ꝓphete: ceciderunt
apoſtoli ⁊ timuerūt. Tonitruū quidē terri-
bile fuit. Unde de ipſa voce terra ſub ipſo
cōtremuit. Sed q̇s hūana fragilitas graua
bat benigne pius magiſter verbo pariter et
actu conſolat̄ ⁊ erigit. Nā clemēter(acceſſit
ieſus)q: per ſe ſurgere nō poterāt(⁊ tetigit R
eos)familiariter ⁊ dulciter vt tactu debilita Tact⁹ xp̄i.
ta mēbꝛa ſolidaret(dixitq; eis)vt metum et
timoꝛē fugaret.(Surgite)cōtra caſum(⁊ no
lite timere)cōtra metū. Bt̄i illi q̇s tāgit ieſ⁹
bt̄i illi q̇s tāgit ſal⁹ ⁊ vita. Illi eīn ſurgūt:illi
ſine timoꝛe:⁊ ſecuri fiūt. Rogemus ergo eū
vt ⁊ nos tāgat ⁊ a ſomno ſtupoꝛis ⁊ inſipien
tie excitet:atq; ad ſe videndū nobis oculos
aperiat. Dulcis amic⁹ eſt:q: pie cōſolat̄ et
potēter adiuuat. Ad tactū ergo ⁊ cōſolatio-
nē ieſu miſeratoꝛis:q̇ ꝓſtratis dexterā ad be
neficiū auxiliū poꝛrigit:⁊ iacētes erigit diſci
puli ſurgētes:nec moyſen:nec helyā vident̄
ſ; ſolū ieſum in figura cōſueta qua cōuerſa

ri ſolebat iter eos. ſʒ glo. Si moyſes ⁊ he-
lyas ꝑſeueraſſent vox pr̃is videret́ incerta
cui potiꝰ teſtimoniū dediſſet ⁊ iõ receſſerūt
illi ne ad eos vox pr̃is fieri putaret́: ſed ſvt
ad ſolū ieſuʒ ꝑtinere itelligeret́. Allegori
ce ablata nube viderūt moyſen ⁊ helyā eua
nuiſſe ac ſolū ieſum remãſiſſe: q: poſtq̄ le
gis ⁊ pphetarū vmbra diſceſſit q̄ quaſi nu
be apl̃os tegebat viderūt eum ⁊ ſcriptura
illis reuelata fuit ⁊ euãgeliū in quo vtrū-
q; reperit́ ſolū remãſit. ¶ Notãdū aūt ſm
gloſ. q̄ bñ cõuenit miſteriū ſecūde regña-
tionis q̄. ſ. erit in reſurrectiõe vbi caro re-
ſuſcitabit́ cū miſterio prime q̄ eſt i baptiſ-
mate vbi aīa reſuſcitat́. In baptiſmate eñ
xp̄i opatio trinitatiſ oſtēſa ē: fuit eñ ibi fi-
liꝰ incarnatꝰ: appuit in ſpecie colūbe ſpiri
tuſſanctꝰ: ⁊ pr̄ fuit ibi i voce declaratꝰ. Et
ſilr̄ in trãſfiguratiõe q̄ eſt sacr̄m ſecūde re-
ꝑnatiõis tota trinitas appuit: pr̄ i voce: fi
liꝰ in hoïe: ſpūſſctūs in nube. Nam gloriā
illius quā mō in baptiſmate credētes cō-
fitemur in reſurrectiõe vidētes collauda-
bimus. Nec fruſtra ſpirituſſanctus hic in
lucida nube: illic in colūba apparuit: do-
na eñ ſua p ſpecies declarare ſolet. Inno-
cētiā aūt in baptiſmate donat q̄ p auē ſim
plicitatiſ deſignat́: daturꝰ eſt aūt claritatē
⁊ refrigeriū in reſurrectione: et iõ in nube
refrigeriū ⁊ in fulgore nubis claritas re-
ſurgentiū corporū figurat́. Qui enim nūc
ſimplici corde fidē quā ꝑcipit ſeruat tunc
luce apte viſionis qđ crediderat contēpla
bit: ipſaq; quā luſtrabit́ in ꝑpetuū gratia
ꝓteget́. (Et deſcēdens ieſus cū diſcipulis
de monte precepit eis) p̄cepto inſtructio-
nis: vt nemini dicerēt viſionē d̄ gl̃ia trãſ-
figurationis ante ſuā reſurrectionē a mor
tuis. Primo ſm Hiero. ne dictū eſſet incre
dibile ꝑpt̄ rei magnitudinē videt́. Scđo
ſm Theo. ne hoïes audiētes tam glorio-
ſa de eo dici ſcãdalizarentur: poſtea vidē-
tes eū crucifigi. Tertio ſm Remi. ne p̄di-
catio glorioſe paſſionis fructū impediret:
q: ſi maieſtas illiꝰ fuiſſet diuulgata in po
pulo plurimi reſiſtēdo principibꝰ ſacerdo
tū paſſionē eiꝰ ipediuiſſent: ⁊ ſic redēptio
hūani gñeris retardata fuiſſet. Quarto ſʒ
Hyla. q: tūc debebãt eē teſtes diuinitatiſ xp̄i
cū eēnt ſpūſctō repleti. ⁊ ad tãte viſiõis te-
ſtimoniū ꝑhibēdū ꝯfortati. Quīto ſʒ Da-
maſ. q: alij diſcipuli adhuc iꝑfecti fuiſſent
triſtati q̄ hãc viſionē nō vidiſſent: ⁊ iudas
magis irritatꝰ ad ꝓditionē ſaluatoris fuiſ
ſet. Sexto q: reſurrectio xp̄i multū fuit du
bitabilis: ideo reſeruata fuit iſta viſio: illo
diuulgãda tp̄e qñ marie oportebat ipī re
ſurrectiõi teſtimoniū ꝑhibere cui p̄ſtabat
argumenta nō modicū ipa gl̃ia transfigu
rationis: ipſa quoq; viſio magis credibi-
lis videbat́ qñ ēt viſibiliter p reſurrectio-
nē factā mõſtrabat́. Septio vt daretur no-
bis exēplū ea q̄ ad laudē ⁊ gl̃iaʒ nr̃aʒ ſpe
ctãt eē occultãda q̄diu ſumꝰ in hac mor-
tali vita: ⁊ ad faciēdū hoc qđ in eccl̃ia di-
citur. Ne laudes hoïeʒ i vita ſua ⁊ i eodē.
Ante mortē ne laudes, quēq̄. Per hoc ēt Eccl. xi
oſtendit q̄ ſecreta ⁊ miſteria diuia nō ſūt
ſemp: ſed loco ⁊ tēpore debitis publican-
da ⁊ dedit exēplū viris ſāctis nō facile pu
blicãdi reuelatiões ſibi factas: ſicut pau-
lus ãnis. xiiij. tacuit raptū ſuū. Fuit aūt ij. cor.
trãſfiguratio dñi fcā circa veris p̄ncipiū. xij.
Uñ euãgeliū d̄ trãſfiguratiõe legit́ i eccle Trãſfigu
ſia ſabbato q̄tuor tēporū poſt p̄mã in q̄dra ra
geſima dominicā. Feſtū vo trãſfiguratio- tionis
nis dñi celebrat́. vj. Kal. Augu. q: tunc ab fēſ.
apl̃is fuit trãſfiguratio predicta ⁊ publi-
cata quā tacuerant vſq; ad diē illā ꝓpter
prohibitionē a domino eis factā in deſcē
ſu montis thabor contra occidentem vbi
eſt vna capella vbi dominus dixit apoſto
lis (nemini dixeritis viſionem) ⁊c. ¶ Oro.

IEſu redēptor ꝑditorū ſaluator
redēptorū aīe lachrimoſe ⁊ poſt
te currētis dulce ſolatiū ⁊ ſua-
ue refrigerium da mihi oē de-
lectamentū extra te reſpuere et
obliuiſci: vt tuo ſapore merear iocūdari ⁊
veniat oro tp̄s vt quod nūc credo reuela-
tis oculis tãdē aſpiciā qđ nūc ſpero et a
longe ſaluto apprehēdā qđ p virībꝰ meis
deſidero vlnis anime ãplectar, et deoſcu
ler: et in claritatis tue abyſſo totꝰ abſcon-
dar: vt in velamento alarū tuarū ſit pax
mihi per euum. Amen.

¶ De ſanatiõe lunatici. C. iiij.



Sequēti au
tē die ieſꝰ rediēs d̄ monte A
vbi trãſfiguratꝰ fuerat ve Math.
nit ad diſcipulos q̄s inſe xvij.
riꝰ dimiſerat: et occurrit Mar. ix
ei turba q̄ circa ipos erat ⁊ Lu. ix
ſilr̄ ſi p̄lati vellēt ad ſub- ⁊ xvij.
ditos deſcēdere p hūilita
tē cõpaſſionē ⁊ affabilita
tē multa turba occurreret eis p peniten-
tiā. Sed q: ſemp ſtant i alto per elationē
ſeu ambitionē vel curioſitatē: ideo pauci
eis occurrunt id eſt pauci ad eos accedūt
et pauciores ab eis ſanant́. nullū eñ le Luna
gitur dominū i monte ſanaſſe. (Et acceſ- ticus.
ſit ad eū qdā de turba petēs miſereri vni
co filio lunatico ſm lune innouationē ma
gis patiēti ⁊ ſpiritū immundum habēti
quē eijcere non potuerunt eius diſcipuli.
Qui eū apprehēdens ad terrā allidebat ⁊
voluãdo p diuerſa mēbra vexãs diſſipa-

bat:ſicq́ ad oñdēdū vehemētiā paſſioꝫ ſpu
mabat ac dētib⁹ ſtridebat:ꝛ lāguēs areſce
bat ꝛ vix diſcedebat dilaniās eū. Qui etiā
ſepe eū verādo clamare faciebat:ꝛ nūc in
ignē nūc ī aquā mittebat:ita vt dudū periſ
ſet niſi ꝓuidētia eū ꝯſeruaſſet. Et cū iubē
te dño adduct⁹ eēt ſtatim ſpūs ꝯturbauit
eū:vidēs eñ ſe cito eijciēdū faciebat pei⁹
quod poterat in eū. Deinde increpāte eū
dño ꝛ ꝑcipiēte vt exiret ab eo et ne ampli⁹
in eū introiret quē etiā ab effectu malicie
ſue ſurdū ꝛ mutū vocabat:qꝛ ſurdū ꝛ mu
tū eū fecerat ſtatim diſcerpēs eū eijcit ab
illo. Et factus eſt ſicut mortu⁹:ſꝫ ieſus te
Moraliter peccatorem lunatico similis. nēs manū ei⁹ eleuauit illū:ꝛ ſurrexit ſan⁹
et reddidit illū patri ei⁹. ¶ Moralr iſte lu
natic⁹ ſignificat pctōrē quē diabol⁹ ꝑmo
apprehendit ꝑ peccati delectationē : ſcdo
clamare facit per peccati ardēs deſideriū.
Tertio mutū facit ad peccati ꝛ diuine lau
dis cōfeſſionē:quarto ſurdū per obdura
tionē ad vbi monitionē:quito lunaticū ꝑ
mētis iſtabilitatē ꝛ cōtinuā in malū varia
tionē:ſexto elidit et volutat ꝑ ei⁹ in diuer
ſa pctā precipitationē : ſeptimo diſſipat ꝑ
diuerſarū cogitationū varietatem:octauo
ſtridere facit dētib⁹ per irā ꝛ indignatio
nem ac ſpumare per caſtrimargiā ꝛ libidi
Castrimargia .i. gulositas. nē:nono in ignē luxurie mittit vel etiā ela
tiōis qꝛ ignis ſurſuꝫ tēdit ꝛ alta petit nec
nō ī aquā voluptatū ꝛ cupiditatū ſubmer
git:decimo aridū reddit ꝑ otiū ſeu igna
uiā ꝛ indeuotionē:vndecimo vix diſcedit
ꝑ peccati cōſuetudinem:duodecimo dila
niat ꝛ dilacerat ꝑ naturaliū vulnerationē.
Dū aūt puer ad deū accedit ꝯturbaṫ:qꝛ ſe
pe poſt pctā ad deū cōuerſi magis a demo
nio īpugnanṫ:vt vel ꝑ tediū vtutū ꝛ labo
res penitētie excutiat ꝛ ad vitia reducat:
vł de ſua expulſiōe ſe vindicet. Sic ī ꝑmiti
ua eccłia multa grauia certamina illis ap
poſuit q̇s ſuo regno ſubtraheṙ voluit. Nō
aūt puer vim patiēs ſꝫ diabol⁹ vim īferēs
īcrepaṫ:qꝛ qui peccantē vult ſanare vitiū
odiendo debet arguere et depellere : ſed
homiē amādo reſouere ꝛ cōfortare. Exiens
vo demō ab hoīe nunq̄ reuertiṫ ſi hō cor
ſuū claue hūilitatiſ ꝛ charitatiſ ſeruauerit.
Exitur⁹ aūt diſcerpit eū qꝛ dū de corde ex
pelliṫ acriores in eo tentationes generat.
Et liberat⁹ a demone velut mortuus vr̄:q̄
ei terrena deſideria ſubegit vitā in ſe car
nalis ꝯuerſatiōis extiguit ꝛ mūdo mortu⁹
apparet. Quē aūt hoſtiſ mortuo ſimilē red
didit hūc ſaluator pie dextere tactu leua
Incredulitas discipulorum. uit:ī q̄ oñdiṫ dei auxiliū:ꝛ ſurrexit:ī q̄ mō
ſtraṫ hoīs ſtudiū ꝑmo eñ de⁹ nos iuuat de
inde a nobis req̇riṫ vt bonū opemur. (Et
cū ī domū īntroiſſet diſcipuli ſecreto īterro
gabāt Ieſuꝫ q̄re ipſi nō potuerūt eijcere il

lū:ꝛ d ixit ꝓpter īcredulitatē eoꝝ). Nō di
cūṫ diſcipłi īcreduli ꝑꝑ defectū fidei ſicut
iudei:ſꝫ ꝑꝑ remiſſionē feruoriſ:nā fidē re
miſſā habebāt. nō ſicut granū ſinapis:qꝛ
nō cū debito feruore credebant. vt ꝑcipue
ipi facere debebāt. Nihil ei īpoſſibile erit
hñti feruē:ē fidē ꝛ ꝑ dilectionē operātē cui
nūq̄ ſufficit qd bñ geſſit. Granū q̇ppe ſi Granum sinapis.
napiſ ē modicū feruidū:amaꝝ ꝛ veneni ex
pulſiuū. In h̄ ḡ ꝙhic ꝯparat fidē grano ſi
napis innuit ꝙ debēt hr̄e fidē modicā ꝑ hu
militatē : feruidā ꝑ deuotionem:amarā ꝑ
tribulationū ꝑpeſſionē:veneni erroriſ ex
pulſiuā ꝑ ſinceritatē. ſꝫ Amb. Granū ſina Amb.
pis res eſt ſimplex:ꝛ ſi teriṫ viꝫ ſuā fūdit:
ſic fideſq́ ſimplex vr̄:et ſi atteraṫ aduerſis
gr̄aꝫ ſue vtutiſ effūdit. Deide reducit eos Servi.
ad hūilitatē monēdo ne q̇s de opib⁹ glo
rieṫ ſꝫ hūiliet ſe deo cui iure obſequiū de Inutiles.
beṫ dicēs (Cū feceritiſ oīa q̄ ꝑcepta ſūt, vo
bis dicite) ñ tm̄ ore ſꝫ ꝛ corde:ne ſit tm̄ vo
calis hūilitas ſꝫ ꝛ realis (inutiles ſum⁹ qd
debuim⁹ facere fecim⁹) nec vos iacteti qꝛ
bñ vuiſtis. nihil eñ feciſtis qd nō debui
ſtis. q.d. (Dicite) gr̄aꝫ nō meruim⁹ ſꝫ debi
tū ſuitiū ſoluēdo penas vitauim⁹. Sꝫ eꝯ
ſupbi cū nequaq̄ oīa:ſꝫ modicū q̇d eoꝝ q̄
ꝑcepta ſūt faciūt:nō ſolū mor de ſua iuſti
tia ꝑſumūt:ſꝫ ꝛ īfirmos q̇ſq́ deſpiciūt nō
enim ſum⁹ nr̄i:ſꝫ ſui:qꝛ ꝑcio magno ēpti
et ergo Chriſto cui⁹ ꝑcio ēpti ſum⁹ ſuire Seneca.
tenemur:ꝛ nihil omittere qd debem⁹:nec
aliq̇d facere qd nō debemus. vñ Seneca. Sapiens
Sapiēs nihil facit qd non debet. nihil ꝑ
termittit ꝙ debet. Nō dicūṫ inutiles ſerui
faciētes iure debiti mādata dei:quin fru Ro. viij.
ctū recipiāt vite beate:ſꝫ dicunṫ inutiles
qꝛ dña bonoꝝ nr̄oꝝ nō indiget:vel qꝛ nō
ſunt cōdigne paſſiōes hui⁹ tpis ad futu
rā gloriā que reuelabiṫ in nobis:vel quia Beda.
q̇ſq́ magis debet ſe eſtimare īperfectū q̄
ꝙ ſtatū attigerit ꝑfectiōis. vñ Beda. hec ē
igiṫ ī hoīb⁹ ſola fidei ꝑfectio:ſi oīb⁹ q̄ ꝑce
pta ſunt īpletis imꝑfectos ſe eē nouerint
et q̄diu ꝑegrinanṫ a dño ſemꝑ ſibi in eſſe
mala q̄ oſtēdāt ſemꝑ meminerit deeſſe bōa
ad q̄ grā ei⁹ iuuāte ꝑficiāt. Et iterū. Qꝛ ſi
ne me nihil poteſtiſ facere nō tēpoꝝ lōgitu
dine laboꝝ merita pēſare debetiſ:ſꝫ amo Beda.
re ꝛ famulatu ſpōtaneo nouis ſꝑ ſtudijs
augere ꝑois. hec Beda. ꝛ bñ dr̄ (qd debui
mus faceṙ fecim⁹) vñ Beda. Reuera debui
mus:qꝛ q̄ nō venit miniſtrari:ſꝫ miniſtra
re debito:eꝰ ſibi nos fecit ne nr̄is videlicet
opib⁹ cōfidētes:ſed de eius ſemꝑ exami
ne pauētes cū ꝓpheta dicam⁹. Quid retri
buem dño ꝓ oīb⁹ q̄ retribuit nobis. hec
Beda. Attēde hic bñ ꝙ ſeru⁹ inutilis repu Ps. cxv.
taṫ qui hoc ſoliū facit qd facere teneṫ. Quā Serv⁹ inutilis.
tumcunq̄ etiā ꝑfectionē attingas ſꝑ ſen

ſias ꝛ dicas: dñe de⁹ me⁹ ieſu xp̄e nihil va leo ꝛ male tibi ſuio. Debem⁹ ergo nūq̄ a bono ope ceſſare: ꝛ tñ totū meritū nr̄m inſufficiēs reſpectu mercedis eterne reputa re. vñ pſal. Qui coronat te i mia et miſeratiōib⁹. Nō ait i meritiſ ꝛ i opib⁹ tuis: q: eius mia p̄uenimur vt hūilit deo ſuiam⁹ ei⁹ munere coronamur: vt ſublimit cū illo regnem⁹. Et iō cū oia fecerim⁹ reputemus nos par̄ āt nihil feciſſe dño reſpectu mercedis q̄s expectam⁹ ab eo. vñ dicebat btūs frāciſc⁹ ēt poſt mltos ꝛ magnos labores frēs icipiam⁹ ſeruire dño q: vſq̄ nūc par̄ pfecim⁹. Et ſi p̄ceptis ipletis nos hūiliare debem⁹ q̄tomagis cū de illis mlta omiſerim⁹. Si em̄ inutilis eſt q̄ oia pfecit q̄d de illo dicēdū q̄ ea facere deſperit? Uñ Amb. Nō te iactes ſi bñ ſeruiſti q: facere debuiſti. Obſeq̄tur ſol: obtēpat luna: ſeruiūt angeli. Uas gētiliū elect⁹ a dño nō ſū inq̄t dign⁹ vocari apl̄s: q: pſecut⁹ ſū eccl̄iam dei. Deide alibi nulli⁹ ſe oſtēdēs cōſciū culpe ſubiecit: ſ; nō i hoc iuſtificat⁹ ſu;. Et nos ḡ nō a nobiſ laudes exigam⁹ ne pcipiam⁹ iudiciū dei: ꝛ p̄ueniam⁹ ſuiam iudicis: ſ; ſuo tp̄e ſuo iudicio reſeruem⁹. Hec Amb. Bonū eſt itaq̄ ſp i timore ſtare: ꝛ nihil de ſe p̄ſumere: q: q̄tūcūq̄ bñ q̄s ſeruierit neſcit tñ ſi odio (vel amore) dign⁹ ſit. vñ Ber. . Ueritate didici nihil eq̄ efficax eē ad gr̄az p̄merēdā: retinendā: recuperandā: q̄s ſi oi tp̄e corā deo inueniariſ nō altū ſape ſ; time re. btūs hō q̄ ſp ē pauid⁹. Si adeſt gr̄a time ne nō digne operis ex ea. Si ſubtracta ē iſ gr̄a time: q: reliq̄t te ſtt⁹ tua et cuſtodia. Si reuerſa ē gr̄a time ne forte cōtigat recidiuū pati: ꝛ contingāt tibi deteriora. hec Ber. Uñ ꝛ apl̄s hortat nos ne i vacuū gratiā dei recipiam⁹. Ille ei gr̄az dei i vacuū recipit q̄ ſe i bōis opib⁹ nō exercet. Uñ ſi volum⁹ q̄ gr̄a dei i nobis nō remaneat vacua neceſſe ē vt eā bonis opib⁹: ꝛ ſtuoſis exercitiis nutriam⁹: et nos a vitiis cuſtodiam⁹. Debem⁹ ēt i p̄ceptiſ dei ꝛ i oib⁹ opibus nr̄is attēdere nō ſolū vt faciam⁹. ſ. ēt vt ea ſ; volūtatē dei dirigam⁹. Uñ Baſili⁹ ponit exēplū de fabro faciēte ſecuri vl̄ q̄ddā aliud q̄ ſp meminit ei⁹ q̄ iniūxit op⁹ et retinet i corde ſuo cui⁹ magnitudis vl̄ q̄litatis vel forme ille iniūxerit fieri ſecurim: ꝛ i illud ſp intēdēs q̄ ſibi meminit a dño iniūctū: ad hoc dirigit manuū miniſteriū vt forma opis cū ei⁹ q̄ iniūxit aīs et volūtate p̄ueniat. Sic ꝛ nos oē; cōatū ꝛ oē ſtudiū i actib⁹ nr̄is hr̄e debem⁹ vt ſ; volūtatē dei q̄ op⁹ iniūxit nr̄; dirigam⁹ op⁹: ꝛ tūc poterim⁹ iplere illō apl̄i: ſiue mādu catis: ſiue bibitiſ: ſiue aliō q̄d facitis oia ad gl̄iaz dei facite. Et ſubdit dñs oñdēs quō p̄teruitas diaboli ſuperetur ꝛ dicit. (Hoc gen⁹ demonioꝝ) i ſpū ꝛ carne ſiml ſ; cām radicatū: q̄le ſupradictū ē (i nullo) ptātiſ remedio. i. in nulla ptāte. i. miniſtroꝝ; (pōt exire) ita q̄ nō habeat ptātē i hoīe (niſi in orōne) q̄ curat peſtes ſpūs (ꝛ ieiunio) q̄ curat peſtes corpis: q̄ ſc; orō et ieiunium ſūt effect⁹ fidei ſeruētis ac p charitatē formate ꝛ operātis. ¶ Uñ vr̄ q̄ ex crapula et ebrietate morbū illū incurriſſet. Hec etiā poterat eſſe alia cā pp̄ter quā diſcipuli nō poterūt cū eiicere. Demones em̄ nō ſūt eq̄les in virtute naturali: ꝛ iō vn⁹ alio difficilius pōt expelli. Ad expulſionē aūt iſtius req̄rebat in expellēte ſubiectio carnis ad ſpm̄ q̄ fit p ieiuniū: ꝛ eleuatio ſpūs i deū q̄ fit p orōnē: talia aūt nō erāt adhuc i apl̄is q: p tp̄e illo nō cōpetebat eis ieiunare pp̄ p̄ntiā ſpōſi: nec erāt adhuc in deum pfectē eleuati: q: fuerāt rudes ꝛ iperfecti vſq̄quo poſt paſſionē receperūt pleniorē gr̄az ſpiritusſancti. Uel (nō eiicit) miniſtroꝝ ptāte (niſi in oratione) iniūcta (ꝛ ieiunio) ꝛ hoc omiſerūt apl̄i: ꝛ ſic fuit error clauis adhibēde ad demonē excludendū: ſicut adhuc multi errāt eo q̄ clauib⁹ ſm debitū ordinē ptātis nō vtunt: q̄ em̄ miniſter vſurpet ſibi ptātez diuinā ꝛ abſolutā hoc dicit eē Hiero. de ſupercilio phariſeoꝝ ꝛ de ſuperbia luciferi qui ſine merito ſedē ſuam voluit collocari in ſummo. ſm Chriſo. dicit genus hoc nō tm̄ lunaticoꝝ: ſed vniuerſaliter olm demonioꝝ nō eiicitur niſi p orationem ꝛ ieiuniū quia ſemper diabol⁹ peccatorē inhabitat niſi p penitentiā ad dñz conuertatur: ꝛ q̄āto magis differt tanto difficilius expellitur. Ubi Hiero. Dū aūt docet apoſtolos quō nequiſſimus demon poſſit expelli: omnes inſtituit ad vitā: vt ſc; nouerimus grauiora queq̄ vel immūdorū ſpirituū vel hoī; tētamēta ieiuniis ꝛ orōnib⁹ eſſe ſuperanda iramq̄ dñi cum in vltionem nr̄orum ſcelerum fuerit accēſa hoc r̄medio ſingulari poſſe placari. hec Hiero. Per ieiuniū em̄ vt dictū eſt curant peſtes corpis: ꝛ p orationē peſtes mentis: et ſic quelibet tētatio ſuperat cū eis. Uel per ieiuniū itelligit declinatio maloꝝ: p orationem operatio bonoꝝ. Et ſic accipitur ieiuniu; hic generale p abſtinētia nō ſolū ab eſcis ſed ab oibus tpalib⁹ delectationib⁹ ꝛ vitiis. Uñ dicit Aug. q̄ pfectū ꝛ magnū ieiuniū eſt nō ſolū a cibo ſ; ab oibus iniq̄tatib⁹ ꝛ illicitis voluptatib⁹ ſeculi abſtinere. Uñ Bern. Si ſola gula peccauit ſola ieiunet ꝛ ſufficit. Si vō peccauerūt cetera mēbra cur nō ieiunēt ꝛ ipa? Ieiunet ḡ ocul⁹ a curioſis aſpectib⁹ ꝛ oi petulātia: vt bñ humiliat⁹ coherceat i pnia qui male liber vagabat in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriēs a fabulis ꝛ rumo-

D Demoniorum ptātes diuerſe

Hiero.

Chriſ.

Hiero.

Hiero.

E Ieiuniū pfectum.

Augu.

Bern.

rib⁹ ꝛ q̄cūq̄ʒ otioſa ſunt ꝛ ad ſalutē minime ptinētia. Jeiunet lingua a detractione ꝛ murmuratiōe ab inutilib⁹ varijs ꝛ ſcurrilib⁹ ꝟbis. Interdū quoq̄ʒ ob grauitatē ſilentiū ab ipſis q̄ videri poterāt neceſſaria. Jeiunet manus ab otioſis ſignis et operib⁹ oib⁹ q̄cūq̄ʒ nō ſūt iperata. Sʒ multomagis aīa ipſa ieiunet a vitijs et ꝓpria volūtate ſua. Etem̄ ſine ieiunio hoc cetera a dn̄o reprobant̄ ſicut ſcriptū ē. Qꝛ i die bus ieiunij veſtri inueniť volūtas vr̄a. Nō ſolum autē ab illicitis ſʒ ab ipſis quoq̄ʒ licitis opʒ nos ieiunare ſi ea nobis q̄ prius cōmiſim⁹ illicita volum⁹ condonari. Hec Bern. Et ſm Bedā ſicut ieiuniū generale eſt nō ſolū ab eſcis ſed a cunctis illecebris abſtinere carnalib⁹ imo ab omnib⁹ vitiorū paſſionib⁹: ſic ꝛ oratio generalis nō ſolū in verbis eſt qb⁹ diuinā clementiā inuocam⁹: verūetiā in oīb⁹ q̄ in obſequiuʒ nr̄i cōditoris fidei deuotiōe gerim⁹ teſte apoſtolo qui ait. Sine intermiſſiōe orate. hec Beda. Tūc qnippe ſine intermiſſione oramus cū ea ſolū opera gerim⁹ q̄ nos pietati cōmēdēt auctoris. Semꝑ em̄ orat q̄ ſemper bn̄ facit ꝛ in bono pſeuerat. ¶ Oratio.

Beda. oratio gn̄alis.

j. Theſſal. v.

D Omine ieſu xp̄e q̄ nos hūilitatē ꝟbo ꝛ exēplo docuiſti da mihi vt nūq̄ʒ alta ſʒ ſꝑ humilia de meo corde ſentiā: ore ꝓferam ꝛ ope oſtēdā. Eripe me ꝛ cuſtodi a malignis ſpiritib⁹ et defende ab oībus inimicis viſibilib⁹ ꝛ inuiſibilib⁹ et preſta mihi o ſaluator me⁹ ꝛ de⁹ me⁹ vt ieiunijs ꝛ oratiōib⁹ ꝯueniēter intēt⁹ cūctas immūdorū ſpirituū ꝛ prauorū hominū tentationes valeā te iuuante ſuperare ꝛ ab hoſtibus mentis et corporis merear te miſerāte liberari ꝛ ſemꝑ ſaluus eſſe. Amen.

¶ De tributo ꝓ dn̄o ꝛ petro ſoluto ꝛ de queſtione diſcipulorū ſuper maioritate eorū. Cap. v.

A Luc. ix Math. xvij. et xviij. ꝛ. Mar. ix



Et qꝛ ex his q̄ dn̄s egerat ꝛ dixerat in hierl'm iudei q̄rebāt eum occidere: iō an̄ paſcha nolebat in iudeam ābulare: qꝛ nōdū hora ei⁹ venerat: ꝛ vt oſtēderet ꝙ aliqn̄ pſecutionē fugere licitū fidelib⁹ ſuꝫ eēt. vn̄ Aug.

vicibus vt toties peccãti fratri dimittas in
die quoties ille ĩ die peccare nõ poterit: vel
q̃ties peccauerit vt nõ ſit mod⁹ ĩ te: nec nu-
mer⁹ in remittẽdo: ſꝫ ſemꝑ dimittas. Et ſic
ꝑma expoſitio refert ad oẽm iniuriã: ſcd̃a
ad oẽ tẽpus. vñ Beda. Septenario numero
nõ venie dande: ſed terminus ponit: ſed vel
oĩa peccata dimittenda: vel ſemꝑ penitenti
dimittendũ precipit. Solet eñ ſepe ꝑ ſeptẽ
cuiuſlibet rei aut tꝑis vniuerſitas indica-
ri. Et iterũ. Caute intuẽdũ eſt qꝛ nõ paſſim
peccãti: ſed penitentiã agẽti dimittere iube
mur. Et primo q̇dẽ peccantẽ miſericorditer
icrepare vt ſit cui poſtmodũ hẽamus iuſte
dimittere. Qui ergo vidẽs fratrẽ peccare ta
cuerit nõ min⁹ dñici p̃cepti tranſgreſſor eſt
ꝙ̃ is qui eidẽ penitẽti veniã dare noluerit:
qꝛ qui dixit. Si penituerit dimitte premiſit
ſi peccauerit increpa. Jtaqꝫ venia frĩ poſt
increpationem largienda eſt: ſed illi vtiqꝫ
qui penitendo ab errore cõuertitur ne vel
difficilis venia vel remiſſa ſit indulgentia.
Hec Beda. Peccantẽ itaqꝫ vt conuertatur
corripiam⁹: ⁊ penitẽtẽ ſocia charitate colli-
gamus donãtes nobiſmetipſis ſm apoſto-
lum ſicut de⁹ in Chriſto donauit nobis. Uñ
Ambro. Diſcas frequenter ignoſcere nec
indignationem tenere: nihil eñ eſt q̇ poſſit
offendi cui ignoſcẽdi eſt cõſuetudo. Diſce
domare iniurias tuas: qꝛ pſecutorib⁹ ſuis
Chriſtus ignouit. Hec Ambro. Utrũ autẽ
teneat q̇s remittere iniuriã inimico nõ pe-
tẽti eſt diſtinguẽdũ. Ex iniuria eñ orit pri-
mo rancor in affectu: ſecũdo rancoris ſignũ
in effectu. Primũ tenet quilibet ſtatim re-
mittere et ſi iniurians nõ petat veniã. Se-
cundũ tenet remittere veniã veraciter petẽ
ti. i. parato emendare ſm ſuam facultatẽ: ⁊
tenet ei dicere aue: ⁊ ſubuenire ſibi ſi indi-
guerit ꝙ nõ petẽti facere nõ tenet niſi pfe-
ctus fuerit: lꝫ ꝙ nõ agat niſi hic de dimiſſio
ne penitentis: tñ ⁊ penitẽti ⁊ non penitenti
tenet q̇libet rãcorẽ odij dimittere: alioquin
non habet charitas: ⁊ in articulo neceſſita-
tis neceſſaria etiã miniſtrare. Perfecti vo
q̇ oĩa reliquerũt ⁊ penitẽtib⁹: ⁊ nõ peniten-
tibus tenent veniã dare: obuios in via ſalu
tare: circa articulũ neceſſitatis neceſſaria
miniſtrare: ⁊ multa in hunc modum facere
ad q̇ non tenent imperfecti. Utrũ vero ille
cui facta eſt iniuria debeat amicitiã q̃rere.
¶ Sciẽdũ ꝙ duplex eſt debitũ. Primũ ẽ ne- Debitũ duplex.
ceſſitatis ſine quo nõ eſt ſal⁹. Secũdũ eſt ꝑ
fectionis. Quãtũ ad primũ debitũ non tene
tur quis recõciliationẽ querere: ſꝫ de ſecũ-
do dicit Chriſo. qd̃ talis debet reconcilia- Chriſo.
tionẽ querere: vt duplicẽ coronã aſſequat.
Unã qꝛ iniuriã paſſus eſt: alterã quia prior
rogauit. vnde iterũ idẽ Chriſ. Excogita ꝙ̃-
tũ notius es: ⁊ nõ ſolũ non morã facies ad
remiſſionẽ qui tibi iniuſtitiã fecerat: ſed et
curres ad eos q̇ te contriſtauerũt vt fiat ti-
bi remiſſionis occaſio vt iuenias curatio-
nẽ ꝓpriorũ malorũ. Mercedẽ ineffabilem
determinat deus: vt p̄uenias illũ q̇ iniuſta
tibi fecit: qui ſi rogat⁹ recõciliatus fueris
non adhuc dei p̃cepto facta eſt amicitia: ſꝫ
ſtudio illius. Jtaqꝫ ſine corona abſcedis il-
lo brauiũ accipiente. Sed mala paſſus es.
Sꝫ nihil tñ quãtũ tibiipſi operaberis ma- Bon⁹ malũ n̄ patit.
lũ rememorãs. Sꝫ ⁊ nõ poſſibile eſt viru ĩ
bonũ aliquod malũ pati. Si autẽ dixeris
qñ inflãmat⁹ es contumelie memorãs re-
cordare ſi aliqd̃ factum eſt tibi bonũ ab eo
qui te cõtriſtauit: ⁊ quot tu alijs feciſti ma-
la. Male tibi dixit et confudit reputa qñ et
tu alijs dixiſti. Qualiter igitur poteris ve-
nia ĩ qb⁹ alijs nõ parcis. Sꝫ nulli male di-
xiſti: ſꝫ audiſti dicentes ⁊ acceptaſti neqꝫ h
eſt inoriũ. Nihil aũt ita dilectionẽ conſer-
uat vt nõ meminiſſe eoꝝ q̇ in nos peccaue-
rũt. hec Chriſo. Aduertendũ aũt ꝙ lꝫ offen
ſa ſit ſemꝑ remittẽda nõ tñ iniuria. Si eñ Offenſa ſemꝑ ſed non ſemper iniuria remittenda.
ex remiſſione iniurie ⁊ pene debite ſeque-
ret ꝓnitas in eo cui remittit ad facili⁹ pec-
cãdũ nõ eẽt bonũ ei remittere. Sılr ſi ex ta-
li remiſſione eſſet ſcandalũ alioꝝ ⁊ omiſſio
iuſticie. Et ſic in caſib⁹ cõſimilib⁹ ĩtellige.
Dimittam⁹ ergo debitoribus nr̃is debita
pene peccati ſi peniteãt in nos peccaſſe: di-
mittere vo qd̃ q̇s in deũ peccat non eſt nr̃i
arbitrij. Sꝫ vt dicit Hiero. Nos econtrario
ex dei iniuria benigni ſum⁹: in nr̃is contu-
melijs odia exercemus. Oro.
Domine ieſu xp̃e mihi ĩdigno ꝓ- Hiero.
piti⁹ ꝯcede: vt frẽꝫ peccãtẽ ver-
bis oportũe corripiẽdo emendẽ
⁊ ſi nõ verbis ſaltẽ orõnibus et

Marginal notes, left margin: ſeptuagieſſepties. — F gñationes ab adam vſqꝫ ad chriſtũ. lxxvij. — Chriſ. — Hiero. — Beda. Septenari⁹. — penitẽti remittẽdum ſolum. — Ambr. Jgnoſce libẽter. Remiſſio ĩtegra.

bonis exẽplis hoc facere nõ deſiſtant. Da mihi etiam vt in vnitate eccleſie ꝛ charitate fraterna ꝑmanẽdo merear in oꝛonibus exaudiri: ꝛ per fauoꝛẽ et auxiliũ noſtrũ experiri qui habitationẽ tibi in pacificis collocaſti. Inſuper ꝛ vos tribue mihi vt quotieſcũqꝫ peccauerit frater in me toties dimittã ei: ita ꝙ nec rancoꝛ interius nec rancoꝛis ſignum exterius in me valeat aliqualiter reperiri. Amen.

¶ De rege qui voluit rationez ponere cum ſeruis ſuis. Cap. ix.

A Math. xviij.



Quod autẽ dimittendũ ſit frĩ peccãti ꝛ nõ tm̃ ſepties: ſꝫ ſeptuagieſſepties: et ꝙ hoc non debeat alicui graue aut difficile videri ſi attẽdat ꝙ de⁹ maioꝛa remittit in ſe peccãti oſtẽdit dñs per exemplũ qꝛ magis ſum⁹ debitoꝛes dei: ꝛ plus offendim⁹ eũ ꝙ̃ homo poſſet offendere ꝓximũ. tanta eñ eſt offenſa quãtus eſt ille qui offendit. Deus autẽ eſt multũ: ꝛ idõ offenſa in ipm cõmiſſa quãdã habet infinitatẽ: ꝛ tñ quotieſcũqꝫ offendimus toties ipſe parat⁹ eſt remittere dũ tñ velimus veraciter penitere: ergo ſi ipſe qui eſt dñs ꝛ rex oim dimittit ſeruo: multo fortius ꝛ nos debemus dimittere peccanti in nos fratri ꝛ ꝓximo. Et ideo ꝑ exẽplo ponit parabolã de rege q̃ voluit rõnem ponere cũ ſeruis ſuis: ꝛ in fine applicat parabolam ad ꝓpoſitũ dicẽs. (Sic ꝛ pater me⁹ celeſtis faciet vobis). Siſr eñ deus ponit rõnẽ cũ ſeruis. ſ. hoĩbus: nam oim act⁹ de⁹ diſcutit diligenter ꝛ merita cuiuſqꝫ examinat: ꝛ hoc ꝑ ſcripturas: ꝑ creaturas ꝑ cõfeſſoꝛes: ꝑ illuminationẽ ꝓprie cõſcientie nolens rõnẽ de factis hũanis exigere. Põt ergo parabola ad ꝓpoſitũ aptari ꝛ ſic exponi. (Siſe eſt regnũ celoꝛũ). i. ſtatus eccleſie militãtis ſeu pñtis tpis q̃ regnũ celoꝝ dicitũ qꝛ legib⁹ celi ſubijcit: tñ qꝛ de ea ad celũ perueniũt (hoi regi). i. xp̃o q̃ eſt verus homo et ver⁹ deus ꝛ rex regũ: ꝛ dñs dominãtiũ (q̃ voluit rõnẽ ponere cũ ſeruis ſuis) ſcꝫ hoibus quoꝝ eſt dñs: qꝛ ad ipm ꝑtinet examinatio meritoꝝ quoꝝlibet ſingulorꝫ. ¶ Et notandũ ꝙ dñs ponet nos ad rõnẽ de oib⁹ bonis nobis cõmiſſis ꝛ bonis omiſſis. Itẽ ꝙ de malis a nobis cõmiſſis: et de malis a nobis dimiſſis. De pmo eſt pabola de villico iniqtatꝫ: ꝛ iſta cõputatio multũ timẽda eſt multa ei bona nobis cõmiſſa ſunt ꝛ magni valoꝛis. ſ. bona nature: gr̃e: ꝛ foꝛtune de quib⁹ oib⁹ opꝫ reddere rõnẽ q̃liter eis vſi ſumus. Et ſi nõ haberem⁹ reddere rationẽ

Offẽſa quanta offenſ⁹

Ratio de oib⁹ reddẽda.

niſi de tpe multũ eẽt nobis timẽdũ. Oẽ eñ tps hoi impẽſum requiret ab eo qualiter fuerit expẽſum: ꝛ vna hoꝛa tpis põt hõ abſolui a debito ꝛ regnũ celoꝛũ lucrari. De ſcdo eſt parabola de talentis ꝛ hec ẽt cõputatio multũ eſt timenda cũ dñs dicat ibidẽ inutilẽ ſeruũ ꝓijciẽdũ in tenebras exterioꝛes. De tertio cõputatio ẽt multũ eſt timẽda cũ dñs poſitur⁹ ſit rõnẽ ẽt de cogitationibus ꝛ verbis otioſis. De q̃rto eſt pabola pñs: ꝛ hec cõputatio multũ eſt timẽda propter vitiũ ingratitudis ꝙ eſt valde ꝑiculoſum. (Et cũ icipit ponere rõnẽ). i. merita et cõſciẽtias examinare in q̃ examinatiõe mõ ſum⁹: ſed poſtmodũ dabit de nobis ſententia ſm merita (offert ei vn⁹ debẽs decẽ milia talẽta). i. obligat⁹ ad magnã penã propter multa pctã. In debito illi⁹ denotatur grauitas et numeroſitas pctoꝝ ꝛ accipit determinat⁹ numerus pro indeterminato. vñ Aug. Quia lex in decẽ p̃ceptis ꝯmẽdat ille debebat decẽ milia talentoꝝ ꝑ qd̃ oia pctã deſignant q̃ ſcꝫ ꝯ legẽ fiũt. (Cũ aũt nõ haberet vñ redderet) id eſt cũ non põt virib⁹ ſuis deo ſatiſfacere pro pctis. Hõ eñ ꝑ ſe põt ruere: ſꝫ non reſurgere: per ſe offendere et peccare: ac per hoc debitum cõtrahere: ſꝫ nõ ꝑ ſe ſatiſfacere niſi gr̃a dei accedente: ꝛ ſi hõ pro vno tm̃ peccato non ſufficit ſatiſfacere multo minus pro decẽ milib⁹ peccatoꝝ talentis (iubet eũ dñs venundari) in ſeruitutẽ pene: qꝛ ſm Remigium. Preciũ hui⁹ venditi ſuppliciũ eſt damnati (et vxoꝛez ei⁹). i. cõcupiſcẽtiã ex qua ꝯcipiunt mali filij (ꝛ filios ei⁹). i. mala opera. in hoie eñ ſpũs eſt vir: ſenſualitas mulier ꝑ quoꝝ cõmixtionẽ filij. i. opera generant. Vxoꝛẽ ergo ꝛ filios venũdari eſt ꝑ concupiſcentijs interioꝛib⁹ ꝛ malis operibus exterioꝛib⁹ penã ſoluere qd̃ eſt preciũ eius (ꝛ oia que habet) ſcꝫ tpalia: qꝛ tota ſubſtãtia ſua pro magnitudine delicti traditur qñqꝫ extraneis: vel oia que ſpũs habet ſunt vires anime et coꝛpoꝛis et etiam bona exterioꝛa que oia in penã ꝯmutant: vt pena dñetur ei q̃tũ ad oia in q̃bus peccauit. Vñ ſubditur (ꝛ reddi) tũc eñ debitũ peccati reddit cum ꝑ eo pene preciũ exoluitur. (Procedens aũt ſeruus ille). i. peccatoꝛ ꝑ penitentiã ꝛ hũilitatẽ ſui qui prius q̃ſi collum ꝯ deũ erexerat obnixe rogat eum dicẽs. Penitentiã habe in me) donãdo mihi vite ꝛ penitentie ſpaciũ: cõdonãdo delictũ: relaxando ſuppliciũ (ꝛ oia reddã tibi) opera meritoꝛia faciendo: ꝛ me emẽdando tua patientia expectat⁹: tua gratia preuentus: tua miſericoꝛdia adiut⁹. (Miſert⁹ autẽ dñs) qꝛ miſericoꝛs ꝛ miſeratoꝛ dñs paratus eſt miſereri ꝛ parcere ve penitentib⁹ (ſerui illius) ſic procidentis in cõtritiõe: ſic dicẽtis in confeſſione: ſic promittentis de ſatiſ-

B

Augu. Decẽ milia talẽta.

remiſ.

factione(dimittit eū)liberū a captiuitate
culpe(⁊ debitū dimittit ei)relaxando reatū
chriſo. pene eterne dimittit totum:quia plus dat
ꝙ̄ roget.vn̄ Chriſ. Uidi miaꝫ dei.Petierat
dilationem et accepit omnium peccatorū
remiſſionē(egreſſus aūt)de obligatiōe pec=
cati(fu⁹ ille)a debito q̇dē liber:ſꝫ iniq̇tatis
ſeru⁹ ⁊ mie inuēte oblit⁹(inuenit vnū de cō=
ſeruis).i.de pctōrib⁹ et hoibus q̇ ſunt ſerui
dei cū ipſo:oēs em̄ cōſerui et vni⁹ dn̄i ſerui
ſum⁹:⁊ nos ⁊ angeli(q̇ debebat ei centū de=
narios).i.parū offendit eū:⁊ in modico te=
Offēſa net reſpectiue:q̄ offenſa in hoīem modica
i hoiez. eſt reſpectu offenſe cōmiſſe in deum:inue=
nit aūt in aīo ꝑ recordationē iniurie(et te=
nēs ſuffocat eū)ſtringēdo ⁊ arctādo:q̄ cru
deliter coegit eū reddere ⁊ ſatiſfacere.Ille
debitorem tenet q̇ offenſum tenet in memo
ria:qui iram ⁊ odiū ſeruat in corde.Suffo=
care eſt ſtrangulare vel ſtringere ꝑ gulā:et
q̄ gutture loq̇mur ille ſuffocat ꝓximū qui
v̄ba excuſationis nō audit.In quo oñdit̄
remig. auſteritas in repetēdo vindictam a ꝓximo
vn̄ Remig.Cōſeruū ſuffocare eſt in fratreꝫ
ꝑ vindictā exardeſcere.Tenēs ergo ſuffo=
cat eū dicēs(redde qđ debes).ſ. tormētū ꝓ
iniuria:ꝓ v̄bꝫ v̄bera. (Et ꝓcidēs)ꝑ pn̄iaꝫ
(rogat eū dicēs:patiētiā habe i me).i.par=
ce mihi(et oia reddā tibi).q.d.parat⁹ ſum
remig. ſm̄ poſſibilitatē meam ſatiſfacere:⁊ vt dicit
Uerba Remig.Emēdabo iudicio vel cōſilio eccle=
veren= ſie qđ deliq̇.Attēde ꝙ eadē v̄ba ꝓtulit con
da. ſeru⁹ ſupplicās q̇b⁹ ſupplicando a dn̄o re=
chriſo. miſſionē meruerat mal⁹ ſeru⁹.Sꝫ vt dicit
Chri.Hec v̄ba igrat⁹ ſeru⁹ reuerit⁹ nō eſt
q̇b⁹ ſaluat⁹ ē.illē āt nō vult hr̄e patiētiā ꝓ=
ſtādo dilationē:nec dimittere ſine vindicta
rācorē oſtēdēs crudelitatē in mō repeten=
Augu. di vindictā.vn̄ Aug.Nō talē inuenit iſte cō
ſeruū qualē ille inuenerat dn̄m.Petijt ille
dilationē ⁊ meruit remiſſionē:iſte q̇ miam
petebat dilatiōis ſenſit penā ſuffocationis
(Sꝫ abijt in via cayn a naturali pietate re
cedēdo:⁊ a familiaritate ⁊ amicitia proxi=
mi ſe alienādo)⁊ mittit eū i carcerē crudeli
ter affligendo(donec reddat debitū) plena=
rie ⁊ ad nutū ſatiſfaciēdo:hic carcer infer=
nus pōt itelligi.Toties v̄o peccātē in nos
ꝓximū in carcerē mittim⁹ q̇ties ei⁹ culpe
nō indulgem⁹:quātū em̄ i nobis eſt dū nō
parcim⁹:carceri dānam⁹.Uidētes aūt con
ſerui ei⁹).ſ.angeli q̇ ſm̄ apocalipſim ꝯſerui
¶ ſunt noſtri:q̄ eiuſdē dn̄i ſum⁹ fui (q̇ fiunt)
Teſtes ſ.crudeliter a ſeruo i cōſeruū ſuum.oīa em̄
ineuita opa q̇ agim⁹ ⁊ ſupplicia q̇ patimur vidēt:
biles ⁊ corā deo repn̄tāt.¶ Tres em̄ teſtes habe
tres mus a quib⁹ nō abſcōdimur:ſcilꝫ deū ange
ſerui. los ſctōs:⁊ demones.Uidētes inq̄ ꝯtriſtā=
tur de ingratitudine ⁊ culpa ſerui:de affli=
ctiōe ⁊ pena cōſerui.Angeli em̄ cōtriſtātur
ad culpā:letant̄ ad pn̄iam:et ferūt aīas ad
gl̄iaꝫ(⁊ narrāt dn̄o ſuo oia)ad deū referen=
do:cōquerēdo:⁊ auxiliū iplorando.Uel iſti
ꝯſerui ſunt eccleſiaꝝ miniſtri ⁊ q̇cꝫ fideles
⁊ iuſti q̇ vidētes crudelitatē hoīm erga ꝓ=
ximos:vel aliquē fratrē remiſſionē pecca=
torū adeptū nō velle miſereri ꝯſerui ſui cō
triſtant̄:q̄ ad eādē virtuteꝫ ꝑtinet gaude=
re de bono:⁊ cōtriſtari de malo:et narrant
dn̄o:q̄ in orōne petūt a dn̄o talia iudicari
ad declarationem iuſtitie nō ex liuore vin
dicte:vel dn̄o narrare eſt dolores et contri=
tiones cordis in ſuo affectu deo demōſtra=
re.Uel cū veniūt ad dn̄m.i.ad p̄latū q̇ vicē
dei gerit in terris denunciāt ei mala facta
ad finē correctionis.(Tunc vocat eū dn̄s)
ꝑ ſn̄laꝫ mortis:⁊ de hoc ſeculo migrare iu=
bet:vt đ oib⁹ rōnē reddat.vn̄ Remig.Hec remig.
vocatio nō fit mō int⁹ in ꝯſciētia:ſed fit ex=
teri⁹ in iudicio.(Et ait illi.Serue nequaꝫ)
q̄ nō eſt equ⁹:ſꝫ iniqu⁹ recipiēdo miam:et
reddēdo immiaꝫ ſeu iniuriā (oē debitū dī=
miſi tibi).i.magnā offenſaꝫ i me ꝯmiſſam. chriſo.
In hoc ſm̄ Chriſ.pꝫ magnū eſſe pctm̄ igra
titudis.nā p̄ıo qn̄ debitor erat decē miliuꝫ
talētorum non eū nequā appellauit:non
ſibi iſultauit:ſꝫ vbi icurrit vitiū tāte igra=
titudis aīo irato ait ei(ſerue nequā:)q̄ pe= grego.
ior es effect⁹ ꝙ̄ p̄ıo.Nā ſm̄ Greg.Sicut bo
ni contumelijs efficiunt̄ meliores:ſic ſꝑ re=
probi de bn̄ficio efficiunt̄ peiores.(Nonne
ḡ oportuit ⁊ te miſereri ꝯſerui tui)remitten
do parua(ſicut ⁊ ego tui miſert⁹ ſuꝫ)remit
tendo maiora:nulla q̇ppe iteruenīēte ſatiſ=
factione:ſꝫ ob hoc ſolū(q̄ rogaſti me)roga
ſti dilationeꝫ:ſꝫ meruiſti remiſſionē. Opor
tuiſſet quidē vt tali prouocatus beneficio
totū ēt debitū relaxares roganti:ſꝫ tu ēt qđ
minus eſt facere noluiſti:q̄ dilationem cō
cedere recuſaſti.Ubi Chri.Si graue vr̄ dā
nū afficere debuit lucrū:ſi graue vr̄ p̄cce=
ptū cogita p̄miū:ſi graue ſit remittere ei q̇
ꝯtriſtauit grauı⁹ eſt incidere in gehēnā ſm̄
Remi.Seru⁹ nullū rn̄ſuꝫ legit̄ dediſſe dn̄o remigi.
in quo demōſtrat̄ ꝙ in die iudicij ⁊ ſtatim Ceſſa=
poſt hāc vitā ceſſabit oīs pctī excuſatio(Et bit poſt
iratus dn̄s)nō ꝑ affectū ſꝫ ꝑ ſilitudinē affe hanc vi
ct⁹ hoīs irati.i.ad modū irati ſe habēs pe tam ex=
nam inferēdo(tradet eaꝫ tortoribus(.i.de= cuſatio
monib⁹ ⁊ miniſtris tartareis q̇ in hoc ſunt
diuine iuſtitie executores:q̄ tortores pati=
mur in pena q̇s paſſi ſum⁹ ſuaſores in cul
pa(quoadusq̄ reddat)ꝑ penā)vniuerſum
debitū(cōmiſſum ꝑ culpā:⁊ hoc erit eterna
liter ⁊ i ꝑpetuū.Quouſq̄ em̄ ponit̄ ꝓ infi= quouſ=
nito ſicut donec ponit̄ ibi nō cognouit eaꝫ q̄.
donec peperit.⁊ eſt ſenſus ſꝑ ſoluet:et nū=
ꝙ̄ ꝑſoluet:neq̄ reddet aliqn̄:ſed ſemꝑ penā
luet:nūꝙ̄ enim reddere poterit:q̄ eternali
ter dānatus erit.Naꝫ in inferno ſꝑ eſt red=

ditio abſq; acq̄ſitiōe cū pena ſp̄ maneat ſine fine: q2 ibi nō eſt loc⁹ receptiōis vel ſatiſfa ctionis: ſed cōdēnationis ꝛ punitionis. Q2 aūt hāc totā ſilitudinē ad hoc attulerit ipſe dñs modo quo dictū eſt ad ꝓpoſitum adaptādo exponit dicēs. (Sic ꝛ pr̄ me⁹ celeſtis faciet vobis) vniuerſuȝ debitum a vobis exigendo: ꝛ vos tortorib⁹ cruciandos tradendo. ſm Chri. Nō dicit pr̄ vr̄ ſȝ pater me⁹. nō eñ dignu eſt hoīs talis vocari patrē deū: q2 ita ꝑnitioſus ꝛ odioſus eſt. Ubi

Chriſo.

Hier. Formidoloſa ſnīa ſi ꝑua fratri nō dimittam⁹ magna nob' a deo nō dimittēt. Et q2 vnuſq̄ſq; pōt dicere ore: nihil habeo ꝯ eū h3 deū malcē q̄ ſimulatione ficte pacis auſert dicens. (Si nō remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo) nō ſolū ore: ſed etiam de cordib⁹ vr̄is nō ficta pace: ſȝ v̄a ꝛ integra dilectione Q2 nō ſufficit labijs dimittere: niſi ora et corda cōueniāt. Quidā eñ dimittere nolūt oīno: q2 ꝛ maliciā ſeruāt in corde ꝛ vindictā dū p̄nt exercēt i ope. Alij ꝛ ſi remittunt q̄ntū ad vindictā ſeruāt tñ ꝯceptū odiū q̄ntū ad maliciā. Sȝ q̄ſq; ſibi a dño remitti deſiderat opȝ vt vtroq; mō fratri remittat: vt nec ope exerceat vīdictā nec corde retinet maliciā. Q2 ſȝ Greg. Si hoc qđ in nos delinquit ex corde nō dimittim⁹ illud rurſus a nobis exigetur qđ nobis iam ꝑ pniaȝ dimiſſuȝ fuiſſe gaudebam⁹. vbi ḡ nō fuerit charitatis ꝑſeuerātia nulla eſt ſufficiēs penitentia. vñ a ꝑctis ſoluto dr̄. Uade ꝛ āplī⁹ noli peccare. Secl'ares q̄q; leges ꝓpter ingratitudines quoſdā reuocāt manumiſſos ad priorē ſeruitutē. Sȝ ex his videt' q̄ ꝑctā dimiſſa redeāt ꝓpter iteratā peccati perpetrationē. Ad hoc dr̄ cōiter q̄ redeūt ꝑ aggrauationē pcti ſequētis: nō qđ pctm̄ ſequens ſit eq̄ graue ſicut oīa ꝑcedētia: ſȝ q2 grauī⁹ ē ex cōparatiōe ꝑcedētiū. Uñ exigit q̄ dimiſſuȝ fuerat nō in ſȝ q̄ntū ad īgratitudinē: dimiſſiōis: ꝛ iō dñr oīa redire q2 ingratitudo eſt reſpectu dimiſſiōis q̄ oīm fuit: et ita quodāmō reſpectū h3 ad oīa dimiſſa. Nō ergo redeūt q̄ntū ad maculā ꝛ reatū: ſȝ q̄ntū ad ingratitudinē. Qui eñ poſt acceptā remiſſionē ad pctm̄ redit magis delinquit q̄ īgrat⁹ tāto bñficio extitit: ꝛ ita ingratitudo peccatū rediciuatiōis aggrauat. Quidā v̄o dicūt q̄ pctā redeūt in quatuor caſibus ſcȝ ꝓpter odiū fraternū: ꝓpter apoſtaſiā a fide ꝓpter ꝯtēptū ꝯfeſſiōis: ꝛ ꝓpter dolorē de penitētia habita. Uñ ſunt verſus. Fr̄es odit: apoſtata fit: ſpnitq; fateri. Peni tuiſſe piget p̄ſtina culpa redit. Faciliter ḡ ꝛ merito i te peccati dimittes ſi q̄ntū tibi dimitti deſideras v̄aciter attēdas. q2 ſȝ Chriſo. Et ſi ſeptuagieſſeptiēs dimiſeris: ꝛ ſi oīa ſimpliciter peccata cōceſſeris cōtinue ꝓximo q̄ntū gutta aque ad pelagus infinitum

Hiero.

Dimittēdū vt dimittatur.

Grego.

Jo. viij.

Pctōꝝ reditio.

Caſus i quibus peccata redeūt.

tāto magis ꝛ multo plus deficit tuus amor ad infinitā bonitatē dei cui⁹ in neceſſitate cōſtitut⁹ es cū iudicaberis ꝛ noxas tribueris. Et iō bñ peccata in deū decē milib⁹ talētis ꝛ pctā in ꝓximū cētū denarijs comparauit: q2 etiā ea idē pctā multo grauiora cōmiſſa ſunt in deū q̄ in ꝓximū. Docemur ḡ hoc loco: vt ſicut dñs nobis dimittit maiora peccata: ſic nos dimittamus cōſeruis noſtris minora i nos ꝯmiſſa: alioquin a nobis exiget debita vniuerſa. vñ Aug. Oīs hō debito: eſt dei: ꝛ debitorem h3 fratreȝ ſuū. Jō de⁹ iuſt⁹ cōſtituit tibi regulam in debitore tuo: quā faciet et ipſe cū ſuo. vñ Chriſ. Hec intelligit oīa intelligētes ꝛ hec decē milia excogitātes: ſaltē hinc feſtinem⁹ ad dimittēdū ꝓximis parua ꝛ vilia. Audiamus imi ſericordes ꝛ crudeles: qm̄ non alijs ſumus crudeles: ſed nobiſmetipſis. Cū memorari malorū vis excogita qm̄ tibi ipſi maleriā rememoraris non alij: qm̄ tua ligas peccata nō ꝓximi. Duo itaq; hinc q̄rit et cognoſcere aduerſuȝ pctā nr̄a ꝛ alijs dimittere: ꝛ illđ ꝓpter hoc vt facili⁹ hoc fiat. (Qui eñ ſua intelligit facili⁹ ignoſcit ꝯſeruo) ꝛ nō ſimplicit ab ore dimittere ſed a corde. Ne igit' dicas qm̄ ꝯuiciat⁹ eſt ꝛ detraxit: ꝛ decē milia opat⁹ eſt mihi mala. Quāto eñ dixeris tāto magis mōſtras eū bñfactorē dedit eñ occaſionē abluēdi pctā tua. Quare quāto maiora iniuſta tibi fecit tāto maiorū pctōrū dimiſſionis cā tibi cōſtitit. Si eñ voluerim⁹ null⁹ iniuſta nobis facere poterit: ſȝ ꝛ inimici maxie ꝓderūt nobis. Uide ḡ quāto lucrarȝ mālucte inimicoꝝ ferens imprudētias. primū q̄dē ꝛ maximū pctōꝝ remiſſionē ſm patiētiā ꝛ ꝑſeuerātiā: tertiū manſuetudine ꝛ amorē hoim: q̄rtū ab ira continue eē liberꝝ ꝛ a triſticia q̄ hic ē. Cū his venerabil' erȝ ꝛ ipē inimicis: ꝛ ſi demones fuerit magis āt neq; hebis iā inimicuȝ ita ꝯdiſpoſit⁹. Qđ āt eſt mai⁹ ꝛ ꝑmū dei amicitiā ꝛ ſi peccauerȝ venia potierȝ. Et iterꝝ. Non memoriā maloꝝ hēam⁹ i eos q̄ ledunt: nā nobȝ ꝓſūt maxie niſi nos ipos vindicauerimus. Rapuit ille gr̄as: egiſti tu ꝓ iniuſtitia ꝛ glīficaſti deū īfinitas fructificaſti mercedes. Si āt oraueris ꝓ eo deo fact⁹ es ſilis. Uides q̄lr maxie lucramur ab alioꝝ ꝑſecutiōe. Nihil ita deū letificat: vt non reddere malū ꝓ malo: imo reddere ꝯtra ſiuctū ē nobis bñficia ꝛ orōnes. Nō eſt q̄d difficili⁹ q̄ memoria maloꝝ. Hec igit' ſciētes humiliemur ꝛ debitorib⁹ nr̄is ēt gr̄as agam⁹: ſūt enim nobis ſi philoſophari volum⁹ maxie nō ſolū īdulgētie veruetiā mercedȝ occaſio. Pauca ſi q̄dē dam⁹ plurīa recepturi. Quid igit' expetis cū violentia cū diceret: ꝛ ſi ille vellet dare ꝛ ꝯcedere vt a deo totum accipias nūc āt oīa facȝ ꝛ litigas vt nihil tibi dimit

Dimittere docemur.

Augu.

Chriſo.

Ꝑ iniuriā patiēti inferēs obſeq̄um preſtat.

Jgnoſcere ꝓdeſt.

tat tuoꝝ. Quotcūqꝫ ꝙ debitores hēs et pe-
cuniarū ⁊ laboꝝ oēs dimittes liberos deū
expete remuneratorē. Cuncta igit et pecu-
nias ⁊ pctā debitorib⁹ nr̄is donem⁹ vt no-
bis retributio optata pueniat. Quodqꝫ ne-
glexerim⁹ p aliā explere ꝟtutē hoc de obli-
uiōe admiſſe i nos malicie adipiſcētes eter
Iniuria non fit magnanimo. Sene. nis potiamur bonis. hec Chriſ. Attēde ⁊ h
ſenecā q̄ dt. Si magnanim⁹ fuerꝫ nūq̄ iu-
dicabis tibi cōtumeliā fieri. De inimico di-
ces. Nō nocuit mihi: ſed aim nocēdi hūit: ⁊
cū illū i ptāte tua viderꝫ: vindictā putabis
vindicare potuiſſe. Scito em̄ honeſtū ⁊ ma-
gnū vīdicte eē gen⁹ ignoſcere. Et iterū. In-
ß Remiſſionum mōi. xij. iuriaꝝ remediū eſt obliuio. hec Sen̄. Et no.
hic ꝙ ſm nūerū grad⁹ aplici duodenū ſunt
duodecim modi remiſſionū. Prim⁹ eſt ba-
Jo. iij. ptiſm⁹. vn̄ in euāgelio. Niſi qs renat⁹ fue-
Lu. vij. rit ⁊c. Scd̄s eſt charitas. vn̄ ēt i euāge. Re-
Eccl. iij mittunt̄ ei pctā multa ⁊c. Terti⁹ ē eleemo-
ſyna ⁊ charitatis opa. Un̄ ppheta. Sicut
aqua extinguit ignē ⁊c. Quart⁹ eſt flet⁹ ⁊ la
iij. reg. xxi. chryme: dicēte dn̄o: q2 fleuit i cōſpectu meo
nō inducā mala i dieb⁹ ſuis. Quint⁹ eſt cō-
ps. xxxi feſſio ⁊ penitētia. vn̄ ps̄. Dixi confitebor ⁊c.
i. coꝝ. v Sext⁹ eſt afflictio corpis. vn̄ apoſt. Tradi-
tū hmōi hominē in interitū carnis: vt ſpūs
Joā. v. ſaluus ſit. Septim⁹ eſt emēdatio moꝝ vel
abrenūtiatio vitioꝝ. vn̄ in euangelio. Ecce
Jac. v. ſan⁹ fact⁹ es: iā ampli⁹ noli peccare. Octa-
uus eſt interceſſio ſanctoꝝ. vn̄ Jaco. Infir-
Mat. v mat̄ aliquis inducat p̄sbyteros ⁊c. Nonus
eſt mie ⁊ fidei meritū. vn̄ i euāgelio. Beati
Jac. v. miſericordes: qm̄ ⁊c. Decim⁹ eſt cōuerſio ⁊
ſalus p̄ximoꝝ. vn̄ Jacob⁹. Qui cōuerti fe-
Luc. vj cerit peccatorē ⁊c. Undecim⁹ eſt mutua re-
miſſio ⁊ indulgētia. vn̄ in euāgelio. Dimit-
tite ⁊ dimittemini. vt in hoc loco pn̄ti. Duo-
decim⁹ eſt paſſio martyꝝ p fide eccl̄ie. vn̄
Luce xxiij. latroni penitēti ac patienti dr̄ a dn̄o. Amen
dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Ex
Remedia cōtra deſperationē. hoc loco ⁊ pluribus alijs euāgelij locis ſa-
lubria habemus remedia ꝯ malū deſpera-
tionis: ⁊ iō nō deſperet aliqs cū multos ha
beam⁹ portus ſalutis. Si eī deſperaſti p-
pter pcti magnitudinē habes Petrū q̄ ne-
gauit fidē qđ eſt maximū peccatū: ⁊ tn̄ de⁹
reſpexit eū. Si deſperaſti ppter pcti multi-
tudinē: habes mariā magdalenā que ſeptē
habebat demonia. i. vniuerſa pctā: et tn̄ de
ea dictū eſt dimiſſa ſunt ei pctā multa. Si
Lu. vij. deſperaſti propter pcti turpitudinē habes
mulierē in adulterio dep̄hēſam cui dictū
Joan. viij. eſt: vade ⁊ ampli⁹ noli peccare. Si deſpera-
ſti ppter pcti infamiā: habes mathēū pu-
Math. ix. blice in theloneo ſedentē: et tn̄ dn̄s dixit ei:
ſequere me. Si deſperaſti ppter pcti diutur
nitatē: habes latronē q̄ pſeuerauit in malo
Luce xxiij, vſqꝫ ad mortē: et tn̄ dictū eſt ei a dn̄o: hodie
mecū eris i paradiſo. Si deſperaſti pp pec-
cati crudelitatē: habes Paulū aplm lapi-
dantē Stephanū de quo dictum eſt vas ele Act. ix.
ctionis mihi eſt iſte. Si deſpaſti ppter pec-
cati recidiuationē ſeu peccati iterationē et
magnitudinē: habes h autoritatē expſſam
de dimittēdo fratri ſeptuagieſſepties. vnde
Bern̄. Oīno ppter māſuetudinē q̄ in te pre-
dicat̄ currimus poſt te dn̄e ieſu audiētes ꝙ Bern̄.
nō ſpernas pauperē peccatorē nō horreas.
Nō horruiſti ꝯfitentē latronē: nō lachrymā
tē peccatricē: nō chananeā ſupplicantē: nō
dep̄hēſam in adulterio: nō ſedentē i thelo
neo: nō ſupplicantē publicanū: nō negantē
diſcipulū: non perſecutorē diſcipuloꝝ: non
ipſos crucifixores tuos. Tā validus deniqꝫ
es ad iuſtificādū ꝙ multus ad ignoſcēdū.
Currit ſpōſa: currūt adoleſcētule: ſed que
amat ardenti⁹ currit veloci⁹ ⁊ puenit citi⁹.
vn̄ ⁊ Chri. Liberi q̄ppe nos arbitrij creauit h
de⁹: vt volūtate nr̄a cū adiutorio dei qđ vo- Chriſ.
lum⁹ faciam⁹. Si publican⁹ es potes fieri Liberi
euangeliſta: ſi blaſphemus es potes fieri arbi-
apl̄s: ſi latro es potes padiſi colonus effici: trij bo-
ſi mag⁹ es potes deū adorare. Nec eſt vlla num.
malicia q̄ pnia nō ſoluat̄. Et iō tā q̄ p̄cipua
malignitatū elegit xp̄s ⁊ néo vſqꝫ in finē ſe-
metipm̄ deſpiciat. Noli mihi dicere perij:
noli mihi dicere peccaui. Et quidē medicū
habes ſatis fortiorē te ⁊ potētiorē ꝙ infirmi-
tas tua ē. Medicū habes volūtatē tuā ſi vo
lueris emēdantē ⁊ potētē ⁊ cupiētē. Cū em̄ Medi-
nō ſubſiſteres fecit te ⁊ q2 peruerſ⁹ es effect⁹: ci potē-
multo magis emēdare te poterit. Sꝫ forſi- tia.
tā dices. Quō poterit pctōr ſilis eſſe ſctis?
Noli reqrere qua arte: noli ſcrutari rōnē ſꝫ
crede clemētie ⁊ bonitati diuine. Sed dicis
grādia ſunt pctā mea: ⁊ imēſa ſcelera mea.
Et qs eſt ſine pctō: Sed ego inqs peſſime ⁊
ſup oēm hoiem. Sufficit tibi ad placandū
deū peccare deſinere ⁊ bn̄facere. Dic tu poſ
inqt iniqtates tuas vt iuſtificerꝫ. Recognoſce
q2 tu peccaſti: ⁊ ſi agnoueris initium corre-
ctionis factū ē tibi: ſuſpira: meſt⁹ eſto: effun
de lachrymas. Nec em̄ aliđ q̄d effudit me-
retrix illa: ſed lachrymis pniam ſociauit ⁊ Luce
ipa comite puenit ad fontē. hec Chriſ. vn̄ ⁊ vij.
Greg. A ſpei ergo certitudīe nulla nos ma-
loꝝ nr̄oꝝ qualitas nulla quātitas frāgat.
Idcirco em̄ ops̄ de⁹ electos ſuos in qbus- Grego.
dā lapidib⁹ cadere pmittit: vt alijs in cul- Sperā
pa iacentib⁹ ſi toto ad eū corde cōſurgant dū ſem
ſpē venie reddat: ⁊ eis p lamēta pnie viam per.
pietatis aperiat. Cū q̄ multos i ſuis iniqta Electo.
tib⁹ iā ſanatos aſpicim⁹: q̄d aliud ꝙ ſupne rum cō
mie pign⁹ tenem⁹? Et iterū. Quid itaqꝫ in ſuo.
hac re debem⁹ aſpicere niſi imēſam miam
conditoris noſtri qui nobis velut in ſigno
ad exemplū penitētie poſuit eos quos per
penitētiā viuere poſt lapſum fecit. Etenim
nihil in his aliud video niſi ante oculos

nobis poſita ſpei ꝛ penitentie exēpla. Oipo‑tens deus vbiqꝫ oculis quos imitari debe‑mus obijcit: vbiqꝫ exēpla ſue mie opponit. vñ et Aug. Quecūqꝫ neceſſitas cogit pctō‑rem ad impniam nec cris q̄titas nec tpis breuitas: nec vite enormitas: nec hore ex‑tremitas excludit a venia ſi perfecta fuerit volūtatis mutatio: ſꝫ in ampliſſimos ſinus mr̄ charitatis filios prodigos ſuſcipit re‑uertentes. Et iterū. Pater tradidit filium ſuū q̄ redimeret ſeruos: miſit ſpm̄ſctm̄ quo ſeruos adoptaret in filios: filiū dedit in p̄‑tiū redēptionis: ſpm̄ſctm̄ in p̄uilegiū ado‑ptiōis: ſe totū ſeruat i hereditatē adoptatꝫ. Nemo ḡ de dei pietate diffidat: quia maior eſt dei mia q̄ nr̄a miſeria: ꝛ quiſqꝫ ad euꝫ toto corde clamauerit: exaudiet illum qꝛ miſericors eſt. Tardius ſiquidē ei videtur pctōri veniam dare q̄ ipſi pctōri accipere. Sic em̄ feſtinat reū abſoluere a tormento conſcientie ſue q̄ſi plus cruciet eū cōpaſſio miſeri q̄ ipm̄ miſerū cōpaſſio ſui: vñ etiam Chriſo. Crede mihi: talis eſt erga hoiem pietas dei ꝙ nūq̄ ſpernit penitentiam ſi ei ſincere et ſimplr̄ offeraṫ: et iā ſi ad ſummū q̄s venerit maloꝝ et inde velit reuerti ad veritatis viā ſuſcipit libenter et amplectiṫ facit oia q̄tenus ad priorē reuocet ſtatum. Unde ſup illo verbo cayn. Maior eſt iniq̄‑tas mea q̄ vt veniam merear. dicit Augu. Mētiris inq̄t cayn mentiris: maior eſt dei pietas q̄ oīs iniq̄tas. Ecce expreſſe apparet ꝙ deſperauit: et iō dicit Aug. qḋ ipſe plus turbauit deū in deſperatiōe q̄ in fratrici‑dio: ſicut iudas in deſperatiōe q̄ in ꝓditio‑ne. vñ Ber. O res cōfuſa: o res mōſtruoſa peccator deſperās de dei mia cū cūcta pec‑cata originalia: mortalia: venialia ab ori‑gine mūdi cōmiſſa diuine mie comparata ſunt quaſi vna gutta ad pelagus toti⁹ ma‑ris. Et breuiter dicendo ſm Aug. et Grego. Si vnus hō oim hominū peccata ꝑpetraſ‑ſet: et velut cayn et iudas deſperaſſet: p̄ter‑ea deus illi veniā denegare iuraſſet: ſi mi‑ſer ille contritus veniā rogaſſet de⁹ p̄mus illi veniā non denegaſſet. Et teſtāte Aug. ꝛ Hiero. peccata p̄terita non nocēt ſi nō pla‑cent. Multū etiā ſperare debem⁹ l merito xp̄i ſine quo non poſſum⁹ ſaluari. In meri‑to em̄ xp̄i radicata ſunt oia merita nr̄a ſi‑ne ſatiſfactoria pene: ſiue meritoria vite eterne: qꝛ nec ab offenſa creatoris ſum⁹ di‑gni abſolui: nec immenſitatē p̄mij qḋ deus eſt digni ſum⁹ aſſeq̄: niſi p meritū hois dei Et p̄cipue in merito paſſiōis xp̄i eſt ſperan‑dū: qꝛ h̄ eſt miſeris ſpāle ſolatiū. vñ Bern. Paſſio tua dñe vltimū refugiū: ſingulare remediū: deficiente ſapiētia: nō ſuffragāte iuſtitia: nō ſufficiēte ſanctitate: ſuccūben‑tib⁹ meritis illa ſuccurrit. Non ſolū autē a deſperatione: ſꝫ et a vana ſpe eſt cauendū qꝛ vtrobiqꝫ magnū eſt piculū. vñ Augu. Ex vtroqꝫ hoīs periclitanṫ et ſperādo ꝛ deſpe‑rādo. Quid igiṫ agit de⁹ cū periclitantib⁹ vtroqꝫ morbo? Illis q̄ ſpe periclitanṫ hoc dicit. Ne tardes cōuerti ad dñm neqꝫ diffe‑ras de die in diē: ſubito em̄ veniet ira illi⁹ ꝛ in tpe vindicte diſperdet te. Illis q̄ deſpa‑tiōe periclitanṫ q̄d dicit: In q̄cūqꝫ die ini‑quus cōuerſus fuerit oēs iniq̄tates ei⁹ ob‑liuiſcar. Propter illos ergo qui deſperatio‑ne periclitanṫ ꝓpoſuit eis indulgentie por‑tū: ꝓpter illos vero q̄ ſpe periclitanṫ et di‑lationib⁹ illudunṫ: fecit diē mortꝫ incertū. Quando veniet vltim⁹ dies neſcis. Ingra‑tus es qꝛ hodiernū habes in quo corriga‑ris: et craſtinū expectas forte nō addeṫ. Et iterū. Ne deſperando augeam⁹ pctm̄ dat⁹ eſt nobis p̄nie portus: rurſus ne ſperando augeam⁹ pctm̄ dat⁹ eſt nobis dies mortis incert⁹. Et iterū latro agnouit. Petrus ne‑ganit: in petro demōſtraṫ quēq̄ iuſtū nō de ſe debere p̄ſumere: in latrone nō ipiū cōuer‑ſum deſperare debere. Timeat ḡ bonus ne peat p ſupbiā: et mal⁹ ne deſperet pp mul‑tā maliciā. h̄ Augu. Uñ ꝛ Greg. habete fra‑tres mei fiduciā de mia conditoris nr̄i ꝛ ad miſericordē iudicē dū adhuc expectat cuꝫ lachrymis venite. Conſiderātes nāqꝫ ꝙ iu‑ſt⁹ ſit pctā vr̄a nolite negligere: ꝯſiderātes ꝓo qḋ plus ſit nolite deſperare. Et iterum. Sic autē nos mia ei⁹ refoueat: vt nullo mō negligentes reddat ſic pctā perturbent: vt mēs in diſperationē non proruat. Qꝛ ꝛ ſi p̄‑ſumentes metuim⁹ ꝛ metuētes ſperamus eternū regnū citius adepturi ſumus. vnde etiā Chri. Ne audeam⁹ q̄ ſtam⁹: ſꝫ dicam⁹ nobiſipis. Qui eſtimat ſe ſtare videat ne‑cadat: neqꝫ deſperem⁹ ſi cecidim⁹: ſed dica‑mus nobis. Nūq̄d q̄ cadit non reſurget. Et em̄ multi in ipm̄ celi verticē aſcenderūt: ꝛ a ſcena et ſcurrilitate ad āgelicā trāſlati ſūt vrbanitatē ꝗ tantā oſtēderūt virtutē vt de‑mones abegerint et multa ſigna operati fuerint. Et horū quidē plene ſunt ſcriptu‑re ꝛ plena vita patrum exemplis nobis. Et iterum. Nullus coꝝ q̄ in malicia ſunt diffi‑dat: nemo in ꝟtutib⁹ exiſtēs dormitet: neqꝫ hic confidat. multotiēs em̄ meretrix ꝑtrāſi‑bit neque ille deſperet poſſibile em̄ eſt ei et primos pertranſire. hec Chriſo. ¶ Oratio.

Ve mihi miſero qꝛ cū ad pctā q̄ feci iſpicio ꝛ ſupplicia intelligo q̄ ꝓ his pati debeo nō paruū ti‑morem habeo. Quid ḡ remane‑bo q̄ſi deſperat⁹ ſine cōſilio: ſine adiutorio? Ad te fontē pietatis et mie ieſu xp̄e curro et feſtino in q̄ iā tot ꝛ tātos pctō‑res ablutos video et agnoſco: tuāqꝫ ineffa‑bilē miaꝫ exoro vt mihi ſic concedas l p̄nīi

Augu.

I magnitudo mie dei.

Chriſ.

Gen. iiij.

Augu.

Bern.

N Hiero.

Peccata non nocēt ſi nō placent.

Paſſionis meritum.

Bern.

Deſperatio. ſpes vana.

Augu.

Mortꝫ incertitudis cauſa.

Chriſ.

Hiere. viij.

mecū ⁊ cum miniſtris tuis cōputationē fa-
cere: ac conſeruis meis pctā ſua dimittere
⁊ mea emēdare: vt in futuro qn̄ pſonaliter
rationē ponere volueris cū ſeruis tuis di-
mittas mihi q̄ tibi debeo ⁊ proximis. Amē.

De cauſa dimittendi vxorē ⁊ de paruulis dn̄o oblatis. Ca. x.

A Math. xix. ⁊ Mar. x. Judea.



Poſt hec ve-
nit dn̄s ieſ' de galilea (in
fines iudee trans iorda-
nē.) Oīs q̄ppe pūincia iu-
deorū generaliter dicebat
iudea ad diſtinctionem
aliarū gētiū: verūtā meri-
diana ei⁹ plaga in q̄ ha-
tabāt trib⁹ iuda et tribus
beniamin ſpecialiter dicebat iudea ad di-
ſtinctionē aliarū regionū que in ipſa cōti-
nebant pūincia ſcʒ ſamaria: galilea: deca-
polis: ⁊ reliquę alię ſite in ea. Narrant ergo
ea q̄ in hac pūincia. ſ. iudea fecit et docuit
ac paſſus eſt dn̄s: ⁊ prio q̄ trans iordanē ad
orientē vbi habitabant due trib⁹. ſ. manaſſe
deinde q̄ circa iordanem qn̄ venit hierico ⁊
bethaniā ⁊ hierlm. (Et ſecute ſunt eū) de ga-
lilea (turbe multe.) Ex q̄ patet deuotio ppli
ad eū: q̄ multi ſequebant cā ſue p̄dicatio-
nis audiēde: aliq̄ cā curationis īpetrande.
Chriſ. vbi Chriſ. Et ſecute ſunt eū turbe multe q̄ſi
teſtimonia ſalutaris doctrine ei⁹ q̄ſi oues
paſtorē in manu ipſi⁹ genite ⁊ nutrite per-
ducebāt eū q̄ſi paruuli filij patrē ei⁹ pere-
gre pficiſcentē. Jp̄e aūt tā p̄r pficiſcētes
bona pignora charitatis filijs ſuis reliquit
pro exilijs remedia ſanitatū. hec Chriſ. Vn̄
ſequitur (⁊ curauit eos ibi). ſ. in iudea ⁊ nō
ante in galilea: vt gētes in eā miam ſeu ve-
Orige. niā q̄ iudee parabat admitteret: ⁊ in ſignū
cur trāſ q̄ ex iudea gentib⁹ ſal⁹ eſſet. ſm Orig. Sa-
iorda- nauit dn̄s turbas trās iordanē vbi baptiſ-
nem ſa- mus dabat: q̄ oēs a ſpūalib⁹ infirmitatib⁹
nauit in baptiſmo ſaluant. Et ſic ptʒ q̄ euangeli-
dn̄s. ſta in vno verbo multa miracula ſanitatuʒ
includit: q̄ pp̄ter multitudinē miraculoꝝ
nō poterāt oīa in particulari deſcribi. Dei-
de ſubdit narratio de triplici religioſorum
pfectione. ſ. cōtinentie: obediētie: ⁊ paupta-
tis: ⁊ primo de cōtinentia cū dr̄. (Et acceſſe-
rūt ad eū). ſ. ieſum (phariſei) qui in populo
iudeoꝝ pre alijs videbant religioſi (tentā-
B tes eū) ſcʒ capere in v̄bis. ¶ Notāda ē mē-
tiū diſtantia in turbis ⁊ phariſeis: he cōue-
niūt vt doceant ⁊ ſui infirmi ſanent: hi ac-
cedunt vt ſaluatorē ⁊ doctorē veritatis ten-
tando capiant ⁊ decipiāt: has deuotio pie-
tatis illos ſtimul⁹ adduxit liuoris. (Et di-
cētes. Si licet homini dimittere vxorē ſuā
quacūq̄ ex cā). i. ex leui cauſa. Hanc autē
queſtionē pponunt xp̄o ad capiendū eū: q̄
rn̄ſio ad vtrāq̄ partem calūniabilis vide- qd̄ pha-
bat. Q̄ ſi diceret vxorē pro libito volūtatis riſeoꝝ
dimittendā ⁊ aliā ducēdā pudicitie p̄dica- captio-
tor et aſſertor videret laxare frena carnali ſa.
cōcupiſcentie ⁊ ſibiipſi cōtraire. Si autē di-
ceret q̄ nō: videret cōtra moyſen dicere qui
libellū pmiſit repudij. Sed ipſe rn̄ſionē tē-
perat vt decipulā eoꝝ tranſeat: et rn̄dit ſo-
la fornicationis cauſa vxorē eſſe dimitten-
dam: libellū vero repudij ob duritiā ⁊ mali-
ciā cordis eoꝝ a moyſe fuiſſe permiſſum. i.
nulla lege punitū. Permiſit aūt hoc nō ſi- Per-
cut bonū ⁊ licitū: ſʒ pp̄ter maius malū eui- miſſio
tandum: q̄ maluit permittere diuortiuʒ q̄ repu-
ob odiū vxoris vel deſideriū ſecūdarum nu- dij.
ptiarū fieri homicidiū. Jſta autē permiſſio
nō abſoluebat eos a peccato: ſed tm̄ a pena
legali: q̄ nō fuit imperiū dei ſed hoīs diſſi-
mulatio in tolerādo minus malū ne mai⁹
fieret. Deus eīm nō eſt ſibi cōtrari⁹ vt aliud
ante iuſſerit ⁊ aliud nunc imperet. Moyſes
quidē nec p̄cipiendo nec cōcedendo nec in-
dulgēdo hoc mādauit: ſed diſpenſando ſu-
ſtinēdo ⁊ pmittēdo cōſilio ſpūſſancti ne pe-
iora fierēt hoc tolerauit. Sic apl'i permiſe-
runt ſecūdas nuptias propter incōtinentiā
hoim ⁊ malas eoꝝ volūtates. Juxta enim
primariam inſtitutionē non fuit niſi vnica
vnici: ſʒ pp̄ter incōtinentiā hoim trāſeunt
modo ad ſecūdas nuptias. Vn̄ cū de duob⁹
malis min⁹ tolerat huius pmiſſio dr̄ diſpē- Diſpē-
ſatio q̄ſi diuerſoꝝ penſatio: qn̄ duo mala ſatio.
q̄ſi eque librant vt videat qd̄ eoꝝ peius ſit
⁊ p̄ponderat. Eſt aūt triplex pmiſſio ſcʒ cō-
ceſſionis: vt cum abbas concedit monacho Per-
propter infirmitatē veſci carnib⁹: illicitis miſſio
quidē pp̄ter votū: ſed nūc licitis pp̄ter cō- triplex.
ceſſionē abbatis et cauſam neceſſariā. Jn-
dulgētie vt permiſſio ſecundarū nuptiarū.
vnde apl's. Vxor viro defuncto nubat cui j. co. vij
vult in dn̄o: hoc autē ſm indulgentiā dico:
q̄ ſi culpa ē venialis ē. Suſtinētie vt pmiſ-
ſio libelli repudij qd̄ ſuſtinuit Moyſes non
de⁹: q̄ deus hoc crimē puniuit tp̄aliter vel
eternaliter qd̄ moyſes nō puniuit tēporali-
ter. Eſt eīm permiſſio ſuſtinētie qn̄ de⁹ per-
mittit nos peccare qui nō cōcedit illud fie-
ri nec diſpēſat ſed ſuſtinet. i. p patiētiā expe-
ctat. Solam ḡ fornicationē ponit dn̄s cām Cauſa
diſſidij: iubēs ceteras moleſtias p fide cō- diſſidij.
iugij ⁊ caſtitate ſuſtineri. Et intellige diſſi-
dium q̄tum ad cohabitationē ⁊ debiti red-
ditionē: nō tn̄ q̄tū ad vinculū mr̄imonij qd̄
non ſoluit niſi per mortē: ⁊ ergo nec vir nec
mulier pōt ↄ̄here altero viuente. vn̄ Raba. Raba.
Vna ḡ ſolūmō carnalis eſt cā. i. fornicatio Duci
vna ſpūalis hoc eſt timor dei vt vxor dimit- alia ne-
tat: nulla aūt cā eſt vt viuēte ea que relicta quit.
eſt alia ducat. Spūaliter p vxorē que nō di-

mittit nisi ꝓpter fornicationē intelligitur
oia cui⁹ vir est xp̄s q̄ nūq̄ aīam nisi ꝓpter
fornicationē pcti dimittit p quā xp̄s a no-
Moraliter. bis recedit. ¶ Moralr qui dimittit vxorem
suā spūalē.s.ecclīam ꝛ ducit.s. pinguiorem
mechat. non eīn q̄rit spūalē fructū sꝫ tpale
lucrū. Proposito g̃ qd̄ ē necessitatis in ỽtu-
te cōtinētie ꝯnr ponit illd̄ qd̄ est superoga-
tionis ꝛ cōsilii.s.cōtinētia ab oi actu vene-
reo. Discipuli eīn hoc audientes q vincu-
lum matrimonii est indissolubile: ꝛ moti ex
ỽbis ei⁹ dixerūt ei. (Si ita ē cā hoi cū vxo-
re) q nō possit eā nisi mō p̄dicto dimittere
(nō expedit nubere) ac si dicāt. Melius est
simplr cōtinere ꝓpter onus ꝛ graue pōdus
vxorum ꝛ multa incōmoda q̄ pñt inde veni-
Chris. re. vn̄ Chris. Leui⁹ ē cōtra cōcupiscētiā pre
liari ꝛ ꝯ̄ seipm̄ q̄ cōtra mulierē malā. vn̄ ꝛ
Hiero. Hiero. Graue pōdus vxor est si excepta cā
fornicatiōis nō lꝫ eā dimittere. Quid eīn si
¶ temulēta fuerit: si iracūda: si gulosa: si va-
Coniugatorū prouincia durissima nō oēs capere. ga: si morbosa: si iurgatrix: si maledica: ti-
méda erit hmōi: ꝛ erit volumus nolumus
sustinenda. Cū eīn liberi essem⁹ volūtarie
nos seruituti subiecim⁹. Et dixit dñs r̄ndē-
do discipulis. (Nō oēs capiūt verbū istud)
continētie scꝫ vt ipleāt ꝛ se contineāt: qꝛ nō
oēs capere volūt: nec oēs acceptū habent.
audiet eīn luxuriosus ꝛ displicet ei (sꝫ q̄b⁹
datum est a deo ex spāli munere: qꝛ status
alt⁹ est ad quē non valem⁹ nisi ex grā ascē-
Contināētia a deo est. dere. Vn̄ dicit sapiēs q nemo pōt esse con
tinēs nisi deus det. ac si dicat. Nō casu sed
fortuna ỽgines fiūt: sꝫ q̄ a deo petunt ꝛ la-
Hiero. borant vt accipiāt. vn̄ Hiero. Nemo putet
sub hoc ỽbo vel fatū vel fortunā itroduci
q hi sunt ỽgines q̄b⁹ a deo datū sit aut q̄s
q̄dē ad hoc casus adduxerit: sꝫ his datū ē
q̄ petierūt: q̄ voluerūt q̄ vt acciperent labo
Luc.xi. rauerūt. Oi eīn petenti dabit ꝛ q̄rēs iueniet
Chris. ꝛ pulsanti aperiet. vn̄ ꝛ Chris. Non dixit nō
oēs pñt: sꝫ non oēs capiūt. i. oēs capere pñt
non tn̄ cape volūt. Si eīn q̄dā in pugna ca-
dūt nos cadentiū negligētie iputare debe-
mus non difficultati virtutis. Qd̄ aūt dicit
q̄b⁹ datū est non hoc significat: q̄m q̄busdā
dat: q̄busdā non dat: sꝫ illud ostēdit: qꝛ nisi
auxiliū grē acceperim⁹ nihil ex nobis vo-
lem⁹. Qm̄ aūt volētib⁹ grā nō negat l euā
gelio dñs dicit. Petite ꝛ dabitur vobis: q̄ri-
Luc.xi. te ꝛ inuenietis: pulsate et aperietur vobis.
Debet autē volūtas p̄cedere: ꝛ sic sequitur
grā. Nā grā sine voluntate nihil opat nec
volūtas sine grā. Nā ꝛ terra nō germinat
nisi pluuiā susceperit: nec pluuia fructifi-
cat sine terra. hec Chrꝫ. Et ne oēm cōtinen-
tiā putarēt laudabilē ꝛ meritoriā ꝯnr disti-
guit eā triplicē. Pria est cōtracta a natura
scd̄a a casu siue violentia: tertia a volūtate
ꝛ grā. (Sunt eīn eunuchi). i. cōtinētes: ꝛ est

grecū vocabulū fm̄ Isido. (q̄ sic nati sunt)
sine instrumentis siue frigide nature q̄ pro
prie dñr castrati q̄si caste nati. (Et sunt eu- D
nuchi q̄ facti sunt ab hoīb⁹ q̄bus secant ge Eunuchi.
nitalia q̄ proprie dñr spadones a spata gñe spadones.
ferri q̄ eunuchizant. Et iste due nō sunt lau
dabiles et nec meritorie nec demeritorie:
qꝛ necessitate sunt nō volūtate: nisi inquā-
tū ꝑ volūtatē acceptant. fm̄ Hier. inter hos Hiero.
scd̄os computant et hi q̄ specie religionis
simulant castitatē. s. hypocrite ꝛ appetētes
vanā gloriā ab hoīb⁹ ex quocunqꝫ suo ope.
(Et sunt eunuchi). i. cōtinētes (q̄ seipsos ca
strauerūt) nō p mēbrorꝫ abscisionē: sed per
cōcupiscētie repssionē ꝛ se castitati seu ca-
ste viuere voluntarie deuouerūt (ꝓpter re-
gnū celorꝫ) q̄ ꝓprie dñr eunuchi bn̄ viuen-
tes ab eu qd̄ ē bonū ꝛ nuchos qd̄ est victo-
ria q̄si boni victores: ꝛ hi merent ꝛ rōne vo
lūtatis qꝛ spōtanea: ꝛ rōne actiōis qꝛ bona:
ꝛ rōne intētiōis qꝛ recta. ista eīn tria ꝑficiūt
meritū. Hec g̃ tertia ꝯtinētia q̄ est p volun-
tatē reprimētē ꝯcupiscētiā ab actu venereo
victoriosa ē ꝛ laudabilis ꝛ tota est merito
ria. vn̄ Chri. Illa est glīosa ꝯtinētia nō quā Chris.
trāsgredi nō pōt necessitas debilitatis cor- Cōtinētia gloriosa.
poris: sꝫ quā cōplectit volūtas scti ꝓpositi.
Et itē. Cū aūt dixit q̄ se castrauerunt: nō
mēbrorꝫ dicit abscisionē: sꝫ malarū cogita-
tionū interēptionē. Et eīn cōcupiscētia hꝫ
fontes p̄cipue a ꝓposito incōtinēdi ꝛ mēte
negligēte. Et si ipsa sobria fuerit naturaliū
motuū nullū ē nocumētū. Nec ita abscisio
mēbri cōprimit tētatiōes ꝛ trāq̄llitatē facit
vt cogitatiōis frenū. Sꝫ qꝛ talis stat⁹ alt⁹
est: nec pñt oēs ad hoc attingere sed solum
pfecti: iō infert dñs hortando milites suos
dicēs. (Qui pōt capere) ꝛ iplere (capiat) cū
adiutorio dei vt sit cast⁹ vel itelligat q̄ di-
co vel q̄ pōt pugnare cōtra carnē pugnet
ac supet ꝛ triūphet. Et ē vox hortātis ad cō
tinētie brauiū nō iubētis. q.d. Vnusq̄sqꝫ cō
sideret an ỽginitatis ꝛ pudicitie p̄cepta i-
plere queat. Tm̄ bonū nō ē necessitatis sꝫ
superogatiōis: nec ē hoc p̄ceptū sꝫ cōsiliū:
cuilibet offert: nemini iponit: q̄ pōt cōtine
re cōtineat. Habito itaqꝫ de pfectiōe cōti-
nētie siue castitatis ꝯnr agit de perfectione E
obediētie siue hūilitatis: ꝛ hoc cōmēdatio- Obediētie pfectio.
ne paruulorū p q̄s designant hūiles ꝛ obe-
dientes: qꝛ sicut paruuli nō ꝓpria volūtate
sed alteri⁹ dñr: ita humiles et obediētes al-
terius volūtate ꝛ imperio mouent. vn̄ dicit
Beda q hec lectio humilitatis magisterio Beda.
plena micat q̄ vez innocentes ac simplices
ad dñi grām ptingere posse demōstrat. Dū
g̃ dñs iesus de castitate dissereret (tunc ob-
lati sunt ei paruuli) ex deuotione offeren-
tiū (vt manus eis imponeret ꝛ oraret). i. vt
manu ꝛ voce benediceret. Consuetudo eīn

Manuũ impositio. fuit apd veteres vt puulos bñdicẽdos offer
rẽt senioribꝰ ꝛ ipositio manuũ ortũ habuit
ab antiqs patribꝰ q̃ volẽtes bñdicere puu=
lis iponebãt eis manꝰ. Uidẽtes igit iudei
xp̃m moribꝰ senẽ: vita sctm̃: doctrina sapiẽ=
tissimũ: ꝛ de castitate loquẽtẽ ꝛ hñtes eum
ceu xpheta obtulerũt ei ifantes vt eis ma
nus iponẽs ꝛ orãs bñdiceret manu ꝑ tactũ
ꝛ voce ꝑ orõne. In quo dat intelligi ꝙ puu
lis sufficit ꝑ fidẽ alioꝝ ad xp̃z afferri. (Di=
scipuli ꝟo) labori magistri cõpatiẽtes ꝛ ꝓ=
pter eiꝰ dignitatẽ ꝓhibebãt ꝛ (increpabãt)
offerẽtes: nõ ꝙ nollẽt infantibꝰ a saluatore
ꝛ manu ꝛ voce bñdici: sz qꝛ timebãt eũ post
tã lõgos sermones iportunitate offerẽtiũ
grauari ꝛ offendi. xp̃s ãt ꝛ si fatigabat cor
pore nõ tñ aio: qꝛ ei placebat et ꝑualuit ac
vicit fortis ei affectꝰ q̃ hoiz salutẽ cupie=
bat vt nullꝰ a cõsecutiõe sue salutis ꝓhi=
beret. Sic fatigatꝰ ex itinere nõ curãs famẽ
aut cibos ad cõuersionẽ samaritanorũ q̃rũ
salutẽ famescebat se conuertit. vbi Orige.
Hec ḡ debemꝰ attẽdere ne estimatiõe sapiẽ
tie excellẽtioris ꝛ ꝓfectꝰ spũalioris cõtẽna=
mus quasi magni pusillos ecclie ꝓhibẽtes

Orige. pueros venire ad iesũ. Hec Orige. Paruuli
ẽt pñt dici paupes ꝛ gñis infimi: ꝑ discipu=
los aũt ipedientes ne xp̃o offerant possunt
accipi ecclie rectores vel religiosi qui ꝓ=
pter paupertatẽ vel generis infimitatẽ re=
pellũt tales a promotione vel receptiõe ꝙ=
uis sint apti ꝛ digni: propter qđ impediẽtes

F accessꝰ petẽdꝰ. arguunt ore xp̃i. Uñ dñs idigne ferẽs dixit
discipulis. (Sinite puulos venire ad me)
apđ quẽ nõ est personarũ acceptio (ꝛ nolite
eos prohibere) comminatiõibus terrendo
vel malis exẽplis corrũpẽdo: qꝛ isti sũt sign
ra ꝛ forma vere humiliũ q̃rũ familiaritatẽ

chriso. ego volo ꝛ consortiũ. In quo dedit prelatis
exemplũ corrigẽdi ostiarios suos pauperũ
accessum prohibentes. Unde Chri. Nolite
vetare pueros: nã si sancti futuri sunt quid
vetatis filios ad patrẽ venire? Si aũt pec=
catores futuri sunt vt q̃d sententiã cõdẽna
tionis ꝓfertis anteꝙ̃ culpã videatis? Naz
qualeſ modo sunt meũ est: quales autem
postea futuri sunt ipsorũ erit. Qđ ergo meũ
est honorate: qđ aũt illoꝝ erit miseremini.
Et subiũgit. (Taliũ est em̃ regnũ celoꝝ) nõ
dicit istorũ: sz taliũ: vt nõ tã etatẽ ꝙ̃ hũilita=
tẽ ꝛ innocẽtiam commendet. Non oiũ sed
taliũ. i. similiũ ꝛ illoꝝ qui similem habent
humilitatẽ ꝛ innocentiam per studiũ ꝛ la=
borẽ: ꝛ qui tales sunt per mores ꝛ virtutes
quales sunt paruuli ꝑ naturã ꝛ etatẽ. Pue

puerorũ puritas. rorũ em̃ anima ab omnibꝰ malis est pura
ꝛ magistra innocẽtie ꝛ humilitatis: ꝛ nullꝰ
põt intrare in regnũ celoꝝ: nisi fuerit inno
cens ꝛ humilis: qꝛ nihil inquinatum intra

Hiero. bit in illud. vnde sm̃ Hiero. Non ait istorũ:
sed taliũ: vt ostẽderet nõ etatẽ regnare: sed
mores ꝛ his q̃ similẽ haberẽt innocẽtiam ꝛ
simplicitatẽ premiũ repromitti. de quibus
Apls. Nolite pueri fieri sensibꝰ sz malicia

j. cor. xiiij. puuli estote: sensu aũt perfecti. vñ Ambro.

Ambr. Nõ etas ꝑfert etatẽ: alioquin obesset adole
scere. Cur ergo pueros aptos dicit esse re=
gno celoꝝ. Fortasse qꝛ maliciã nesciãt: frau
dare nõ nouerit: referire nõ audeãt: scruta=
ri ignorẽt: opes honorẽ aut ambitionẽ non
appetãt. Sed nõ ignorare ista ꝟtus est: sed
cõtẽnere. Nõ em̃ ꝟtus est non posse pecca=
re: sz nolle. Nõ igit puericia sz emula pue=
rilis simplicitatis bonitas designat. vñ etiã
Chris. Et nos itaqꝫ si volumꝰ fieri heredes

chriso. celorũ ꝟtutẽ hãc cũ mltã bona possideamꝰ
diligentia. Etem̃ ab omnibꝰ malis pura est
pueri aĩa: ꝛ coꝝ q̃ cõtristauerũt nõ memo=
rant: sz sicut ad amicos accedit sicut nullo
facto ꝛ ꝙ̃tũcũqꝫ a mr̃e flagellatꝰ fuerit hãc
inq̃rit ꝛ pre oibꝰ eã appẽciat: ꝛ si reginã ostẽ
deris cũ dyademate nõ ꝑponit hãc matri
cilicio induite ꝛ necessarijs nihil plꝰ inq̃
rit: nõ tristat i q̃bꝰ nos puta dãno pecunia=
rũ ꝛ talibꝰ: nõ letat i q̃bꝰ nos in tẽporaneis
his nõ respicit ad pulchritudines corporũ:
ꝓpter hoc dicit. Hoꝝ em̃ est regnũ celoꝝ: vt
electiõe hec operemur q̃ a natura pueri hñt.

G Puerorũ decẽ ꝓprietates. hec Chri. Sunt autẽ decẽ proprietates bo=
ne in pueris quas q̃ imitat regnũ celorũ cõ
sequetur q̃ sunt innocẽtia: mũdicia: obediẽ
tia: simplicitas: hũilitas: ꝟitas: maloꝝ illa
torũ imemoratio fortuitorum nulla reputa=
tio: ꝛ presentiũ valde paruoꝝ ad sufficiẽtiã
acceptio. Deide paruulos sibi oblatos do=
minꝰ dulcit suscipit (ꝛ cõplexãs eos) ꝛ in vl=
nis desinẽs i signũ qđ simplices ꝛ humiles
puros ꝛ deuotos diligit (ꝛ manꝰ eis impo=
nens) vt viris cõtinentibꝰ gratiam sui auxi
lij cõferendã significaret (bñdixit illos) ali=
qua vocali benedictione q̃ scripta nõ est vt
humiles sua benedictione dignos ostende=
ret. Sic spiritualiter quotidie humilibus
manus imponit cum eis gratiam et auxi=
lium tribuit: qꝛ humiles ipũ digni sunt eiꝰ
gratia ꝛ bñdictione. deus em̃ superbis resi=
stit: humilibꝰ aũt qui se manibꝰ ꝛ potestati
eius subijciũt dat gratiã. In quo humiliũ

Hũiliũ dignitas. dignitas ostẽdit q̃ tãta bona merent. vñ dt
Hier. ꝙ humilitas sola obseruatrix est cu=
stosqꝫ virtutũ: ꝛ nihil est qđ ita deo gratum

Hiero. faciat et hoibꝰ quãtũ si vite merito magni
sed humilitate infimi videamur. Et bñ hu=
miles paruulis et innocentibꝰ cõpauit: qꝛ

Bern. Psal. l. hũilitas maculas pctõrũ lauare et innocẽ=
tiã reddere cõsueuit. vñ Ber. Decor aĩe hu
militas est. Nõ a meipso hoc dico cũ ꝓphe
ta prior dixerit. Asperges me domine ysso=
po et mundabor: humili herba ꝑpectoris
purgatiua humilitatem significans hac se

post graue lapsum rex ꝓpheta lauari cōfidit et sic inuenit quēdā īnocētie recuperare cādorē. et sciēdū ꝙ xp̄s manꝰ ipōnēdo puul' instituit ⁊ initiauit sacramētum ꝯfirmationis cuiꝰ ministeriū postea cōtulit apostolis. Vñ paruuli in frōtibꝰ crismate consignant ab episcopis q̄ in eccl'ia dei locū obtinent apl'oꝝ: p iposítionē em̄ manuū apl'oꝝ conferebatur spūssanctꝰ ad robur ⁊ confirmationem fideliū cuius ipositiōis manuū locū obtinet ⁊ p̄dictū sacramentū. Cōsidera nunc q̄tū xp̄s simplicitatē ⁊ humilitatē ac innocētiā paruulorū diligit quibus tanta familiaritatis et beniuolētie signa ostēdit: ⁊ studeas p posse paruulos imitari et virtutes eorū habere: vt valeas cū ipsis regnum celorum possidere. Oratio.

Cōfirmationis sacramētum.

Domine iesu xp̄e qui nos ad continētiā es hortatus da qd̄ hortaris et tribue mihi fragili castitatem mētis ⁊ corporis: ⁊ q̄ paruulos venire ad te voluisti et eis manꝰ iponēs bn̄dixisti: p̄sta mihi misero vt sim paruulus in oculis meis quatenꝰ gratiā inueniā in oculis tue maiestatꝭ: ⁊ quod puuli possidēt p naturā ego ꝯsequar misericorditer p grām tuā: vt meritis oim paruulorū ⁊ hūiliū tibi placētiū ego vltimꝰ oiꝫ te rectore te duce merear ad te puenire: et a te bn̄dictiōe in celestibꝰ munerari. Amē.

De perfectiōe paupertatis. Capitulum. xi.



A Math. xix. mar. x. ⁊ Luce xviij.

ad gratiam diſponamus: et hec porrectio
diuinij auxilij ſignatur per hoc ꝙ ieſus ad
lazarum ire eſt dignatus. Tertium eſt mo-
tus liberi arbitrij noſtri: qr ſʒ Augu. Licet
de⁹ creauit te ſine te non tñ iuſtificabit te ſi Augu.
ne te. ⁊ iō ex pte nr̄i req̇rit̄ motus liberi ar-
bitrij qui duplex eſt. Vn⁹ quo mouet̄ ſuper
pctm̄. ſ. pctm̄ diſpliceat. Alius quo moue-
tur in deū ꝑ fidē ⁊ ſpē quo deū ſibi reconci-
liari deſideret: ⁊ hi duo motus notant̄ ꝑ oc
curſum duarū ſororum. ſ. marthe et marie:
ita ꝙ prim⁹ motus intelligat̄ ꝑ martham
que prior occurrit: ſcđs per mariã que ve-
nit vocata ꝑ martham: ſic eñ hic ex primo
motu ꝓuocat̄ ſcđs. Quartum eſt cognitio
pcti in quã de⁹ querēdo reducit hoiem: vt
hō ſe cognoſcere ſtudeat quē de⁹ queren-
do q̄ſi neſcire ſe ſignificat: ⁊ hoc figurat̄ ꝑ
hoc qd̄ interrogauit vbi eum poſuerunt.
Quintū eſt gratia contritionis q̄ ſequitur
motionē liberi arbitrij: ⁊ cognitionem pec-
cati: ⁊ hec ſignificat̄ per lachrymationē xp̄i
que quidē lachryme ꝓceſſerūt ex fonte di-
uine mie: ⁊ his lachrymis quotidie pctōr
ꝑfundit̄ cū ſibi hec grã infundit̄ xp̄s eñ nō
eſt lachrymatus pro morte lazari corporali
ſed ꝓ morte pctōris ſpūali qui in lazaro re-
preſentabatur. Caueat ergo pctōr ne la-
chrymas xp̄i contēnendo gratiã ſibi eua-
cuet: ſʒ poti⁹ cū xp̄o fiente pctã ſua defleat
⁊ ſic effectū lachrymarū xp̄i ſuſcipiat. Sex-
tum eſt propoſitum cauendi peccata in fu
turū: ⁊ hoc notatur in eo ꝙ ꝑcepit amoue-
ri lapidem. Tūc eñ lapis de ſepulchro tol-
lit̄ cum duritie ꝓpoſiti peccãdi ⁊ moles ma
le conſuetudinis de corde amouet̄. Et cum
lapis deponit̄ tunc feditas cadaueris dete-
gitur. vñ dixit martha. (Dñe iam fetet) ſic
duricia cordis amota vr̄ vilitas pcti: ex q̄
ſequit̄ pcti abominatio: ⁊ concipit̄ ꝓpoſitū
vlteri⁹ non peccãdi. Septimū eſt grē infu
ſio qua iuſtificat̄ impi⁹: ⁊ hoc notat̄ cū cla-
mauit voce magna dicēs. (Lazare veni fo-
ras.) Clamor magnus ſignat magnitudi-
nē diuine virtutis q̄ exigit̄ in iuſtificatione
impij. qr ſm Auguſt. Maior eſt iuſtificatio H
impij q̄ creatio celi ⁊ terre. Voce eñ magna Augu.
clamauit: qr difficile ſurgit quē moles ma- Peccatoris iuſtitia.
le cōſuetudinis premit: ſʒ tñ poſt magnam
vocē ſurgit. i. per magnã gratiã viuificat̄ et
iuſtificat̄ dū penitet. Dat̄ etiã ꝑ hoc intel-
ligi qd̄ xp̄s vocat peccatorē foras exire de
cōuerſione pcti ⁊ de occultatiōe ei⁹ ꝑ cōfeſ-
ſionē faciendã ſacerdoti. Octauū ergo eſt
pctōꝝ confeſſio quã deus adminiſtrat voce
magna clamando. i. magna grã vocãdo: et
hoc notat̄ in eo ꝙ lazarus ꝓdijt de ſepul-
chro. ꝓdire eñ eſt de occulto ꝑ confeſſionē
venire. Sed adhuc pctōr nō eſt totaliter ſo-
lutus an̄q̄ ſuperueniat abſolutio ſacerdo-
tis qd̄ ſignificat̄ per hoc ꝙ (prodijt ligatis
manibus ⁊ pedibus.) Nonum ergo eſt ſa-
cramentalis abſolutio que ſignificat̄ per

hoc ꝙ xp̄s dixit diſcipulis (ſoluite eū.) Poſtuiſſet q̄dē imediate ſimplici v̄bo ip̄mmet ſoluere ſicut fecit ip̄m de monumēto ꝓdire: ſ; voluit ſuos diſcipulos in hoc cooperatores hr̄e: q; vult hoc miniſteriū ſacerdotibus cōicare. Suſcitat ieſus q; ꝑ ſeip̄m viuificat interius. Soluūt diſcipuli: q; miniſterio ſacerdotū abſoluunt viuificati: xp̄s eñ ꝑ ſe intus viuificat: miniſtris ꝑtātē ſoluēdi tribuit. Mortuus ḡ ꝓcedēs adhuc ligat⁹ ē cōfitēs adhuc reus. Ut aūt abſoluātur pctā ei⁹ miniſtris mādat vt illū ſoluāt. Sicut ḡ dn̄s lazarū ſuſcitauit priusq̄ a diſcipulis ſolueret ſic in ꝯtritiōe pctm̄ dimittit: ⁊ pctōrem viuificat prius q̄ a ſacerdote abſoluat: cui tñ poſtea ſe oſtēdere tenetur. Decimū ⁊ vltimū eſt ſatiſfactio q̄ ſignat in hoc ꝙ ieſus ſubdidit (et ſinite eum abire.) Nō dicit facite eū ad ſepulchrū redire. Sic ſacerdos d; principalr̄ ꝓ ſatiſfactiōe iniūgerē hoi ꝙ de ſepulchro et de ꝓfundo peccatorū ⁊ male conſuetudinis longe abeat ⁊ nullatenus recidiuet ⁊ amplius nō peccet. Dixit eñ ſinite abire: nō ſtare vel iacere ſine exercitio ſpūali: q; in via dei ſtare retrocedere eſt: ſ; d; ambulare de v̄tute in virtutē. ¶ Itē miſtice ꝑ lazarū languētē ſignificari etiā pōt grauē tentatiōnē patiēs: et ꝑ ei⁹ ſorores ꝑſone ꝓ ei⁹ alleuiatiōe deuote xp̄m ꝑcātes q̄ nō ſemꝑ exaudiūt: ſ; talis patiēs aliqñ ꝑ actū pcti mortalis mori ꝑmittit ab eo q̄ eſt tāte bonitatis ⁊ potētie ꝙ ſcit ⁊ pōt bona de malis elicere. In hoc autē ꝙ dn̄s vadit ad eū ſuſcitandū oñdit ei⁹ clemētia inquātū hoies i pctis exiſtētes ⁊ q̄ſi mortuos ac ꝑ ſe ad deū accedere nō valētes miſericorditer ꝑueniēdo attrahit ⁊ peccatorē nō ſolū mortuū ꝑ culpā: ſ; ēt aliqñ fetentē ꝑ ifamiā: ⁊ ſepultū ſub lapide ꝑ obſtinationem ſic reducit ad vitā gr̄e ꝙ nō ſolū tollit obſtinatio ⁊ mors culpe: ſ; ēt fetor infamie ⁊ reducitur ſuauis odor bone fame. Nulla eñ deſꝑatiōi dat occaſio cū lazar⁹ iā fetēs et q̄triduan⁹ reſurrexit a mortuis ⁊ monumēto. Loc⁹ aūt ifirmi erat bethania q̄ interpretat dom⁹ obediētie: ꝑ qd̄ dat intelligi ꝙ ſi infirm⁹ ſit deo obediēs pōt ab eo de facili curari. ⁊ ſ; Anſel. In bethania (qd̄ dom⁹ obediētie interp̄tat) lazarū ſuſcitauit oſtēdens oēs q̄ bone volūtatis ſtudio huic mūdo moriētes in ſinu obediētie req̄eſcūt i vitā eternā a deo reſuſcitādos. Iſta autē bethania erat marthe ⁊ marie ꝑ quas duplex vita. ſ. actiua et ꝯtēplatiua ſignificat: vt ſic ꝑ h̄ intelligi det ꝙ ꝑ obediētiā hō ꝑfect⁹ in vita actiua et cōtēplatiua reddit. Dr̄ autē de lazaro ꝙ poſtea nūq̄ riſit: nunq̄ in geſtu ſigna iocoſa oſtēdit ꝓ eo ꝙ vite huius erūnis q̄s moriens euaſerat reddit⁹ fuit. Magis eñ q̄ añ fact⁹ amator vite illius peniebat eū vite iſtius. vñ Aug. O ſi poſſemus excitare hoies: ⁊ cū ipſis pariter excitari vt tales eſſem⁹ amatores vite ꝑmanētis quales ſunt hoies amatores vite fugiētis. Credit autē hoc factū ea die q̄ in eccl'ia ſolet legi. ſ. feria ſexta añ dñicam de paſſione dn̄i. Monumētū v̄o lazari demōſtrat eccl'ia ibidē in honore btē marie magdelene cōſtructa ⁊ grāde monaſteriū magna oliuaꝝ ſilua circundatū: vbi erat abbatia ſcti lazari cū abbatiſſa ⁊ monialib⁹ ordinis ſcti benedicti. (Multi ḡ iudeoꝝ q̄ vi[illegible]erāt) mirabilia (q̄ fecerat ieſus crediderūt in eū.) Nec mirū: q; illud ſignū fuit diuine virtutis manifeſte oſtēſiuū: ⁊ tale miraculū nō ē a ſeculo auditū. ſ. ꝙ mortu⁹ q̄triduan⁹ in monumēto reſuſcitaret ad vitā. vñ ſm̄ Augu. Excedit oē miraculū qd̄ ieſus circa lazarū fecit: quē ab ipſo iferni inquilino deſtructa lege tartarea redire ad ſuperos iuſſit. (Quidā aūt ex ipſis) iudeis (abierūt) eadem die (ad phariſeos ⁊ nūciauerūt eis que fecit ieſus) et celebris erat ſmo de eo apud mltos: alij bono: alij malo zelo moti nūciauerūt: quia ſicut ex ſignis viſis boni conuertunt ⁊ proficiūt: ita frequēter mali obdurant et deficiūt. Boni q̄dē nūciauerūt eis vt mitigarēt eos circa ieſum ⁊ ꝓuocādo vt crederēt mali v̄o vt cōcitarēt eos ieſum ⁊ prodendo vt ſenirēt ꝑ bonos illi ſignant q̄ bōa i alijs ſicut in ſe amāt: ⁊ oia i bonū iterp̄tant: ꝑ malos aūt illi qui vidētes ſeruorum dei opera odijs iſequunt ⁊ iſamare conant. ¶ Orō.

Benignissime ieſu q̄ q̄triduanū lazarū iā fetētē a ſepulchro reſuſcitaſti: et a vinculis ſoluere ac libere abire feciſti moueantur obſecro viſcera mie tue ſuper me miſerū pcti delectatiōe cōſenſu ⁊ ꝑpetratione mortuū: mole male cōſuetudīs oppreſſum ⁊ ſepultū: iāq; quatriduanū ⁊ fetidū ⁊ me ſepulchro vitiorū reſuſcita: vt ꝑ cōfeſſionē foras veniā reſuſcitatū a vinculis peccatorū ⁊ mortis: ſolue ſolutū ab omi ſeruitute liberum in libertatē glorie filiorum dei ire concede. Amen.

¶ De cōſpiratione pontificū ⁊ phariſeoꝝ ꝯtra chriſtū. C. xviij.



Predcō ita q; miraculo de ſuſcitatiōne lazari publicato pōtifices q̄ erāt maioris auctoritatis et magis literati ⁊ phariſei q̄ videbātur pre alijs religioſi ex q̄bus factū eorū grauius erat moti ſunt ad tractādum publice de morte chriſti ex ira et in[…]

Augu.

Lazari monumentū.

Augu.

miſtice

Anſel.

Lazar⁹ nō riſit deincep̄s.

Joā. xi.

nidia quā de fama ꝛ gloria eius habebāt ꝛ ad hoc faciendū (collegerūt ꝯſiliū) ſabbato mox ſequēti (aduerſus ieſuz) timētes ſi dimitterent eū ſic vincētē ꝛ ſigna talia faciētem per ipm amittere et locum et gentem eo ꝙ oīs turba poſt eum iret eiqꝫ crederet et ipſa ſacra eorū vana et abolēda eſſe doceret.

cōſiliū.

Cōſiliū a cōſiliādo eſt dictū: qꝛ ꝯſiliati ꝛ cōgregati erāt in vnū malū conſenſuz. Et hoc erat primū cōſiliū qđ habuerūt contra ieſum. Prius quidē querebāt euz interficere: nunc aūt ſententiā firmauerūt: et ꝗrētes conſilium aperte de morte eius tractauerūt. Uidebant eñ xp̄m populo tanꝗ̄ regē honorari: et quia mandatū romanorum erat vt null⁹ niſi ꝑ eos deberet rex noiari. Oīs eñ qui ſe regem facit cōtradicit ceſari ideo timebāt ꝙ ſi xp̄m tanꝗ̄ regem haberēt romani ipſos rebelles reputarēt: et veniētes ꝯtra eos ciuitatē ꝛ locū deſtruerent.

B

Timor phariſeorū,

Uel timebāt etiā ne ſi xp̄i doctrina ꝓcederet: templū et vniuerſa religio ac reuerētia eius vilipēderetur: ꝛ iudei nulli⁹ momenti fierēt: et ideo romani ciuitatē eis auferrēt: eoſqꝫ in ſeruitute diſpergerent. Uel certe timebant ne ſi omnes in xp̄m crederēt nemo remaneret qui aduerſus romanos ciuitatē tēplūqꝫ defenderet: qm̄ contra ipm tēplū et contra ſuas paternas leges doctrinā ipſi eſſe ſentiebāt. Pōtifices ꝛ phariſei ſibi conſulebāt nec tñ credere volebāt. Plus enim ꝑditi hoīes cogitabāt quomodo alteri: ſcꝫ xp̄o nocerēt: vt perderent ꝙ quomodo ſibi

Io. xiij.

cōſulerēt ne perirēt. Timebāt ꝛ cōſulebāt. Sed trepidauerunt timore vbi non erat timor. Si enim xp̄o credidiſſent: ſi eum nō occidiſſent nec locū nec gētē amiſiſſent. Sed qꝛ xp̄m occidere nō timuerūt: ꝛ locū ꝛ gētē ꝑdiderūt. Nā ꝛ romani poſt paſſionē ꝛ glificationē tulerūt eis locū ꝛ gētē expugnando et trāſferendo. Tp̄alia ꝑdere timuerūt et eterna nō cogitauerūt: ꝛ ſic vtraqꝫ amiſerūt. Que vt fugituri egerūt hec qꝛ egerunt nō effugerūt. Quid vobis ꝓfuit o inſani iudei quod tantū ſcelus cōmiſiſtis? Aliquid quia xp̄o dn̄o vt docuit ſeruire noluiſtis: ideo dn̄o caruiſtis: Dn̄i eñ illi ſeruiunt reges quib⁹ vos ſeruitis facti eſtis mali ſerui bonorū ſeruorū xp̄i. Per quos cōterit cōtumaciā veſtrā: ꝑ ipſos diſſipat conſilia veſtra: ꝑ ipſos retribuit ſcelera veſtra in capita veſtra. Ipſe autem dominus quem interimiſtis non vos ſeruos: ſed liberos eſſe cupiebat: qñ dicebat ſi vos filius liberauerit vere liberi eritis. Uos aūt dn̄m deum regem ꝛ ipſaz verā libertatē nō ſolū repudiaſtis: verūetiā negare cupientes clamaſtis. Nō habem⁹ regē niſi ceſarē.

C

Religioſi ficti.

Conſidera qđ ſunt hodie hoīs etiaz religioſum habitum geſtantes qui iudeos imitando tp̄alia ꝑdere metuūt: ꝛ eterna nō attēdūt: ſicqꝫ vtraqꝫ nō immerito amittūt. Sunt eñ pleriqꝫ et religioſi ꝗ tp̄alia qñqꝫ minus iuſte ꝛ obliꝗ acquirētes: vel ſic acq̄ſita poſſidētes ea dimittere trepidāt: ꝛ pro his eterna amittere nō formidāt. Et qꝛ nūc cū iudeis tenebras diligūt interiores ſcꝫ culpe: idō tūc cū eis in tenebras mittenť exteriores .ſ. gehēne. Religioſus ergo cupid⁹ vel van⁹ eſt lamētabilis qꝛ miſerabilior eſt quodā mō oīb⁹ creaturis .ſ. carēs deo ꝛ mūdo. ¶ Tūc cayphas qꝛ pōtifex fuit ꝗđ eis faciēdū erat decreuit ꝛ ꝓpter auctem officij locut⁹ eſt dicēs. (Expedit vt vn⁹ hō etiā ſi bon⁹ ꝛ iuſtus eſſet ꝑ populo moriatur ꝛ ppl̄i conſeruatiōe (ꝛ nō tota gēs pereat) ſi ille in vita maneat: quia bonū cōe magis eſt eligēdū ꝙ particulare. ¶ Hic ptꝫ manifeſte paſſio inuidie et liuoris contra ieſum: ꝛ paſſio timoris ꝑdēdi gētē ꝛ locū ſubuertebat in eis rōnis iudiciū: qꝛ nullo caſu licitū eſt interficere innocentē ꝛ iuſtum ꝑ hoc eñ nō ꝓcurať: ſed magis deſtruiť cōe bonuꝫ. Propter qđ iudicio dei illud malū qđ credebāt ꝑ mortē xp̄i euadere .ſ. deſtructionē loci ꝛ gentis hoc ꝑ mortē xp̄i incurrerūt: qꝛ in penā hui⁹ pctī romani locū ꝛ gētē deſtruxerūt qđ ꝑ Titū et veſpaſianū anno .xlij. poſt paſſionē xp̄i eſt factū.

D Cayphe ꝓphetie.

Prophetizauit autē cayphas vtilē humano generi mortem xp̄i lꝫ neſciens. Quāuis eñ eſſet intētio cayphe dare ſolūmodo conſiliū de morte xp̄i pro tp̄alis periculi euaſiōe circa pplm iudeorū: tñ vbū ſuū ſic ſonabat ꝙ xp̄s erat moriturus pro gēte et populo: et ꝙ ſic protulit fuit prophetia ꝗdammodo de futuro ꝙ chriſtus erat moriturus pro ſalute ſp̄uali non ſolum iudeorum: ſed etiam omniū gentium qui crediturí erant in ipſum et per fidem congregandi. vnde Theophi. Hoc ipſe quidez praua dixit intentione: ſed tamē ſpiritusſancti gratia ore eius vſa eſt ad futuri preſagium. hec Theophi.

Theo.

Non tamen ſequitur quod quicūqꝫ ꝓphetat, ſit propheta: nam quandoqꝫ alicui conceditur actus alicuius rei cum tamen conditio ei non conceditur. vnde Orige.

Orige.

Nō quicunqꝫ propheta eſt: ſicut non quicunqꝫ ius proſequitur iuſtus eſt: ſcilicet qui facit aliquod opus propter humanā gloriā. hec Orige.

E Expediuit xp̄z mori tripliciter.

Expediēs autē ꝛ neceſſariū fuit xp̄m pro nobis pati et mori ratione triplici. Primo ad oſtendendum circa nos iudiciū diuine dignationis et pietatis. Scđo ad exoluēdum precium noſtre redemptionis qđ fuit precioſus imaculati Ieſu chriſti ſanguis. Tertio ad prebendū exemplū noſtre imitationis vt ſequamur veſtigia eius. Inſup et alia ratione triplici expediebat xp̄z mori. Primo qꝛ hō mortu⁹ erat: ꝛ ideo expediebat vt xp̄s mortē nr̄am deſtrueret: ꝛ hoīem

viuificaret. Erat autē hō mortu⁹ q̄druplici morte .s. nature: culpe: gehēne: et priuatio- ne visiōis diuine. Primā destruxit p̄ suā glo- riosā resurrectiōez: scdām p̄ sui sanguinis effu- sionē: tertiā p̄ inferni expoliationē: q̄rtā per sue visiōis restitutionē. Scdō q: hō erat p- ditus: iō expediebat vt xp̄s ad nos veniret: ac mortē subiret: et sic hoiez pditū inueniret. Tertio q: hō erat a deo diuis⁹ et dispsus: iō expediebat vt xp̄s hoies in vnū congrega- ret: et ad eū reuocaret. Ca- yphas ḡ pphetizauit q̄dē .i. v̄ba pphete protulit nec tamē erat ppheta: q: inspirationē ppheticā non accepit: et donū pphetie nō habuit sicut et Balaā. vñ fm Aug. Docemur ēt hoies ma- los pphetie spū futura p̄dicere: qd̄ tñ euā- gelista diuino tribuit sacramēto .i. v̄tute ip- sius sacramēti: sc3 summi sacerdotij: q: cay- phas nō a semetipō hoc dixit: s3 cū eēt pōti- fex .i. sūm⁹ sacerdos anni illi⁹ et ministeriu3 habens in manib⁹ nō meritis suis pphetizauit et spū dei locut⁹ est: q: ipō ignorante dcm̄ propheticū protulit nō rōne meriti sui s3 dignitatis officij: et forte vnctio pontifica- lis cōtulit ei quēdā sensum pphetandi. vñ Chri. Uide autē quāta spūscti virt⁹ est. a mēte eñ mala valuit v̄ba pferre pphetie. Uide ēt quāta est pōtificalis v̄tus ptātis. Pōtifex eñ effect⁹ et si indign⁹ existēs pro- phetauit nesciēs q̄d diceret. Ore eñ solum vsa: est grā: 9taminatū cor nō contigit. hec Chri. Ob quā auctem solū credim⁹ malu3 p̄latū exaudiri et forte: q: p̄co ecclie ē et i ei⁹ voce dicit orem⁹. cū mlte auctoritates fa- ciāt i cōtrariū: vt illa q̄ suis p̄mit aliena nō diluit et hmōi. D̄r āt cayphas fuisse pōtifex anni illi⁹: q: l3 de⁹ 9stituerit summū sacer- dotē vnū cui mortuo vn⁹ succederet p̄ ābi- tionē tñ postea euenit vt plures eēnt: et per annos singulos suis vocib⁹ ministrarent. (Ab illo ḡ die q̄si vtili accepto cōsilio (cogi- tauerūt) magis diffinite q̄ pri⁹: vt xp̄m q̄ ci- tius possent interficerēt dicētes: vt inuen- tus duceret in hierl'm. l3 eñ añ habuissent instinctū et volūtatē interficiendi ipm: tñ ex ex cōsilio cayphe diffinierūt firmo pposito hoc q̄ citi⁹ possēt adīplere. O prauū 9siliū o pessimi duces ppl'i: o consiliarij neq̄ssimi. Quid agitis miseri? Quis vos furor exagi- tat tantus? Que ordinatio est hec? qd̄ ppo- situm? q̄ cā accusationis dñi nr̄i Jesu xp̄i? Nonne ipse in medio vestrū est: quē tñ ne- scitis: et itelligit oia v̄ba vestra: et scrutatur renes et corda. S3 sic fieri op3 vt delibera- stis: q: tradidit eū pr̄ su⁹ in manibus vr̄is. Q: ḡ ies⁹ iā destinat⁹ erat morti: iō ab ipso sabbato quo concilium collegerunt inchoa mus memoriam dñice passionis in diuino offō maxie in hymnis et subiicem⁹ Glīa pa tri l introitu misse: et rñsorijs: et q̄si post ho- ram eiusdē cōsilij publicū luctū icipiēs ec- clesia et suo cōpatiēs dño sicut mēbra capiti ex tūc q̄si lugēdo recitat vexillū regis miste riū crucis: clauos et lanceā3 pforati corpis et his similia vsq3 ad diē passiōis: nondū tñ plene: q: nōdū tradit⁹ erat dñs in lanista- rū man⁹. Uñ dñicā et ebdomadā illā de pas siōe dñi appellam⁹. Diuulgatū āt fuit istō cōsiliū de occasione xp̄i habitu3. S3 sapiēs dñs volens dare locū ire: et ēt q: nōdū erāt oia cōpleta: necdū venerat hora ei⁹ p̄ quē tradēdus erat et crucifigēd⁹ post cōsiliū cau ti⁹ se obseruās palam apud eos ambulare desijt: neq3 ad aliquam ciuitatem popula- tam abijt: sed in regionē iuxta desertu3 vbi pauci de iudeis erāt: et nō frequētia insidiā tium in ciuitatē effrē q̄ erat parua et parū populata: ac magis secreta: et ibi morabat cum discipulis suis vsq3 ad tp̄s sue passio- nis ppinquū. Sed stetit ibi paucis diebus cū ipis discipl'is se occultās ad temp⁹. vbi Chriso. ipsi autē qñ oēs letabant et festum celebrabāt tūc occultant et in periculis sūt sed tñ pmanebāt cū eo fm illud. Uos estis q̄ permāsistis mecū in tentationibus meis. Et sic fugit dñs ante faciē neq̄ssimoru3 ser- uorū: et hoc nō fecit ppter potētie defectū: sed vt alijs daret viuendi exemplum. Unde Aug. Nō q: potētia ei⁹ defecerat in qua si vellet palā cū iudeis cōuersaret et nihil ei facerēt: s3 exēplū discipulis demonstrabat in q̄ apparet nō esse peccatū si fideles eius oculis psequentiū se subtraherēt et furore3 sceleratorū latendo poti⁹ euitarēt q̄ se ostē dendo magis accēderent. fm Orige. Hone- stum et laudabile est imminēte iam piculo et agone cōfitēdi iesum nō euitare cōfessio- nē: nec recusare subire mortē gratie v̄ita- tis: sed nullus d3 tradere occasionē tāte tē tationi: et hoc propter duas rōnes. Prio q: valde presumptuosum est periculis se inge- rere propter inexperiētiā proprie v̄tutis q̄ et qñq3 fragilis inuenit: et propter futuri euentus incertitudinē. Secundo ne nos in gerentes psecutoribus occasionē prestem⁹ eis: vt magis impij et noxij fiant: et nos de eorū delicto demus responsum: et luamus penas. (Proximum aūt erat pascha iudeo- rum.) Hoc subditur ad ostēdēdū q̄ christ⁹ paruo tp̄e in ciuitate se occultauit: quia añ pascha in hierusalē venit. (Et ascenderunt multi de regione hierosolymam ante pas- cha vt sctificarēt et mūdarēt seipos) orōni- bus et sacrificijs ante festū ad digne come dendū agnum paschalē quē nullus come- dere debebat nisi mūd⁹. Preceptat eñ dūs per Moysen vt vndiq3 de tota iudea conue nirent ante pascha in hierl'm: et ibi fm legē añ iesum agni paschalis se mūdarēt vt sic purificati solēnitati et esui agni mūdi in-

Mors q̄druplex.

Augu.

Chriso.

Pōtificalis v̄tus.

Consiliū prauum.

Effrem

Chriso.

Fuga domini

Augu.

Orige. 9fessio fidei.

Theo. tereſſent. vñ Theo. Aſcenderũt aũt añ paſ-
cha vt purgarẽt. qm̃ q̃cũq; peccauerãt paſ
cha nõ celebrabãt niſi pri⁹ expiarent̃ bal-
h neationib⁹ et ieiunijs ac raſura q̃netiã q̃ſ-
Cõica= dã deputatas oblatiões offeredo. hec The.
re volẽ= vbi iformant̃ q̃ dñt cõicare q: cõfeſſiõe: orõ
tes. ne ⁊ ieiunio añ dñt purificari. Si eñ h̃ fie-
bat de agno figurali multomagis ſe d3 hõ
ſctificare bonis operib⁹ ad digne recipien-
dũ verũ agnũ imaculatũ corp⁹ xp̃i. Sed iu
dei obliti ſunt ſctificatiõis tractabãt de ne-
ce veri agni ⁊ ipm̃ agnũ ad imolandũ q̃re-
bãt in ipſo loco orõnis feſto ſanguinẽ ino-
centẽ miſcere cogitãtes. vñ Chri. Hi vene-
rãt in exteriorib⁹ ſe mũdare et in iterioꝛib⁹
p̱ homicidiũ ⁊ ſanguinẽ ſe coinquinare. Jn
Chriſ. ſidiabant̃ ei et tp̃s feſti tp̃s faciebant occi-
ſionis. h̃ Chri. (q̃rebãt g̃ ieſu3 ⁊ colloq̃ban-
tur adinuicẽ in tẽplo ſtãtes. Quid putatis
q: nõ venit ad diẽ feſtũ) q: eñ mirabant̃ ꝙ
in tanta cõgregatiõe ad docendũ nõ vene-
rat: iõ q̃rebãt nõ q̃dẽ bñ ⁊ ad honoꝛandũ: ſ3
Dies male ⁊ ad occidẽdũ. ¶ S3 eſt notãdũ ꝙ qñ
feſtus. eſt dies feſt⁹ ⁊ agit̃ ſctẽ ſp̱ dñs eſt i die feſto
Math. ſm̃ illð. Ubi duo vel tres ꝯgregati fuerint
xviij. in noĩe meo in medio coꝝ ſum: ⁊ iõ nos cõ-
gregati in domo dei q̃ram⁹ ieſum moꝛtuos
nos ꝯſolãdo ⁊ exoꝛãdo: vt ad diẽ feſtũ nr̃m
veniat ⁊ nos ſua p̄ñtia ſctificet: qñ vero nõ
recte agit̃ feſtũ: tũc nõ venit ieſus ſm̃ illud
eſaie. j. Eſa. Feſtiuitates vr̃as nõ feram. Et ſubdit
euãgeliſta q̃ſi r̃ndẽs q̃ſtioni coꝝ. (Dederãt
eñ põtifices ⁊ phariſei mãdatũ vt ſi q̃s co-
gnouerit vbi ſit ieſus indicet) ptãti publice
(vt apprehenderẽt eũ). ſ. miniſtri ptãtis ad
occidendũ: ppt h̃ eñ ab eis ſicut ab igratis
et obſtinatis receſſerat: vſq; ad tp̃s q̃ð ſue
Augu. paſſiõi diſpoſitũ erat. Sed vt ait Aug. nos
Contẽ= q̃ ſcim⁹ vbi xp̃s eſt: q: ad dexterã dei pr̃is i-
platio. dicem⁹ iudeis vt ſic vtinã apprehendãt eũ
p̱ fidẽ. Cõſpice igit̃ p̄dictos nephariosn in
ſuo cõſilio peſſimo eſtuãtes: ⁊ dñm ieſu3 ac
diſcipulos tanq̃ pauperes ⁊ ibecilles rece-
dẽtes. Quid tũc putas magdalenã dixiſſe.
Sed ⁊ q̃lis animi mater dñi ieſu erat cũ ſic
eũ recedere videret et audiret eãm q̃re: q:
ſci3 eũ occidere volebãt. potes hic meditari
dñam ⁊ ſoroꝛes eius tunc cũ magdalena re
mãſiſſe ⁊ dñ3 ieſu3 eas oẽs de ſcita ſua ꝯuer
ſiõe tũc cõſolatũ fuiſſe. Conſidera nũc q̃ ſic
dñs ſuos aduerſarios q̃s ſolo nutu p̱dere
poterat tãq̃ ibecilles recedẽdo declinabat
nec ſe ſaltẽ v̄bis excuſando defendebat: ac
eius mãſuetudinẽ ⁊ hũilitatẽ imitãdo oẽm
depõe amaritudinẽ ⁊ furoꝛẽ: q: ſic ⁊ coꝛpis
et aĩe habebis requiẽ. Oratio.
Domine ieſu xp̃e magni ꝯſilũ an
gele q̃ ꝯſiliũ malignãtiũ ꝯtra te
fieri pmiſiſti nec illis reſiſtere p̱
potẽtiã ſed magis cedere p̱ pa-
tientiã voluiſti: ne derelinquas me in errã-
te iudicio aut noxio cõſilio mei arbitrij vel
hoim: neq; in ptãte aut tẽtatiõe demonũ: ſ3
tu ipſe clemẽter ne intus et foris diſpone et
rege ac dirige in viã ſalutis eterne. Da mi-
hi dñe vt q̃cquid ꝯtra me diabolice aut hu
mane moliunt̃ aduerſitates redigãtur ad
nihilũ vt illeſus ⁊ de omni periculo erept⁹
letus tibi referã actiones gratiarũ. Amen.

¶ De decem leproſis a domino curatis. Capitu. xix.



Factum eſt aũt cũ cõplerent̃ ⁊ appro A Luc. ix. ⁊ xviij.
pinquarent dies aſſum-
ptionis dñi ieſu. i. a mũ-
do ad patrẽ p̱ paſſionẽ et
moꝛtẽ nõ diuertit ſed (fir-
mauit faciẽ ſuã) i. volũ-
tatẽ: nã p̱ faciẽ deſignat̃
animi volũtas in locum
paſſionis: ⁊ (vt iret in hierl̃m) q: ibi opoꝛte-
bat verũ agnũ imolari vbi figuralis agn⁹
ſolebat offerri. Aſſumptionẽ ieſu dixit lu- Aſſum=
cas nõ ſolũ ſm̃ tp̃s quo aſſumi debebat p̱ ptio
paſſionẽ de hoc mũdo ad patrẽ: q: opoꝛtuit xp̃i.
pati xp̃m: ⁊ ita intrare in gloꝛiã ſuã: ſed etiã
ſm̃ p̄ceptu3 de agno paſchali q̃ decimo die
mẽſis pmi aſſumebat̃ de grege et ad domũ
inferebat̃ ⁊ ſeruabat̃ vſq; ad veſperã. xiiij.
diei ⁊ tũc imolabat̃. Jn hũc modũ xp̃s deci
ma die. i. ramis palmaꝝ venit ad locũ paſ- Proui=
ſionis. ſ. in hierl̃m vbi tanq̃ verus agn⁹ erat dentia.
p̱ nobis imolãdus: mãſitq; ibi ⁊ circa vſq;
dũ paſſus eſt: vt ſic veritas figure r̃nderet.
Ex quo pt3 ꝙ tp̃s ſue paſſiõis p̄uidit quaſi
de⁹: ⁊ ꝙ ſpontanee nõ coacte eſt paſſus vñ
(firmauit). i. nõ leuiter voluit: ſed firmiter
⁊ conſtanter diſpoſuit vt iret in hierl̃m) ad
ſuſtinẽdũ moꝛtẽ vt oſtẽderet ſe ſpõte paſſu-
rũ: ⁊ ſuo exẽplo diſcipulos animaret ad paſ
ſionẽ. Sic ⁊ tu oẽ opus bonũ firmus ⁊ ſta-
bilis debes aſſumere: nec p̱pter tentatiões
ab eo dimitere. Jnſtante ergo tp̱e paſſionis
q̃ tranſmigraturus erat de mũdo ad patrẽ
preſtat doꝛſum galilee ⁊ faciẽ in hierl̃m cõ-
uertit: ac firmata ⁊ imperterrita mẽte locũ
quo pati decreuerat petit. Non huc et illuc
ibat: ſed iter verſus hieruſalẽ tenebat. Un-
de qui ſuperius plures excitauit et hoꝛta-
tus eſt diſcipulos et alios ad martyrium et
ſui ſequelam verbo: hic hoc idẽ facit facto
eos tanq̃ magiſter et ductoꝛ precedens et
quaſi facto ſuo dicens. (Si quis vult poſt
me venire abneget ſemetipſum ⁊ tollat cru
cem ſuã et ſequatur me. (Appropinquan-
te ergo tp̱e paſſionis ſue dñs Jeſus q̃ plu-
ries fugerat incipit reuerti. Sicut eñ in ſu-
perioꝛibus ad noſtrã inſtructione3 vſus eſt

prudētia oſtendēs ꝙ ꝓ loco et tpe furorē ꝑ ſeqntiū caute debemus declinare: ita nunc vtit fortitudine: q2 debito tpe iminēte ſpōte rediit vt ſe paſſiōi offerret ꝛ in manib9 ꝑ ſeqntiū traderet. Sic alʼs fuit vſ9 tēperātia cū fugit honorē qñ turbe voluerūt eū facere regē: ꝛ ecōtrario fuit vſus iuſticia cū voluit tāꝙ rex honorari qñ ppłs cū ramis arborū occurrit eidem. Satis tñ modeſte eūdem honorē voluit: ꝛ ideo aſellū aſcendit.

B — Virtutes xp̄i.

Iſtis igiť quatuor ꝟtutib9 vſus eſt dñs ꝟtutū ꝓpter noſtrā inſtructionē a quib9 oēs alie ꝟtutes morales deſcendūt ꝛ deriuanť: ꝓpť qđ cardinales ac pncipales eē dicunť. Non ergo eſtimād9 eſt fuiſſe incōſtās vľ varius ſicut nec aliquis alius qui ſm diuerſos caſus in diuerſis ſe exercet virtutibus. (Et factum eſt dum) paſcha celebraturus (iret in hieruſalē tranſibat ꝑ mediā ſamariā ꝛ galileam.) Samaria erat terra gentiū: galilea iudeorum. Et ideo chriſtus vadens ad paſſionem tranſit per gentes ꝛ iudeos dans intelligere ꝙ fruct9 ſue paſſiōis in oēs erat futurus atq; fides nobis ei9 poſt mortē ꝛ iudeos et gētiles vnū debebat efficere populū. Quia ergo erat diſcordia inter iudeos et ſamaritanos ipſe inter vtroſq; ꝛ per mediū vtriuſq; terre trāſijt vt tanꝙ mediator eos pacificaret ꝗ ad ſaluādos gentiles ꝛ iudeos venerat. (Et) in ingreſſu cuiuſdam caſtelli in terminis ſamarie (occurrerunt ei decē viri leproſi) q2 audierant famā de mirabilibus xp̄i. In ingreſſu vrbis et tñ añ ingreſſum occurrerunt ei quia ritu legis Moſaice quaſi immūdi erāt ab vrbibus ꝛ oppidis excluſi: nec poterant cū alijs cōmorari. Conuerſabanť aūt adinuicē: q2 cōmunitas paſſiōis fecerat eos vnanimes ꝛ preſtolabantur ſimul tranſitū Ieſu ſoliciti donec aduenientē eū viderent. (Qui ſteterunt a longe) tum propter xp̄i reuerentiā tum q2 non debebant appropinquare hoibus ne eos inficerent eo ꝙ lex iudeorū leprā immūdā non tangendam iudicat. Lex euāgelica leprā non externā: ſed internam eſſe immūdā affirmat. Et ſm Theo. A lōge ſtant quaſi verecundantes de immūdicia.

Theo.

putabant eñ ꝙ xp̄s eos queadmodū alios faſtidiret. Sic ergo abſtiterūt loco ſed facti ſunt primi deprecando ꝓpe eñ eſt dñs oibus inuocantibus eū in veritate. (Et leuauerūt vocē ſuam) ex magnitudine affectionis ꝛ magno deſiderio ſanitatis: ꝛ clamauerunt dicētes. Ieſu pceptor miſerere nr̄i) q2 ſolo pcepto ꝛ ꝟbo potes nos curare. Si ieſus g̃ vult: ſi pceptor g̃ pōt: ſi miam inuocant g̃ ſe miſeros ꝛ indigētes oſtēdunt: ꝛ ſic petitio fuit digna ꝛ ex parte petentiū q2 miſerādi: ꝛ ex parte eius a quo petebať: quia Ieſus volens ꝛ pceptor potēs. ſm Tytū dicūt nomē ieſu ꝛ lucrifaciūt rē. Nā ieſus interptať ſaluator. vñ ſeqť. (Quos vt vidit) benignitatis ꝛ cōpaſſionis ꝛ mīe oculis) dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibus.) Lex eñ pcepit vt emundati a lepra ſacerdotib9 ſe preſentarēt: nō vt ſacerdotes eos mūdarēt ſed vt eos mūdos eſſe iudicarēt: ꝛ vt mūdati ꝓ ſua emūdatiōe ſacrificiū ī lege ꝺterminatū offerrēt. (Et dū irēt) vt ſacerdotib9 ſe demonſtrarēt (mūdati ſunt) ex fide ꝛ obedientia ad xp̄m meritorie de congruo ſed diuina ꝟtute effectiue.

Titus.

C — Mūdati añꝙ aduenirent.

¶ Quatuor ex cauſis mūdati ſunt anteꝙ ad ſacerdotes puenirent. Primo q2 xp̄s nouerat ſacerdotū ſupbiā: cōtempſiſſent eñ eos aſpicere. ne ergo ſcādalizarenť pueniť eos ſanare. Scđo bonū obedientie eorū hoc meruit. Tertio hoc meruit eoꝝ fides. Quarto voluit oſtēdere ꝙ non ꝟtute legis aut ſacerdotū erāt mundati: ſed dei imperio. (Unus aūt) eorū ꝗ ſamaritanus ꝛ gentilis erat (vt ſe mūdatū vidit) ſuā ſanationē virtuti xp̄i deputās (rediit cū magna voce ad deū) ex fidei ꝛ deuotionis magnitudine (magnificās) ꝛ tāꝙ gratus bñficiū recognoſcēs (cecidit) ꝑ humilitatē (in faciē añ pedes ieſu) ꝑ deuotionem et reuerentiā exhibens (ꝛ adorauit eū) gratias pro beneficio accepto ſibi (agens.) Ubi exprimiť fides eius ꝛ deuotio ac beniuolentia et grandis affectio. Dedit autē ei fiduciā appropinquādi dño iā ſuſcepta purgatio. Ceteri vero qui iudei erant permanſerunt ingrati: nec ad agendū gratias ſunt reuerſi: quia decepti a ſacerdotibus quib9 ſe repreſentauerant quiq; doctrine Chriſti et miraculis detrahebāt ſm eorū informationem attribuerūt ſuā ſanationē obſeruātie legis cū ſe ſacerdotibus oſtendebāt ꝛ nō virtuti xp̄i: licet a principio fideliter ꝛ deuote petiuiſſent ab eo ſanari. (Et dixit Ieſus. Nōne decē mundati ſunt ꝛ nouē vbi ſunt?) Non interrogat dñs quaſi neſciēs: ſȝ ingratos querit quaſi ignorās et de eorū ingratitudine dolens et eos requirēdo oſtēdit ſibi ignotos. i. reprobatos. Sicut enim ingrat9 nō recognoſcit dei beneficiū: ita nec de9 noticia approbationis recognoſcit ipſum: recognoſcentē vero ſe recognoſcit ꝛ ipē. vnde Bed. Et merito eos ſaluator quaſi ignotos vbi ſunt inquirit. Scire eñ dei eligere: neſcire reprobare eſt. hec Bed.

Beda. — Scire ꝛ neſcire dei.

Magis autem dolendū eſt de eo qui aliquā incurrit ingratitudinis culpā ꝙ de bñficio pdito. Et ideo quaſi plangēdo ſubdiť. (Non eſt inuentus qui rediret ꝛ daret gloriā deo niſi hic alienigena) alteri9. ſ. gentis ꝗ nō erat de iudeis. Et hoc dictū eſt vel a xp̄o: ꝛ tūc erāt ꝟba q̄ſi lamētantis vel dictū eſt ab euāgeliſta in cōfuſione iudeorū ꝗ non ſunt reuerſi ad xp̄m. Et nota ꝙ in hoc qđ iſte alienigena rediit

Alienigene reditio.

et alii q̃ erãt iſraelite reditũ neglexerũt ꝑfigurata fuit vocatio et fides gẽtiliũ q̃ venturi deuoti erãt ad fidẽ xp̃i ac repudiatio ⁊ ꝑfidia iudeorũ qui in ſuo errore erãt remãſuri. Dñs aũt ⁊ i lepis ⁊ in olb⁹ q̃s ſanauit in corpe ſanauit ⁊ in aĩa: ſ3 hi poſtq̃ fuerunt ſanati in corpe et iuſtificati in aĩa ac boni facti poſtea corruerũt a grã et facti ſũt mali et ingrati. Deinde eorũ igratitudinẽ magis cõfutat dñ alienigenã q̃ redierat laudãdo cõmẽdat: q2 eñ hũiliter añ deũ infirmitatẽ ſuã cognouit: iõ dñs conſolãs eũ dixit. (Surge). ſ. a pctõ in q̃ iacuiſti ceſſando (et vade) de ꝟtute in virtutẽ in cõuerſiõe quã incepiſti ꝑficiẽdo (q2 fides tua) q̃ intellectũ deo ſubdidiſti (te ſaluũ fecit) et ad ſalutem non ſolum corporis: ſ3 ⁊ aĩe reduxit: q2 ipſa eſt initiũ iuſtificationis ⁊ dat fiducia regni celeſtis. Ubi Beð. Si aũt fides ſaluu3 fecit eũ q̃ ſe ad agẽdas ſaluatori grãs iclinauit ergo ꝑfidia ꝑdidit eos q̃ de acceptis bñficiis deo gloriã dare neglexerũt.

Beda.

D miſtice.

Miſtice ꝑ leprã q̃ eſt corruptio carnis ſignat peccatũ mortale qḋ eſt corruptio aĩe. Primo q2 cõiter in lepra vox efficit inualida: ſic in peccatore vox eſt inualida: q2 deus pctõres nõ audit. ⁊ cũ multiplicãt orõnẽ nõ exaudit. Secũdo q2 i leproſo corpe multa vlcera minuta dura et rotũda creſcunt: ſic i cordẽ pctõris multe cõpũctiões ⁊ anxietates diuerſorum pctõrũ ⁊ circũſtãtiaꝝ ꝯſurgũt: minuũt ſꝑ affectionẽ hoĩs ad deũ et reddũt hoĩem durũ ⁊ rebellẽ deo ⁊ ei⁹ mandatis: ⁊ ꝑ hoc ſũt corda hoĩm pctõrũ rotunda et ductilia ſc3 ad volũtatẽ diaboli. Tertio q2 eorũ anhelitus corrũpit et eius fetore ſepi⁹ alii inficiunt: ſic opatio ⁊ ꝯuerſatio pctõris ita eſt corrupta q̃ cõuerſantes infirmant ex vitioſo eorũ cõuictu. Quarto q2 lepra quãto ſtudioſi⁹ reprimit tãto pl⁹ turpior poſtea ebullit: ſic pctm̃ quãto plus occultatur tãto pl⁹ creſcit: et ideo turpi⁹ apparebit.

Denarius numerus.

Per denariũ vero numerũ vniuerſitas ſignificat: numeri nãq3 ſequẽtes vſq3 ad cẽtũ ſũt ipſi⁹ et ꝑtũ ei⁹ replicatiões: ⁊ ſic ꝯñr ꝑ decẽ leproſos occurrentes xp̃o ſignificat vniuerſitas pctõrũ penitẽtiũ. Uel leproſi ſignãt eos qui peccãt ꝯ decẽ precepta decalogi varietate pctõrũ q̃ſi maculis leꝑ diſtincti et reſperſi.

Lepra anime.

Ualde deterior ẽ lepra aĩe q̃ lepra corporis q2 peior ẽ corruptio ſpũs q̃ carnis. D3 eñ pctõr volẽs ſanari ⁊ a pctõrum lepra curari eo mõ ſe hẽe quo ſe habuerunt illi leproſi. Primo itaq3 venire d3 ad ieſum ꝑ fidẽ: non eñ abhorret pius dñs aſpicere maculaſ lepre noſtre qui ꝑ nobis in cruce velut leproſus reputatus eſt. Secundo debet ſtare ſurgendo a peccatis ⁊ ceſſando ab eis. Tertio debet ſtare a longe ſuam vilitatem humiliter conſiderando et valde erubeſcendo. Quarto debet leuare vocem ſcilicet de profundo cordẽ ⁊ cõtritionis verba prorũpendo et peccata ſua non aliena confitendo. Quinto debet dicere ieſu preceptor dei miſericordiã implorando que maxime eſt peccatoribus oportuna. In hoc aũt q̃ dñs vidẽs leproſos dixit eis (ite oſtendite vos ſacerdotibus) manifeſte a dño ieſu confeſſio ꝑcipit ꝑ quã lepra interior ſaluti oſtendit. Ac ſi eis diceret. Ite a contritione ad confeſſionem oſtẽdite vos ſacerdotibus. Quia l3 pctã remittant i cõtritiõe dicẽte ꝑpheta. Dixi. i. firmit ſtatui cõfitebor et tu remiſiſti mihi: tñ tenet hõ ea ꝯfiteri. Pſal. xxxi. Uñ (dũ irẽt mũdati ſunt) in via: q2 de⁹ in ꝟtute cõtritionis pctõrẽ mũdat interius priuſq̃ a ſacerdote abſoluat exterius: et nihilominus ſe ſacerdotib⁹ oſtẽderũt. Sic ⁊ tu ſi habes maculã lepre ex aliquo crimine dum vidente te domino oculis mie vadis oſtẽdere te ſacerdoti per confeſſionẽ vocis obuiat ipſa ſalus ⁊ ſanaberis a lepra trãſacte iniquitatis. Nõ tñ idcirco omittas te offerre illis quorum iudicio mũd⁹ habeberis: alioquin ex cõtẽptu et negligẽtia immũd⁹ remanebis.

Unius redit⁹.

Un⁹ autẽ q̃ rediit vniuerſalis ecclie vnitatẽ ſeu illos q̃ in vnitate ecclie ſunt deſignat q̃ pro beneficio gratie grates referre non ceſſat: nouem vero q̃ remanſerũt illos qui extra ſunt exprimũt ſeu q̃ poſt acceptam remiſſionem criminũ a ꝑfectione decalogi ꝑ vnitatẽ ſubtractã deficiendo grates ꝑ grã reddere cõtẽnunt. Decẽ igit mundant: ſed vnus grãs refert: q2 multi i cõfeſſiõe mundant: ſed nõ oẽs dñm laudãt. Qui eñ tãq̃ canes reuertunt ad vomitũ hi ſunt noue qui poſt acceptã ſanitatẽ non laudabãt dñm. Et q2 pauci ſunt reſpectiue q̃ grati ſunt de beneficiis largitatis diuine et remanent in reparata ſanitate: iõ tñ vn⁹ reuertit dans gloriam deo.

Gloriã deo dare.

Deo eñ gloriam dare eſt ꝑcepta pcti ſui curatione in bonis operib⁹ ꝑſeuerare. Et hic eſt ſamaritan⁹ q̃ interpretat cuſtos: nam illi ſunt grati deo qui ſe cuſtodiunt a pcti recidiuo. Et eſt alienigena dicens cum aplõ. Nõ habem⁹ hic manentẽ ciuitatem: ſed futurã inquirim⁹. (E hebre. xiij.) Hinc colligit q2 hi q̃ deberẽt eſſe magis grati dño ⁊ familiares vt literati prelati ⁊ diuites quib⁹ ſcientiaſ dedit vel opes magis ſunt eis ingrati ſeſeq3 elõgãt ab eo nec referũt ſibi grãs ſicut ſimplices et pauperes quib⁹ tot bona non cõtulit. q. d. Labia noſtra et diuitie a nobis ſunt: q2 nr̃ dñs eſt. Ipſe autẽ vn⁹ grãs agẽdo in faciẽ cecidit: q2 ſola vnitas eccleſie cadit in faciem adorans.

Orãdĩ ſitus.

Inde eſt qḋ q̃nq3 ꝓſtrati oramus vbi q̃tuor ꝓtendimus: infirmitatem corporis: q2 de puluere ſumpti ſumus: infirmitatem animi: q2 caſum ex nobis non erectionẽ a nobis: ſed a deo habe-

mnẽ erubeſcẽtiã de malis:q2 ꝓ multitudie pctõꝝ oculos ad celos leuare nõ audem⁹ prudẽtiã:q2 in faciẽ cadim⁹ ⁊ videmus vbi cadim⁹.i.ꝙ in terrenis affigimur. Qñq3 ꝟo flexis genib⁹ vt salomõ:ſ3 erecto capite ⁊ eleuata facie oramus quaſi dicentes ꝓ deſiderio patrie trahe me poſt te. Qñq3 autẽ ſtantes oremus nos ſpẽ in celeſtibus hñre deſignãtes et q̄ſi dicẽtes nr̃a cõuerſatio i celis eſt.⁊ illud.in domũ dñi letãtes ibimus. In p̄mo ḡ exprimim⁹ cõditionẽ nr̃am:in ſecũdo deſideriũ:i tertio ſpẽ. In mẽoria q̄3 reſurrectiõis dñice tp̄e paſchali ⁊ dieb⁹ dñicis exẽplo ſctãrũ mulieꝝ iclinatis i terrã vultib⁹ oram⁹ nos terrã ⁊ puluerẽ eẽ cũ abraam recolẽtes. Un⁹ ḡ reuerſ⁹ i faciẽ ad pedes ieſu cecidit ac nobis hũilitatis et p̄nie exẽplum oñdit.vñ ſm Bedã. In faciẽ cadit q̄ de ppetratis malis erubeſcit. Ibi eñ hõ cadit ibi cõfundit. Qui i faciẽ cadit videt q̄ cadat:q̄ retro lapſum ſuũ nõ videt. Boni ḡ i faciem cadũt q2 hũiliãt ſe i his viſibilib⁹:vt ad inuiſibilia erigant. Mali retro cadũt:q2 cadũt in inuiſibilib⁹ vbi mõ nõ vidẽt q̄d eos tũc ſequat. Ad pedes etiã ieſu cadit ⁊ gr̃as agit q̄ ſe ad pcipiẽda dei bñficia hũiliat:q̄ nihil ſibi ꝟtutis attribuit:q̄ bõa q̄ h3 de mĩa dei ſe hñre intelligit. Et l3 eũdẽ q̄ deuot⁹ añ dñ3 cecidit ſurgere ⁊ ire p̄cipit:q2 infirmitatem ſuã agnoſcens hũiliter iacet p diuini ꝟbi cõſolationẽ ſurgere ad fortia opa:⁊ creſcẽtib⁹ q̄tidie meritis ad pfectionẽ paſſim ꝓficere iubet. Hũc autẽ fides ſaluũ facit quem ad gratias agẽdas iclinat:⁊ eꝯ pfidia illos dãnat q̄ de acceptis bñficijs ingrati ſunt et deo dare gloriam negligunt. In hoc ergo capitulo igrati de bñficijs rephẽdunt a domino. Multũ eſt laudabilis ꝟtutis gratitudo ⁊ valde acceptabilis deo gr̃arũ actio et deteſtabile vitiũ ingratitudo.vñ Aug.quid meli⁹ animo geram⁹ aut ore ꝓmamus aut calamo exp̄mam⁹ q̄ꝫ vt deo gr̃as agamus? Hoc ne dici breui⁹ nec agi fructuoſi⁹ põt. Et iterũ. Scio ꝙ igratitudo diſpliceat tibi q̄ radix ẽ toti⁹ mali ſpũalis ⁊ vent⁹ vrens ⁊ exiccãs oẽ bonũ:obſtruẽs fontẽ diuine mie ſup hoiem q̄ ⁊ mala mortua iã reoriunt ne vltra bona adipiſcant.vñ ⁊ Ber. Dignũ eſt ſp gr̃as agere:q2 de⁹ nũq̄ ceſſat bñfacere. Et iteꝝ. Diſce i referẽdo gr̃aꝫ nõ eẽ tardus aut ſegnis:diſce ad ſingula dona gr̃as agere. Diligẽter inqt p̄ſidera q̄ ibi apponũt vt nulla vez dei dona debita gr̃arũ actiõe fruſtrent:nõ grãdia nõ mediocria:non puſilla. Deniq3 iubemur colligere fragmẽta ne pereãt.i.nec minima bñficia obliuiſci. Nã quid nõ perit qd̄ donat ingrato. Ingratitudo inimica ẽ ale:exinanitio meritoꝝ:virtutum diſſipatio:bonoꝝ diſp̄ſio:bñficioꝝ pditio. Ingratitudo ẽ vẽt⁹ vrẽs ⁊ ſiccans, ſibi fontẽ pietatis:rorẽ mie:fluẽta gr̃e. Qualis ꝟo debeat eſſe gr̃aꝝ actio docet idem Bern.di. Nõ tm̃ ꝟbo ⁊ lingua:ſ3 ope ⁊ ꝟtute exhibeam⁹ noſmetipſos gratos:non eñ gr̃arũ dictionẽ ſ3 gr̃arũ actionẽ exigit a nobis dominus de⁹ nr̃.vñ etiã Chꝛi. Agam⁹ igit ei iuges gr̃as ⁊ non mõ ꝟbis hoc nr̃is verũetiã opib⁹ nr̃is:imo ipſis p̄cipalr̃ impleam⁹. Agam⁹ ꝟo gr̃as nõ de ꝓprijs tñ verũetiã de alienis bonis. Ita eñ ⁊ inuidiã poterimus extinguere et alere charitatem. Neq3 iam illis poteris inuidere de quorum bonis gr̃as deo referẽdo letaris. Quid igit magnum repoſcit qui ꝓ liberalitate i nos ſua ſolummõ gratos ſibi eſſe nos p̄cepit? Ingratitudinis aũt vitiũ ex arrogantia potiſſimũ gigni ſolet cũ ſe aliq̄s dignũ eẽ bñficijs eſtimat. Hũiliat⁹ ꝟo atq3 cõtritus non pro nobis ſolũ ſ3 ꝓ his q̄ ꝯ̄ra eſtimãtur eſſe gr̃arũ actiões mittet deo ⁊ quodcũq3 patietur nihil ſe dignũ eſtimabit paſſũ eſſe. hec Chꝛi. Et hec ẽ magna cã q̄re deũ nõ diligimus:q2 ei⁹ bñficia nõ recognoſcim⁹.vnde Hiero. Uis ſcire q̄re deũ nõ diligis:q2 eius bñficia nõ recognoſcis. Quãto magis i bonitate eius aſcẽdis tanto plus in amore ei⁹ inardeſcis.hec Hieroni.

Cadere in faciem. Beda. ¶ Gratitudo. Augu. Bern. Ingratitudo. Bern. Chriſ. Hiero.

¶ Oratio.

D Omine ieſu xp̄e de tua pietate confiſus ad te pium medicum ego q̄ſi lepꝛoſus varietate peccatorum reſperſus confugio:ad te fontem miarũ:ego immũdus maculis vitioꝝ curro et ſupplex te exoro quatenus digneris meam ſanare infirmitatem:lauare feditatem:⁊ me dirigere ad ſalutem. Da mihi vt ſemper beneficia tua in corde habeam et de vniuerſis gratias tibi agam. S3 q2 hõ mortalis ciniſ ⁊ puluis nec vnum ꝓ mille gratias referre ſufficit referant tibi grates pro me virgo Maria ⁊ oẽs ciues ſupercelestes atq3 oĩs creatura que diuine laudis ſit materia. Amen.

¶ De ſamaritanis hoſpitium domino negantibus. Cap.xx.

A Luc.ix.



Cũ autẽ aduetus dñi Ieſu non lateret (miſit nuncios ſuos) ſcil3 Jacobũ ⁊ ioãnẽ (añ faciẽ ſuã) in ciuitatẽ ſamaritanoꝝ vt ibidẽ hoſpitiu3 ⁊ cetera neceſſaria que nõ magni cõſtabãt ſibi p̄pararẽt. Hec ciuitas ſamaria nũc ſebaſtẽ dicta iam pctis exigẽtibus: nec vnicã h3 domum niſi tm̃ duas eccl̃as: vnã i mõte vbi quõdã fuit regis palatiu3: ſcdaꝫ i honore ſcti ioannis baptiſte in qua ſepultus fuit inter abdiam et heliſeum.

Sebaſten.

Samaritani ṽo q̄ emulabant̄ tēplo hiero-
Samaritani. ſolymitano ⁊ inuidebāt cūtib⁹ in hieruſa-
lē adorare: q: videbant xp̄m cū diſcipulis
hr̄e faciē ſeu vultū .i. p̄tēdere ſimilitudinē
⁊ ſignū cūtis in hierl'm ad feſtū paſchale cā
orationis faciende: iō eos ex emulatiōe p̄-
pter locum adorationis noluerūt hoſpitio
recipere: q: dicebāt locum adorationis eſſe
apud eos in monte garizim ⁊ nō in hierl'z.
Vn̄ ſupra mulier ſamaritana q̄ſi emulādo
Jo. iiij. dixit dn̄o. Patres nr̄i i monte hoc adoraue-
rūt ⁊ vos dicitis q: hieroſolymis locus eſt
in quo opȝ adorare. Itē q: ex veſtimentis
xp̄i ⁊ diſcipulorū ei⁹ cognouerūt ſamarita-
ni q̄ fuerūt iudei: iudei autē erāt ſamarita
nis odioſi eo q̄ cōtēnebant eos nolētes co-
medere ⁊ bibere cū eis: nō eñ coutunt iu-
dei ſamaritanis ſicut ⁊ hebrei egyptijs. vñ
Hiero. Hier. Hoſtili inter ſe ſamaritani atq̄ iudei di
ſcordant odio. Videntes itaq̄ dominū ad
hoſtes ſuos pergere ſamarite eum recipere
noluerūt. Quāq̄ alia ſubiciat̄ intelligētia
q: volūtas dn̄i fuerit nō ſuſcipi a ſamarita-
nis: quia feſtinabat hierl'm pati et ſangui-
nē fundere: nec occupat⁹ ſuſceptiōe ſama-
ritica et doctrina gētis illi⁹ paſſionis differ
ret diē ad quā venerat ſuſtinēdā. hec Hier.
Sicut aūt dn̄o i hierl'm tendēti reſtiterunt
ſamaritani ſic ſi mēs tua i celū tēdat habe-
bis ſȝ q̄ riras: odia ⁊ bella gerāt: nō tñ irre-
pat vindicta mēti tue: ſȝ q̄tū poteris ſtude
vtilis eſſe. vñ ſunt verſus. Hierl'm cives gē-
tes odire forenſes. Quotq̄t nō recipit me-
nibus illa ſuis. Si ergo in his q̄ ſm deum
opari deſideras aliq̄s tibi obſiſtere ſeu te
impedire videas noli cōtētiōib⁹ deſeruire:
ſȝ teip̄m i teip̄o reſtringe et te cū deo tuo re-
collige ſibiq̄ dicas. Dn̄e vim patior r̄ñde p̄
me. Nec de h̄ cōtriſteris q: nihil p̄nt niſi qđ
de⁹ ſcit finalr̄ p̄ bono tuo eē expediēs: imo
q̄q̄ ad p̄ns nō videas videbis finaliter ſi tñ
patienter portaueris q̄ illud i quo tibi eos
impedimentū preſtare credebas erit tibi in
B uamē ad tuum p̄poſitū exequēdū: ſicut de
Chriſ. ioſeph ⁊ multis alijs eſt factū: q: ſm Chri.
Impedimentum ſi legē xp̄i cuſtodire volueris neceſſitatē q̄-
dem nullā q̄ te ab obſeruatiōe ei⁹ ipediat
ad aliqñ patieris. Si ēt i his q̄ ſm deū deſide-
ſalutem ras te videas quodā modo diuinit⁹ impe-
nullum. diri: vel p̄ infirmitatē: vel quocūq̄ alio mō
cōtingēte de hoc nullatenus conturberis:
ſed totū equanimiter feras et te ex toto illi
committas: q̄ melius nouit q̄ tu ipſe: quid
tibi expediat q̄ te ad ſe continue ſubleuat
dūmodo teip̄m ex toto illi cōmittas q̄uis
forte hoc ipſe nō videas. Ad hoc ergo ſit to
tum tuū ſtudiū: vt teip̄m in pace et cordis
trāquillitate poſſideas: ⁊ pro quocūq̄ euen
tu nō doleas: niſi de ſolo pctō p̄prio vl' alie
no: ſeu etiā de his q̄ te inducerent ad pctm̄

et que poſſent alienare ſeu elongare a deo
vel mediū facere inter te ⁊ ip̄m deū: q̄uis
eñ tibi occurrēs aduerſitas ei⁹ nutu ⁊ pui
dentia geritur cui⁹ virtute res create ſunt
et in ſuo eſſe cōſeruant̄. Cū igit̄ tribulatio
aduenerit exi obuiam hoſpiti tanto beni-
gne eū recipiendo et dic corde iocūdo. Be-
ne venerit amica mea tribulatio. Qui eniȝ
aduerſa libenter pro deo patitur xp̄o paſſo
aſſimilat̄: et iō ab eo tāq̄ a ꝯſili nexu dilec-
et onis p̄cipuo cōſtrigit̄. Porro de inuolūta
riis tribulatiōib⁹ ſcire debes q̄ licet inuolū
tarium inq̄tū hmōi nō ſit meritorium: ve-
rūtñ ſi prudēs aīm⁹ hoc qđ inuolūtarie il-
latū eſt volūtarie pati voluerit et volūtatē
ſuā hacten⁹ rebellē ad virgā dei inclinaue-
rit virtutē faciens ex neceſſitate: haud du
bium q̄n ſalubre et meritoriū fiet: et ad ſpi-
rituale v̄tutū incremētū p̄ficiet h̄ qđ ante
peſtiferū videbat. Patiamur ḡ libēter ⁊ vo-
lūtarie: q: vera ſalus nr̄a eſt i cruce nec ex-
tra eā aliqua ſalus inuenit̄. In q̄cūq̄ enim
aīa crux .i. tribulatio nō eſt nulla patiētia ē Patientie
et vbi patiētia nō ē vera ſal⁹ nō eē. Cor āt laus
patiēs eſt cui gaudiū eſt qđ deſpicit̄: ⁊ qđ i
penis ⁊ q̄buſq̄ aduerſitatib⁹ letat̄ exultās
p̄ eo q̄ paſſioni xp̄i et humilitati ſue aliq̄d
adijcere valeat ⁊ q̄ habeat vñ deo aliq̄d ſa-
crificet. Et iō oēs penas ⁊ aduerſitates oc-
currētes vnias cū penis ⁊ aduerſitatib⁹
xp̄i: ⁊ ex vniōe ip̄or̄ dulceſcant ⁊ deo in ſum
ma patiētia redoleāt. Oīa ḡ q̄ tibi aduene-
rit ſiue leta ſiue triſtia ex nimia charitate
a deo tibi eē donata certiſſime ſcias: ⁊ oīno
credas q̄ oīa ex tāto amore xp̄i tibi proue-
niant vt nihil aliud tibi aut aliter euenire
velles aut velle deberes: ⁊ iō pro ſingulis
ei gr̄as ⁊ laudes agas. Irati itaq̄ iacobus
⁊ ioānes ꝯ̄ ſamaritanos voluerūt ignē e ce
lo ad ꝯſumēdū eos ipetrare dicētes (Dn̄e vis
vis dicim⁹ vt ignis deſcēdat de celo .i. de al
to ſicut fulgura ⁊ hmōi q̄ ola veniunt de ce-
lo aereo (⁊ ꝯſumat illos) te recipere nolētes
O q̄ta fiducia eor̄ in dn̄o erat q̄ ſolo v̄bo
ſe poſſe credebāt vt ignis de celo deſcende- Fiducia
ret ac hmōi vidicta q̄ laudata eſt in helya apoſtolorū.
in iſtis eſt a dn̄o reprobata: q: h̄ nō appete
bāt ex charitate ⁊ amore correctiōis eorū
vel finiēde i illis malicie ſicut ille: ſȝ ex impa
tiētia poti⁹ ⁊ indiſcretiōe ⁊ appetitu vindi
cte. In q̄ innuit dn̄s q̄ nō vȝ zel⁹ niſi ſit di-
ſcreta voluntas. Vn̄ v̄bis apl̄i petri ana- Act. v.
nias ⁊ vxor ei⁹ exanimes ceciderūt nō odio
ſȝ iuſta vidicta: ⁊ paul⁹ quēdā pctōrē tradi Beda.
dit ſathane i interitū carnis: vt aīa eſſet ſal
ua. vñ Bed. Reph̄edit i iſtis dn̄s nō exem
plū p̄phete ſctī: ſȝ volūtatē vindicādi q̄ ad-
huc erat i rudib⁹ aī aduertēs eos nō amore
correctionē: ſȝ odio deſiderare vindictam.
hec Bed. vñ dt eis. (Neſcitis cui⁹ ſpūs eſtis)

Spūs cuius ſi mus.

ſcȝ ſpūſſcti q̄ bon⁹ eſt ꝛ ſuauis: hoc eſt nō bn recognoſcitis cui⁹ ſpū ſignati eſtis: ꝛ iō vul tis per odiū exercere vindictā qḋ nō lȝ dei ſeruis. In nouo em̄ teſtamēto qḋ eſt amo ris procedendū eſt ſuauiter ꝛ benigne nō ſi cut i veteri teſtō qḋ eſt timoris vbi procede bat aſpere ꝛ rigide. vñ Glo. Cuius ſpū ſi gnati eſtis ei⁹ ꝛ acta imitemini nūc pie con ſolātes ꝛ in p̄nti patiētiā hn̄tes ſȝ in futuro iuſte iudicātes cū ſedebitis ſuper ſedes duo decim. Et ſubiūgit dñs filiꝰ hoīs non venit aias pdere p rigorē iuſtitie ſtatim inferen do penā mortis ſicut vos vultis quinimmo pditio eſt ex vobis (ſȝ venit ſaluare) aias p miam ꝛ pene relaxationē: ſicut expedit mi ſeris: ſaluant ei meli⁹ clemētia q̄ ſnīa. Et in hoc daṫ exēplū p̄latis vt nō ſtatim cū ipetu pctā puniāt ſȝ magis tp̄s ꝛ locū expectent nec ſp in peccātes vindictā exerceant. Vñ Amb. Qꝛ vo diſcipulos icrepauit qꝛ ignē ſup eos deſcēdere geſtiebant q̄ nō recepe rāt xp̄m oñdiṫ nobis nō ſp in eos q̄ peccaue rūt vindicādū: qꝛ nōnūq̄ amplius pdeſt cle mētia tibi ad patiētiā lapſo ad correptionē Deniq̄ ſamaritani citi⁹ crediderūt a quib⁹ hoc loco ignis arceṫ. Dñs aūt nec in hos in deuote dñm refutātes pprium ꝯmouetur vt oſtēderet qꝛ nō hȝ vltiōis ſtudiū pfecta virt⁹: nec vlla ſit iracūdia vbi plenitudo ē charitatis nec excludēda īfirmitas ſȝ iuuā da. Procul a religioſis indignatio: pcul a ma gnanimis cupiditas vltiōis: pcul a prudē tib⁹ ꝯſiderata ꝯmotio ꝛ icauta ſimplicitas h̄ Amb. ¶ Per iacobū ꝛ ioānē q̄ adhuc im pfecti erāt ſignificāṫ hoīes impfecti q̄rētes nimis dure vindicari: ſȝ magiſter pfectiōis phibet hoc fieri. Et quia ſamaritani noluerūt dñm ieſum ꝛ diſcipulos eius intra ciui tatē ſuā recipe ad hoſpitādū (abierūt i aliḋ caſtellū.) Circūibat em̄ dñs ieſus ciuitates ꝛ caſtella p̄dicādo ꝛ faciendo miracula ſi cut ſupra dictū ē. Vide nūc quō dñs ieſus cui⁹ ē terra ꝛ plenitudo ei⁹ excluſus ab vno loco patiēter fert ꝛ trāſit ad aliū ꝛ habe pa tiētiā ſi ſilia tibi euenerit immo gaude quia datū eſt tibi i tātillo imitari dñm tuū. Hec igiṫ oīa ꝯſiderātes oēm amaritudinē ꝛ irā a nobis excludam⁹ ꝛ nō vlciſcētes noſipſos deo totum cōmittamus. vnde Chri. Nūq̄ īſidiemur aliis quoniā aduerſus noſipſos acuim⁹ gladiū ꝛ pfundiorē nobiſipſis pla gā dam⁹. Sȝ cōtriſtauit te qs ꝛ vis in eum vlciſci. Nec vlciſcaris. Ita em̄ vidicare pote ris ſi nō vindicaueris nō ſi vindicaſti. Qm̄ nō vindicās deū ei ꝯſtituis inimicū vindi cāte aūt nō adhuc. Mihi em̄ vidictā ꝛ ego retribuā dicit dñs. Si em̄ famulos habem⁹ ꝛ ſi adinuicē diſſidētes nō nobis litē ꝯmiſe rint finiēdā: ꝛ ſi infinite acceſſerint nō ſolū nō vindicam⁹: ſȝ ꝛ auxiliamur dicētes ꝛ fla gellū totū nobis cōmittere oportebat: quia vo teipſȝ pueniēs vidicaſti ne me moleſtes de reliq̄ multomagis de⁹ q̄ enuntiauit ſibi cedere oīa hoc dicet. qualr̄ āt nō leō ueniēs eſt ſi a pueris q̄dē nr̄is tantā expetim⁹ obe diētiā: dñatori vo nō cedem⁹ ea q̄ volum⁹ famulos nobȝ cedere. Si em̄ dic mihi odis eū q̄ peccauit cui⁹ grā ꝛ ipſe peccas ꝛ i eiſ dē cadis. Cōuiciat⁹ ē ne recōuicieris: pcuſſit ne repcutias: cōtriſtauit ne recontriſtes: qꝛ nullū lucrū ſi fact⁹ es illi rurſus par. Ita ei ꝯfundere poteris ſi cū hūil. tate feras ꝛ mā ſuete: ita cōfundēs abſcidere poteris ab ira null⁹ malo malū ſanat ſȝ bono malū. Oro.

Pzela tor eḱē plum. Ambr.

D Iravitā da.

Chriſ. vltio vi landa.

Domine ieſu xp̄e qui de ſamari tanis hoſpitiū tibi negātib⁹ nō te vidicaſti ſȝ patiēter ferēs hu militer ad aliū locuȝ declinaſti: p̄ſta mihi indigno o dulcis hoſ pes aīe vt vitiis cūctis expulſis gratuȝ tibi in corde meo hoſpitiū valeā preparare: et ſi qn̄ ob mea demerita ibi receptus non fue ris noli mihi iraſci et a ſeruo tuo in ira de clinare aut vindictaȝ de me ſumere: ſed tu qui non veniſti aīas pdere ſȝ ſaluare recon cilia me tibi p tuā miām et da vt tibi p di gnam preparationem cor aperiā tibiq̄ pla ceat ad me ſeruum tuū intrare et me miſe ricorditer benedicere. Amen.

¶ De petitione filiorum zebedei. Capitu.xxi.



Poſt hec a ſcēdit ieſ⁹ ꝟſus hieroſo lymā q̄ reſpectu toti⁹ ter re pmiſſionis ſita eſt i al to: ꝛ propter hoc ab aliis ptib⁹ illuc veniētes ibāt aſcēdēdo: ꝛ p̄cedebat di ſcipulos ſuos: vt ſecundū The. oñderet q̄ ad paſſio nē p̄currit ꝛ nō refugit mortē p nr̄a ſalute. Illuc ibat paſſurus p nobis nos p̄cedens ꝛ nos inſtruēs q̄ ip̄m in opib⁹ pn̄le ſequi de beamus (ꝛ ſequētes diſcipuli timebāt) quia nondū pfecti vſq̄ ad tolerantiam martyrii erāt. Et vt dicit Beda meminerāt ſmonis ei⁹ quo ſe paſſurū multa a ſummis ſacer dotib⁹ ꝛ ſcribis ꝛ occidēdum eſſe p̄dixit: me tuētes ne vel ipſi cū eo occiderent vel ſaltē ille cuius vita ꝛ magiſterio gaudebāt ini micorū manib⁹ occūberet. Et diuertens ſe a via (aſſumpſit) ꝛ ad partē traxit ſeorſum ꝛ ſecreto duodecim diſcipulos ſuos tāq̄ pfe ctiores typum p̄latorū gerētes nō infirmos q̄ poſſent ſcādalizari: qꝛ noluit oībus ſecre ta ſua miſteria indicare: ꝛ tūc eis iā q̄rta vi ce miſteriū ſue paſſiōis ꝛ reſurrectiōis p̄di xit: qꝛ vt dicit The. Cōueniēs erat paſſio

H Math: xx. Luce xviii. et Mar. x.

Theo philus.

Beda.

Theo phil⁹.

ip̄m ad deū ⁊ ad proximū: pacē meā.ſ.eterni
tatis: do vobis ſi i pace pria pſeueraueri-
tis. ſm Aug. Pacē nobis relinquit in hoc B
ſclo qua hoſtē vicam⁹ ⁊ q̄ nos iuicē diliga Pacez
m⁹. Pacē ſuā dabit nobis i futuro q̄n ſine relidt
hoſte ⁊ ſine diſſenſione regnabim⁹. Et bñ xp̄s.
dicit (pacē meā) ad diſtiguēdū pacē ſctōꝝ
a pace mūdi q̄ eſt magis apparēs ⁊ ficta q̄
vera. Uñ ſubiūgit (nō quō mūd⁹ dat ego
do vobis) q: mūd⁹ dat carnalr: ego ſpūa-
liter: mund⁹ tpalr: ego eternalr: mūd⁹ ex-
terius ego interi⁹. Et iterū (ſi diligeretis
me gauderetis vtiq;) de receſſu meo (q: va-
do ad) exaltationē meā.ſ. (q: vado ad pa-
trē q̄ maior me eſt) Aug. Q: nature hūane Aug.
gratulandū eſt eo q ſic aſſumpta eſt a ver Huma
bo vnigenito vt imortalis cōſtitueret i ce ne na-
lo: atq; ita fieret terra ſublimis vt icorru- ture fe
ptibilis puluis ſederet ad dexterā patris licitas
q̄s nō hic gaudeat q̄ ſic diligit xp̄m ⁊ ſuaz ex icar
naturā iā immortalē gratulet in xp̄o atq; natiōe
ipſum ſperet futurū eſſe xp̄m. Et iterum. dn̄ica.
(Expedit).i.vtile eſt (vobis vt ego vadā)
ſcilicet ad patrē aſcendendo vt ſpiritus

liter me cognoſcatis ⁊ carnalr iā me noſſe deſiſtatis: ne v̄bo carne facto q̄ſi lacte contēti ſitis. Et vere expedit (ſi autem abiero mittā eum ad vos.) Si hanc carnalē dilectionē a vobis abire nō fecero nō eritis digni vt paracletus veniat ad vos: q̄diu, eñ de me carnaliter ſentietis non eritis idonei vt ſpūſctm̄ recipiatis. Non q̄ poſitus in terra nō poſſet dare: ſed q: illi non ſunt idonei accipe niſi eū ſm carnē noſſe deſiſtant quo magis ſpūales affecti magis ad celeſtia in amplectēda eius deitate anhelant. Intim̄ eni3 mūdus eſt ſpūs q̄ in nullo quieſcit niſi in eo q̄ oino eſt ſpūalis nullo carnali ſolatio impeditus. Bern. Delicata eſt diuina cōſolatio ⁊ nō daī admittētibus alienā. Hug. Idcirco nimirū dn̄s te ſuis diſcipulis ſe ſubtraxit corporal'r vt eū diſcerēt amare ſpūaliter. Aſcēdit ſiquidez in celū vt corda poſt ſe traheret et dilectio pgeret poſt dilectū. Sed et vſq3 hodie xp̄s amicos ſuos q̄ſi quadam corporali p̄ñtia cōſolat in ſcriptura ſacra et eccleſie ſacr̄is atq3 aliis viſibilibus exercitijs virtutum quoꝝ aliq̄ñ diſpēſatoꝛ ſubtrahit vſum: vt ſpūalis amoris dulcedinem tanto purius pcipiat quo nihil foris habēt etiā in opeſtutis ad qđ mentē ſuā p intētionē effundāt. Hec Hug. Penſandū ergo eſt: q: ſi p̄ñtia carnis filij dei ipedit ſpūs receptionez q̄tomagis carnalis affectus in nobis ipediat eādē. Hec ⁊ his ſil'ia eis dicebat q̄ corda ipſoꝝ total'r penetrabāt: nō eñ de ſuo diſceſſu aliquid pacifice tolerare poterāt.

Amor terrenꝰ amouēdus eſt. Diuina cōſolatio. Bern. Hugo. P̄ñtia carnis xp̄i ipediebat.

C Scd'o circa ſermonē mediteris q̄liter cordialiter ⁊ inſtāter dn̄s ieſus inſtruit diſcipulos pluribꝰ vicibus in charitate ſeruanda dicēs. (Mādatū nouū do vobis) quo. ſ. diſpoſiti ad meā ſequelā eritis: ve3 (vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos) hac enim via ſeqnēdus eſt dn̄s. Nō dr̄ nouū q̄tū ad ſubſtātiā: q: fuit datū in veteri lege q̄ etiā p̄cipit p̄rimos diligere non tñ p eis moꝛi: ſ. d dr̄ nouū q̄tū ad mādati formā ſicut ipe dilexit nos q̄ ēt moꝛi dignatus eſt p nobis. Vñ modus renouādi vinū vetꝰ eſt q̄n aimſit coloꝛē ⁊ ſapoꝛē ponēdi ipm̄ cū vino nouo ⁊ forti: q: ibi recipit ⁊ coloꝛē ⁊ ſapoꝛem ex feruoꝛe vini: ⁊ ſic dr̄ renouari. Mādatū de dilectione fuit valde antiquū ⁊ iam q̄ſi nulli ſapiebat: vñ paſſio xp̄i i qua fuit maximꝰ feruoꝛ dilectiōis q̄ſi vinū fortiſſimū illud mādatū renouauit: dr̄ etiā nouū mādatū ab effectu q: aiam renouat et hoiem nouū facit: dilectio eñ talis ꝯfert nouitatem ⁊ aufert vetuſtatē. Et iterū (i hoc) .ſ. ſigno quaſi i meo p̄prio charactere (cognoſcent) oēs aperte (q: mei eſtis diſcipuli) diſciplinis meis imbuti ⁊ de ſchola mea iſtructi: non ſi demonia ejiciatis vel alia ſigna faciatis: ſed ſi dilectionē habueritis ad inuicē hoc eſt eñ qđ maxime deſiderat dn̄s. Quicūq3 ꝯnumerat militie alicuius regis debet portare inſignia eius. Inſignia aūt xp̄i ſunt inſignia charitatis: quicunq3 ergo vult annumerari militie xp̄i d3 charitatis caractere inſigniri. Aug. tā q̄ dicēs. Alia munera mea habēt vobiſcū etiā nō mei nō ſolū naturā: vitā: ſenſum rōnē ⁊ eā ſalutē que hoibus pecoribuſq3 cōis eſt: verūetiā ſacramēta: p̄phetiā: ſciētiā: fidē: diſtributionē reꝝ ſuarū pauperibus: ⁊ traditionē coꝛpoꝛis ſui vt ardeant ſed q̄m charitatem nō habent vt cymbala cōcrepant nihil ſunt: nihil eis p̄deſt. Hic eſt fons cui nō cōicat alienꝰ .i. dilectio ſola diſcernit īter filios dei ⁊ filios diaboli. Signent ſe oēs ſigno crucis xp̄i: r̄ñdeant oēs amen: cantent oēs alla baptizent oēs intrent eccl'ias: faciāt parietes baſilicarū nō diſcernūtur filij dei a filijs diaboli niſi charitate. Quicq̄d vis habe hoc ſolū ſi nō habeas nihil tibi prodeſt. Alia ſi non habeas hoc habe et impleſti legē. hec Aug. Et iteꝝ. (Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos) id eſt vt diligatis opere vt qđ tibi vis fieri facias alteri ⁊ qđ tibi non vis fieri nec tu alteri facias.

Mādatum nouū q̄uo. Inſignia militū chriſti. Augu. Augu.

D Ubi notādū q̄ tripliciter dilexit nos xp̄s Gratuite q: in dilectione nos p̄uenit: ipſe enim incepit nec expectauit q̄ nos inciperemus diligere. Sic ergo ⁊ nos debemus primus diligere p̄rimos nō expectātes p̄ueniri ſeu beneficiari. Et multo magis debemus deū rediligere. q: ſm Aug. nulla eſt maioꝛ ad amoꝛem inuitatio q̄ preuenire amādo ⁊ nimis durus eſt animus q̄ dilectionē ⁊ ſi nolebat impēdere nolit repēdere. Dilectio ergo dei cauſa eſt dilectionis noſtre ſed nō econuerſo: nō eñ q: nos diligimꝰ deū diligit nos: ſ3 q: diligit nos diligimus eū ⁊ q: eum ⁊ p̄rimū. Et q: per charitatē xp̄s ad nos redimēdos venit ſectemur charitatē vt p hāc qua ad nos xp̄s deſcēdit dilectionis viā: etiā nos ad ipm̄ poſſimus aſcēdere. Item efficaciter qđ patet p opus dādo ſeipſum ⁊ ponēdo aiam pro nobis: q: probatio dilectionis exhibitio eſt ꝯperis. Nos ergo hoc exēplo efficaciter ⁊ fructuoſe inuicē diligamꝰ ſm illud Jo. Nō diligamꝰ v̄bo neq3 lingua ſ3 ope ⁊ veritate. Et multo magis deū diligamꝰ: vt ſermonē ⁊ mādata eius ſeruemus. Itē recte quia hanc dilectionē ad noſtrā beatitudinē oꝛdinauit: ⁊ vt ad deū nos traheret nō ſicut hoies ſeſe inuicē carnaliter et p cōmodo terreno diligētes. Sic ḡ ⁊ nos in p̄rimis nō qđ bn̄ficij eſt ſeu dilectionis: ſed qđ dei eſt debemus diligere ⁊ inuice3 ad hoc vt deū habeamus. Sūt eñ amici

Dilexit nos xp̄s tripl'r gratuite. Efficaciter. Recte.

nature ⁊ ſunt amici fortune ⁊ ſunt amici grẽ ⁊ hi vltimi ſoli approbantur a deo. Licet em̃ in dilectiõe ꝓximi icludaẗ dilectio dei tanꝙ̃ ꝑncipalior: q2 primus nõ eſt dilige͂d⁹ niſi ꝓpter deũ: tñ ſaluator hic magis facit mẽtionẽ expreſſam de dilectione ꝓximi ꝙ̃ dei cũ dicit inuicem: quia intẽdebat apl'os inducere ad edificationem ⁊ cõſolationẽ fideliũ ⁊ ad perferẽdas tribulatiões ꝑſecutor̃ ad qḋ neceſſaria eſt charitas ꝓximi q̃ tñ (vt dictũ eſt) includit charitatẽ dei. Et iterũ. (Maiorẽ hac dilectionẽ nemo hꝫ vt alam ſuã ponat q̇s ꝓ amicis ſuis.) Dilectionẽ vocat hic ſignũ ⁊ ꝓbationẽ dilectionis. i. exhibitionẽ opis transferens de cã ad effectũ. Et quidẽ nullũ mai⁹ dilectionis argumẽtũ eſt ꝙ̃ ponere alam pro amicis: hoc em̃ eſt vltimũ ſignũ amoris vltra qḋ non eſt aliud inuenire. Amor nãqꝫ per q̄tuor ſigna põt manifeſtari. p̄io ꝑ verba qñ em̃ cor abũdat in amore tũc os abũdat in ſermone: q2 ex abũdãtia cordis os loq̇tur. Scḋo ꝑ collata bñficia ⁊ iſtud eſt mai⁹ ſignũ ꝙ̃ p̄mũ: q2 multi ſeruirent de rebꝰ ſuis q̃ nõ ſeruirẽt de ſuis reb⁹. Tertio per obſequia ꝑſonalia: et iſtud eſt adhuc maius ſignum ꝙ̃ primũ vel ſcḋꝫ: multi em̃ ſeruirẽt de ſua ſubſtãtia q̃ nõ ſeruirẽt de ſua ꝑſona. Quarto ꝑ aduerſa: q2. ſ. q̇s ꝓ amore amici ſe exponit morti m'lti el darẽt ꝑſonã ad ſeruiẽdũ q̃ nõ darẽt alaꝫ ſuã ad moriendũ. In hoc ḡ ꝙ xp̃s ꝓ nobis crucifigi ⁊ mori voluit infinitã nobis charitatẽ oſtẽdit. Greg. Mori ẽt ꝓ inimicis dñs venerat ⁊ tñ poſiturũ ſe alam ꝓ amicis dicebat: vt nobis oſtẽderet q2 eũ diligẽdo lucrũ facere de inimicis poſſumus: etiam ipſi amici ſunt q̃ ꝑſequunẗ. Cõſequẽs ergo eſt vt quẽ admodũ xp̃s alaꝫ ꝓ nobis poſuit: ſic ⁊ nos alas ꝓ fratrib⁹ ponam⁹. Quatuor em̃ ſunt diligẽda ꝑ ordinẽ ex charitate. ſ. deus: ala ꝓxim⁹ ⁊ corp⁹. ⁊ iõ cũ charitas ſit ordinata ꝓ ipſo deo q̃ eſt p̄mũ ⁊ maximũ diligibile ex charitate debẽt alia tria exponi ſicut min⁹ ꝓ maiori: ꝓ ala vero ꝓpria dꝫ ꝓxim⁹ ⁊ corp⁹ ꝓpriũ cõtẽni ⁊ pro ſalute ꝓximi dꝫ vita corporalis expõi. Et iterũ. (Hec mando vobis vt diligatis inuicẽ) q2 aliter nullũ ſolatiũ habebitis niſi in vobis inuicẽ habeatis: ſed abſqꝫ dilectiõe ſolatiũ ⁊ cõſolationẽ in vobis inuicẽ hr̃e nõ poteſtis. Preceptũ dilectiõis ſemꝑ inculcat ⁊ tanꝙ̃ ſola dilectio ꝑcipienda ſit eã ſemꝑ cõmendat. Et reuera ille qui ait habe charitatẽ ⁊ fac q̄cũqꝫ vis q̄ſi ſolã charitatẽ viſus eſt ꝑcepiſſe ⁊ merito: q2 ipſa valet ſine vſibus multarũ v̄tutũ: ſꝫ cetera oĩa nõ valẽt ſine ea. vñ ſm̃ Greg. De dilectiõe q̄ſi de ſingulari mãdato dñs loquiẗ: q2 oẽ mãdatũ de ſola dilectiõe eſt ⁊ oĩa vnũ preceptũ ſunt. Quicq̇d em̃ ꝑcipiẗ in ſola charitate ſolidatur. Multa ſunt ſꝫ diuerſitatẽ opis vnũ in radice dilectionis. Et plura alia hmõi ad dilectionẽ incitantia dñs dicebat: que ioãnes hic cõſcripſit. De dilectione fraterna nullus apl'or̃ tm̃ loquiẗ q̄tũ ioãnes: ⁊ hic ⁊ in ep'lis ſuis. legiẗ etiã de eo ꝙ iaꝫ ſenex effect⁹ portabatur ad eccleſiã a diſcipulis ſuis vt fideles inſtrueret quibus hoc tãtũ dicebat. Filioli. diligatis inuicẽ: ⁊ in hoc eſt ꝑfectio diſcipline xp̄iane. vñ & ſpãl'r a deo dilect⁹ nõ ſolũ ꝓpter p̄uilegiũ virginitatis ſꝫ etiã ꝓꝑ ſpãlitatẽ charitatis. Tertio circa ſermoneꝫ mediteris q̃uõ mouit eos ad obſeruãtiã mãdator̃ ſuor̃ di. (Si diligitis me mãdata mea ſeruate) implẽdo ea facto ⁊ ope. q. d. nõ oñdatis amorẽ quẽ habetis ad me fletu ſolum: ſed in obedientia mandator̃. In hoc em̃ mũdo huius p̄tãtes ſuos amicos ⁊ fideles probãt ⁊ cognoſcũt ſi eis obediũt ⁊ eorum mãdata cuſtodiũt. q2 ſm̃ Greg. ꝓbatio dilectiõis exhibitio eſt opis. Et iterũ. (Qui hꝫ mandata mea ⁊ ſeruat ea ille eſt q̃ diligit me). ſ. ope ⁊ v̄itate ⁊ nõ tm̃ lingua ⁊ ſermone: hoc eſt ille hꝫ verã dilectioneꝫ ad me. Augu. Qui hꝫ in memoria ⁊ ſeruat i vita q̃ hꝫ i ſermonibus ⁊ ſeruat in morib⁹. Qui hꝫ audiẽdo ⁊ ſeruat perſeuerando (ipſe eſt) inquit (qui diligit me.) Opere eſt demõſtrãda dilectione ſit infructuoſa nõis appellatio. Unde ⁊ ioãnes q̃ dicit qui diligit deũ ⁊ mandata ei⁹ nõ cuſtodit mẽdax eſt. ⁊ iterum. (Si q̇s diligit me). i. dilectionẽ in me tendit. (ſermonẽ meũ ſeruabit). i. mãdata mea ad faciendũ ea: q2 obediẽtia ꝓcedit ex amore q̃ eſt i corde. Sermonẽ ḡ ⁊ v̄ba dei tũc ſeruamus qñ facim⁹ q̃ precepit: ⁊ diligim⁹ q̃ ꝓmiſit. Qui aũt v̄ba tenet ꝑ memoriã et nõ coheret illis ꝑ obediẽtiã nõ ſunt ei in bñficiũ ſꝫ in dãnatiõis teſtimoniũ. Greg. Uere diligimus ſi mandata ei⁹ ſeruam⁹: vere diligim⁹ ſi a nr̃is nos voluptatib⁹ coartamus. Nã q̃ adhuc ꝑ illicita deſideria defluit ꝓfecto deũ nõ amat: q2 ei in ſua voluptate ꝯdicit. Ille ḡ vere amat cui⁹ vcꝫ mẽtem delectatio praua ex cõſenſu nõ ſupat. Nã tanto q̇ſqꝫ a ſuperno amore diſiungiẗ q̄to inferi⁹ delectaẗ. hec Grego. Et iteruꝫ. (Si precepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectiõe mea). i. ex hoc ſcietis vos dilectos a me ⁊ ꝙ in dilectione mea qua vos diligo ⁊ in gr̃a mea manebitis ſi precepta mea ſeruaueritis. Seruatio em̃ mãdator̃ eſt effectus ⁊ ſignũ diuine dilectiõis: nõ ſolũ ei⁹ q̄nos diligim⁹: ſed ⁊ ei⁹ q̃ ipſe diligit nos ex hoc em̃ ꝙ ipſe nos diligit monet nos ⁊ adiuuat ad implendũ eius mãdata q̃ impleri non pñt niſi ꝑ gratiã. Oſtẽdit ergo ſm̃ Auguſti. Non vnde dilectio

[Margin notes: F Dilectio a ioanne ꝑcipue ꝑcipiẗ. — Grego. — Augu. — Grego. — G Mãdator̃ ſeruatio. — Augu.]

generet:ſʒ vñ mõſtraret vt nemo ſe fallat dicendo ꝙ deũ diligat ſi ei⁹ ꝓcepta nõ ſeruat. Nã intm̃ deũ diligim⁹ inq̃tũ eius ꝓcepta ſeruam⁹:inq̃tũ aũt min⁹ ſeruam⁹ minus diligim⁹. Nemo ꝓcepta ſeruat qui nõ diligit:ꝛ nemo diligit niſi q̃ ſuat. Nec prius ſeruamus precepta vt nos diligat xp̃s ſed niſi nos diligat ea ſeruare nõ poſſumus. Et iteꝝ. (Vos amici mei eſtis ſi feceritis q̃ ego ꝓcipio vobis).i.ſi opa oſtenditis amicitie ꝛ dilectiõis:q: impletio ꝓceptoꝝ eſt ſignũ dilectiõis:ꝛ ꝓceptũ eſt ſignũ ſue volũtatis:ꝛ ideo ſi ea que ꝓcepit nõ facerent volũtates nõ cõſonarent:ꝛ ſic amici nõ eſſent:ſm Greg. Amicus q̃ſi animi cuſtos dr̃. vnde nõ immerito qui volũtatẽ dei in preceptis eius cuſtodire dicit illius amic⁹ vocat. ꝛ ſm eũdẽ. Magna eſt mia redẽptoris et dignitas hoim eſſe amicos dei. Sʒ audiſtis gloriã dignitatis cũ dicit (vos amici mei eſtis) audi ꝛ laborem certaminis cũ ſubdit (ſi feceritis q̃ ego ꝓcipio vobis) vñ vt ait Augu. Cum ſeruus bon⁹ eſſe nõ poſſit niſi ꝓcepta dñi ſui fecerit hinc amicos ſuos voluit intelligi vnde boni ſerui ꝓht probari. O magna bonitas dei. Cum ei pro cõditione reddere debeamus obſeq̃a vt pote ſerui dño famuli deo ſubiecti potẽti:mancipia redẽptori:amicitiarum nobis premia promittit vt a nobis obſeq̃a debita ſeruitutis exto:queat vt quos nolle ſeruire cõſpicit ſpõte ſuo:ũ beneficiorum poſſit promiſſionibus inuitare. hec Augu. Nullus ergo ſine operis atteſtatiõe credat ſe deũ diligere. ſʒ vt ait Greg. de dilectione cõditoris lingua mẽs ꝛ vita requirat. Nunq̃ eſt dei amor ocioſus:operat etẽm magna ſi eſt:ſi ṽo operari renuit amor nõ eſt. Nemo itaq; dʒ credere ꝙ deũ diligat q̃ eũ ſepe corde nõ cogitat:q̃ eũ ſepe ore nõ laudat:q̃ ei⁹ mãdata ope nõ ſeruat. Greg. Si ab aliq̃ q̃rat virũ deum amat libere rñdet ita ſed conſtat:vt ipſe dicit ꝙ ꝓbatio dilectiõis exhibitio eſt opis:ergo ſi vere deũ diligis q̃rendũ eſt a corde:ab ore:ab ope. primo a corde:q: quod amat de eo ſepe cogitat. Vñ luxurioſi ſepe cogitãt de delitijs carnis:auari ð diuitijs:ſupbi de eminẽtijs:ꝛ viri vere ſpirituales de diuinis. Si ergo nõ ſepe ð deo cogitas nõ credas te vere amare eũ. Itẽ hõ nãlr de eo cogitat qð ꝓceterꝫ amat:ergo ſi ð mũdo magis q̃ de deo cogitas:mũdũ magis q̃ deũ amas. Scðo ſi deũ diligis a lingua tua requiras:q: ex abũdãtia cordis os loquit. Nõ idẽ eſt ṽbũ cordis ꝛ oris:ſʒ i corde eſt nudũ:i ore veſtitũ:lingua ergo libẽter illũ notat quẽ cor amat:ꝛ iõ ſi plus de mũdo q̃ ð deo fat magis mũdũ q̃ deũ diligere cõuincit. Tertio an deũ diligas ex

Grego.
Amic⁹ quis.

Augu.

Grego.
Amor dei nõ eſt ocioſus.

Grego.

ope tuo requiras:nõ eñ põt ignis eẽ ꝛ nõ ardere. Si ergo ignis diuin⁹ ẽ i corde tuo nõ poteris vacare ocio:ſʒ ſi ocio vacas ignẽ nõ habes:q: (vt dictũ ẽ) charitas nõ ẽ ocioſa:opat eñ ſi ẽ:ſi opari renuit charitas nõ eſt. Ad hoc g̃ ꝙ qs xp̃m veracit diligat neceſſe ẽ vt deo amãdo nihil ꝓponat:ꝛ primũ ſuũ ſicut ſe diligat ac dilectionẽ corde ore ꝛ ope oñdat:hoc ẽt qð dictũ eſt. (Vos amici mei eſtis) duplr põt intelligi ſm ꝙ amic⁹ duplr dr̃.ſ.q̃ amat ꝛ q̃ amat ꝛ ſʒ vtrũ q3 verũ eſt qð ſubdit (ſi feceritis q̃ ego ꝓcipio vobis.) Q: ꝛ q̃ deũ amãt mandata ei⁹ ſeruãt:ꝛ q̃s de⁹ amat:mãdata illi⁹ ſeruãt inq̃tũ ꝯferẽdo eis graꝫ ſuã adiuuat ad ſeruãdũ. Sʒ vt viſũ eſt mãdatoꝝ obſeruatio nõ eſt diuine amicitie cã:ſʒ ſignũ.ſ.ꝙ de⁹ diligat nos:ꝛ ꝙ nos diligam⁹ eũ. Et plura alia hmõi dñs tũc dicebat. Quarto circa ſermonẽ mediteris q̃lr dãdo eis ꝯfidẽtiã circa ꝓſſuras q̃s eis ꝓdixit eẽ vẽturas ꝓmunit:ꝛ hortat ipſos ad patiẽtiã ne deficiãt i tribulatiõib⁹ di. (Si mũd⁹ vos odit) i. mũdani ꝛ amatores mũdi q̃ diuitijs delitijs ꝛ honorib⁹ ſũt dediti (ſcitote) ad cõſolationẽ vr̃aꝫ (q: me priorẽ vobis odio habuit.) Vñ ſcriptũ eſt. Odio habuerunt me gratis. q.d. ſm Chri. Scio hoc ẽ durũ ꝛ difficile:ſʒ ꝑ me patiamini:ꝛ iõ nõ dolere ſʒ ꝛ letari opꝫ:ꝛ ſufficit vobis in cõſolationẽ ꝓpter me hec pati:grãdis cõſolatio membris ex capite:q: nõ debẽt cõditionẽ capitis refutare. vñ Aug. Cur ſe mẽbrũ ſupra verticẽ extollit? Recuſas eſſe in corpe ſi nõ vis odiũ mũdi ſuſtinere cũ capite. Deinde oſtendit cur odit eos mundus.ſ. quia nõ ſunt de mũdo.i. pte ei⁹:nihil eñ cõe cum terra ẽ eis ſʒ celeſtiũ facti ciues:ꝛ ꝓpt hoc mundi odium patienter eſt ſuſtinẽdũ. vñ Chriſ. hoc eſt virtutis augmentũ a mundi odio haberi vñ dolere oportet ſi a mũdo diligeremini. hoc eñ eſſet malicie veſtre oſtenſiuũ. Greg. Nam peruerſorũ derogatio vite noſtre approbatio eſt:q: iam oſtenditur nos aliquid iuſticie habere ſi illis diſplicere icipim⁹ qui nõ placẽt deo. Et q: exẽplo ſui quo aliud mai⁹ et meli⁹ nõ eſt monuit ad ferẽda odia mundi ſubdit q̃re eũ debeant imitari q: ille dñs ipſi ſerui (memẽtote inq̃t ſermõis mei quẽ dixi vobis.) Non eſt ſeruus maior dño ſuo. (Si) ꝓ q: (me ꝑſecuti ſũt) q: ſuꝫ dñs (ꝛ vos ꝑſequent) q̃ ſerui eſtis perſequent vos in quib⁹ ego ſum ꝛ ꝑ ꝯſequens me in vobis. Nõ põt placere ſeruus q̃b⁹ diſplicet dñs. Chri. q.d. Nõ vos turbari oportet ſi cõicabitis meis paſſionib⁹:q: vos nõ eſtis me potiores. Et iterum. (Mundus quidẽ).i. mũdani in delitijs diuitijs ꝛ ambitiõe viuẽtes (gaudebit) tanq̃ de me triũphans

Diligere veraciter deum.

Patiẽtie commendatio.

Chriſ.

Augu.

Odia mundi toleranda.

Chriſ.

Grego.

Chriſ.

rit:q: in triduo mortis xp̄i iudei mūdo.de
diti ſunt gauiſi credētes extinxiſſe totā ſe
ctam xp̄i (vos aūt contriſtabimini) de mea
morte ꝛ abſentia (ſ; triſtitia veſtra vertet
i gaudiū) in reſurrectiōe ꝛ apparitiōe ſeu
preſentia ꝛ aſcenſiōe ꝛ marie in ſpūſſancti
miſſiōe. Cōtriſtati eiī ſunt de morte dñi ſ;
mox de reſurrectiōe letati. Nā poſt lachry
mationē ꝛ fletū infundit de⁹ exultationē;
ꝛ gaudiū. Ubi notādū φ ſi cui ꝓmitteret
ab eo q̄ eſſet verax ꝛ potēs facere ꝓmiſſuz
φ oēs illi⁹ lapides verteret in aurū; vtiq;
ille cōgregaret hincinde lapides q̄ƺ poſſet
plures ꝛ maiores. Nūc igit ꝓmittit nobis
ab ipſo q̄ veritas ē ꝛ potens ſup oē qđ eſt: φ
triſtitia nr̄a vtet in gaudiū: id: multū libē
ter debem⁹ ſuſtinere triſtitias ꝛ preſſuras
hui⁹ mundi in augmentū nr̄i gaudij. vn̄
nō dixit poſt triſtitiā veſtrā vobis erit gau
diū: ſed ait (triſtitia vr̄a vertet in gaudiū)
ita φ hoc ipm̄ qđ eſt triſtitiā habere in eu
mulū gaudij ꝯuerteret. Ad oſtendendā;
aūt ꝛ merorís ꝛ gaudij imenſitatē inducit
ſilitudinē declarādo qđ dixerat p exēplū;
mulieris in dolore part⁹ triſtitiā habētis
ſ; i natiuitate pueri gaudiū ſupueniēs ab
ſorbet in ea oēm triſtitiā p̄cedētē. Deinde
hoc ꝑadigma qđ de muliere ꝓpoſuit dñs
expōit ꝛ ſilitudinē adaptat dicēs. (Et vos
igit nūc q̄dē triſtitiā hētis) .ſ. tp̄e mee paſ
ſiōis ꝛ mort; q̄ſi iā ꝑturiētes (iter; aūt vi
debo vos ꝛ gaudebit cor vr̄m) .ſ. poſt meā
reſurrectionē (ꝛ gaudiū vr̄m nemo tollet
a vob;) (q: vita xp̄i q̄ fuit materia hui⁹ gau
dij erat deiceps imortalis nō ā pli⁹ auferē
da p mortē. Triſtitiā em̄ habuerūt paſſo
dño: ſ; poſt reſurrectionem gauiſi ſūt viſo
dño: ꝛ gaudiū eoꝝ nō tollebat ab eis: q: et
ſi poſtmodū ꝑſecutiōes ꝛ tormēta ꝑ xp̄o
paſſi ſunt: ſpe tñ reſurrectiōis ꝛ viſiōis il
li⁹ acceſſi libēter aduerſa q̄q; ferebāt: imo
gaudiū exiſtimabāt cū i tētatiōes varias
inciderēt. Pñt aūt hec ita intelligi vt in
diſcipulis vniuerſe loquat dñs eccleſie ve
lut ēt ibi: ecce ego vobiſcū ſum vſq; ad ꝯſū
mationē ſcl̄i. Mūdi ei amatores gaudēt:
q: i pñtib⁹ delectāt nulla alteri⁹ vite gau
dia ſperātes: ſed boni in erūnis. hui⁹ vi
te triſtant ꝛ ꝑplorāt pro pctis ꝓprijs ꝛ alie
nis ꝑ hui⁹ mūdi icolatu ꝛ dilatiōe regni
celeſtis: ꝛ ꝑ hui⁹ vite tribulatiōes ꝛ angu
ſtias ad eterna ꝯtēdūt gaudia celi: q: per
mltas tribulatiōes op; nos intrare i regnū
dei. Dicēs ḡ dñs (iter; āt videbo) vos (ſcđ;
ꝓmitit aduētū quo ad vniuerſam vc; ec
cleſiā ad remunerādū ex integro. Ac ſi di
ceret iter; videb⁹ appebo: vos eterna vi
ſione eripiā: vos ab aduerſarijs aſſumam
vos ad meipſum coronabo: vos victores
probabo me ſemper vidiſſe vos decertan

tes. Alchuin⁹. Mulier aūt ſancta eccleſia alchui n⁹. mu lier pa riēs ec cleſia ē.
eſt ꝑpter fecūditatē bonoꝝ opeꝝ: ꝛ q: ſpūa
les deo filios generat hec mulier dum pa
rit. i. dū i mūdo virtutū ꝓfectib⁹ inſiſtit:
dū vndiq; tentat ꝛ affligit triſtitiā h; de
hoc: q: venit hora vt patiat: q: nemo car
nem ſuā ſodio habuit. Sed cū peperit. i. cū Naſcit q̄ in ce lū mi grat.
deuicto laboris certamine ad palmā ꝑue
nerit iā nō meminit preſſure p̄cedētis ꝑ
pter ꝑcepte gaudiū retributionis: q: nat⁹
eſt hō in mundū. Sicut em̄ mulier nato i Bedas
hoc mundo hoīe letat: ita eccleſia nato in
vitā eternā fideliū ꝑplo exultatiōe replet
Beda. Nec nouū d; videri ſi nat⁹ dicatur
q̄ ex hac vita migrauerit. Sicut em̄ cōſue
te naſci d: cū quis de vtero mr̄is ꝑcedēs
in hanc lucē progredit: ita pōt nat⁹ appel
lari qui ſolut⁹ a vinculis carnis ad lucē;
eternā ſublimat: vn̄ ſctōꝝ ſolēnia nō fune
bria: ſ; natalitia vocāt. ¶ Deinde cōclu
dit ꝯcluſionē p̄ncipalr intētā: ad hoc em̄
dixit p̄dicta oīa vt firmarent ꝯ̄ tribulatio
nes eis imminētes ꝛ aduerſa. vn̄ ait (Hec
oīa) q̄ dixi in ſermōe iſto (locut⁹ ſu; vobis)
ſc; ad hūc finē (ꝛ iō vt in me pacē habea
tis) aduenientib⁹ tribulatiōib⁹ futuris: q:
ſicut graue quietat i loco ꝑprio: ita cor hu
manū in deo. Et ide eſt φ hoīes mūdani
qui deo p amorē nō ſunt coniuncti habēt
tribulatiōes abſq; pace: ſ; ſcti qui deū per
amorē habēt i corde ꝛ ſi ex mundo habēt
tribulatiōes i xp̄o habēt pacē. Hic finit ſer R
monē ſuū vt pius pater vtiliora ponēs in Pacis
fine ſc; de pace ad quā oēs conat inuitare cōmen
vn̄ gl. Nō ſolū q̄ in cena ſed etiam q̄ ab ini datio.
tio p̄dicatiōis ſue ꝛ maxime q̄ i cena hac
de eā dicit: vt i illo pacē habeāt: pacē petō
ris in pñti: pacē eternitatis i futuro. Hec
par eſt pro qua xp̄iani facti ſum⁹: ꝑ qua
ſacramētis ibuimur: ꝑ q̄ flagellis ꝛ alijs
modis erudimur: ꝑ qua ſpūs pign⁹ acce
pim⁹: ꝑ qua in eū credimus ꝛ ſperamus
ꝛ amore ei⁹ accendimur. Hec ineſt ſ̄ſſuris
ꝯſolatio ꝛ liberatio: vt hac i fine feliciter
regnem⁹ cū xp̄o. In hoc ḡ ſmonē ꝯcludit:
q: ipſe ē ꝯſūmatio vie ꝛ btitudo pr̄ie. Aug. Augu
Hec par finē tp̄is nō hēbit: ſ; ois pie nr̄e
itētiōis actiōiſq; fini; ipa erit. Et ſubiūgit.
(In mūdo ꝑſſurā hēbit;) .ſ. ab hūanis hoī
bus vos ꝑſequētib⁹: i me aūt pacē. q.d. ſm
Greg. Sit vobis d me iteri⁹ φ ꝯſolādo fi Grego.
ciat: q: erit d mūdo exteri⁹ qđ ſeuiēdo gra
uit p̄mat. Scti em̄ viri nō hñt tribulatio
nes puras: q: hñt ꝯſolationē dei admixtā:
ſ; mali hñt eas puras nō hñtes ꝯſolatio
nē iſtā. (S; ꝯfidite) .i. fiduciā hīte, habete
q: ego ꝑ vob vici mūdū ꝛ nō p̄ualebit. q.d.
recurrat; ad me ꝛ habebit; pacē i me: xp̄o
vicit mūdū diripiēdo auferēdo arma ei⁹ ſ.io.W
qb⁹ ipugnat: hec aūt ſūt ei⁹ ꝯcupiſcibilia.

Nā oē qđ eſt in mundo aut eſt ↄcupiſcētia
carnis quā deſtruxit ꝑ afflictionē ⁊ laborē:
aut ↄcupiſcētia ocloꝝ quā dſtruxit ꝑ pau-
pertatē: aut ſupbia vite quā deſtruxit ꝑ hu
militatē. In hac victoria xpi debēt ↄſiderare
ſcti: qꝛ ↄſideratiōe ei⁹ armati ⁊ virtutibus
muniti facilr ſupāt tētatiōes mūdi: ꝑpter
qđ dicit petr⁹ xpo in carne paſſo ⁊ vos ea-
dē cogitatiōe armamini. Qui ğ ſicut xps
iſta ↄcupiſcibilia vicit: vincit mūdū. ⁊ hoc
ſm Joā. Facit fides nr̄a: qꝛ cū ſit ſubſtātia
ſperādoꝝ q̄ ſunt bona ſpūalia ⁊ eterna fa-
cit nos ↄtēnere bōa corpalia et trāſitoria.
Et alia plura his ſiſ'ia tūc dicebat. Quito
circa ſermonē mediteris quatr ipſe dn̄s ie
ſus eo q̄ erat ad diſciplos ſermonē finito:
Beda. de quo ſm Bedā in cena locut⁹ eſt vſqꝫ ibi
ſurgite eam⁹ hic. Deīde ſtādo vſqꝫ ad hym
L ni finē cui⁹ hoc initiū eſt: tādē (ſubleuatis
Orādi ocl'is) aſpiciēs in celū ſe ad prē̄m ↄuertit ⁊
ratio in ꝟba ad ipm̄ dirigens orare cepit. Xps nō
xpo. tm̄ orauit ad aliqđ īpetrādū: ſed et ad dā
dū nobis orādi exēplū: et iō oratio ſua hic
deſcribiť optis circunſtātijs diſpoſita. Pri
mo reſpectu precedētiū: qꝛ poſt ſermonē et
diſcipuloꝝ inſtructionē ↄuertit ſe ad ora-
tionē ad oñdēdū ꝙ cōplemētū boni opis
eſt a deo reqrendū: ⁊ vt quos īſtruim⁹ ver
bo iuuemus orationū ſuffragio: qꝛ ſermo
diuinus maxime hꝫ effectū in cordib⁹ au-
diētiū cū iūciť oꝛone per quā diuinū im-
plorať auxiliū: et iō finis ſermonis nr̄i dꝫ
ad orationē termiari. Scđo reſpectu pñtē-
tium: qꝛ orādo principalr oculos leuauit
Dama. ad celū ad denotādū ꝙ in oꝛone mens dꝫ
Oratio eleuari in deū: qꝛ ſm Damaſ. Oꝛo eſt aſcē-
quid. ſus mētis in deū. Inter alias aūt ptes cor
Chriſ. poris diſpō īterioꝛ mētis maxie relucet in
Oculo- oculis. Ubi em̄ amoꝛ ibi ocl's. Chri. Propť
rū leua hoc in celū oclos eleuauit vt ſtātes ſurſū
tio. aſpiciam⁹: nō ocl'is carnis ſolū ſꝫ ⁊ mētis.
Scti ergo qñqꝫ erecti ⁊ eleuātes ocl'os ad
ps. cxx- celū orāt: nō vt ſupbi: ſed vt hūiles oratio-
ij. nē ad deū dirigēdā ⁊ celeſtia tm̄ petēda eē
oſtēdāt. vñ ps. Ad te leuaui oclos meos q̄
habitas in celis. Et nō ſolū oclos ſꝫ ⁊ opa
Tren. tiōes nr̄as in deū referre debem⁹ ſm illud
Tren. Leuemus corda nr̄a cū manib⁹ ad
deū in celis. Per man⁹ em̄ deſignanť opa-
tiōes. Tertio reſpectu ſequētiū: qꝛ articu-
lo paſſiōis ſibi iminēte ⁊ preſſurꝫ diſciplo-
rū pdictis orauit ad prē̄ʒ ſuū ad deſignā-
dū ꝙ preſſuris ⁊ tribulationib⁹ iminētib⁹
Orauit dꝫ hō ꝑ oꝛonē recurrere ad deū: ſicut Moy
xps pro ſes: Suſanna ⁊ alij plures clamauerūt ad
ſe ⁊ ſuis dn̄m cū tribularenť ⁊ liberauit eos. Orat
Pro ſe. aūt xps p̄rio p̄ro ſe: deide pro mēbris. Pro
ſe orat tū ſm hūanā naturā: tū ſꝫ diuinā:
ſm hūanā naturā pro clarificatiōe in paſ-
ſione: ꝑ clarificatione reſurrectionis: ꝑ cla
rificatiōe aſcēſiōis: pro clarificatiōe iudi-
cij quā habebit i eo poſt illđ. Scđꝫ diuinā
naturā orat ꝑ noticia ⁊ manifeſtatiōe cla-
ritatis prī̄s ⁊ filij in qb⁹ intelligiť nex⁹ et
amoꝛ amboꝝ. ſ. ſpūſſctūs: qꝛ mediū ſepe i-
telligiť in extremis. Hoꝝ triū eadē eſt cla-
ritas natura eēntia: eadē potētia: ſciētia:
bonitas. Poſtulat ergo ipſe xps claritatē
ſuā ab eterno prē habitā ad hūanā cogni
tionē ⁊ noticiā diuinā ne ipm purū hoiēꝫ
arbitrātes de paſſiōis ignominia verecū-
diā recipiāt: ac de reſurrectiōis gl'ia deſpe
rātes a fide deficiāt. ¶ Pro mēbris dupl'r Pro mē
orat. Prio pro mēbris credētib⁹: ⁊ iā capi- bris.
ti adherētib⁹. Scđo pro credituris ꝑ ver-
bū iā credētiū. Orat ergo pro diſcipulis et
mēbris iā credētib⁹ ⁊ recōmendat eos prī
dicens. (Pr̄ ſctē ſerua eos) ↄſeruādo a ma-
lo ⁊ cuſtodiendo in bono (in noīe tuo). i. in
fide ac ↄfeſſiōe ⁊ veritate ⁊ virtute noīs tui
(quos dediſti mihi) pro fundamēto eccl'ie
per eos fundādē: per ſpālem amicitiā eos
mihi ↄiūgēdo (vt ſint vnū) ⁊ vniti per cha
ritatē (ſicut ⁊ nos) ſumus vnū per naturā:
ita ꝙ iꝛ ſicut nō īportat equalitatē: ſꝫ quā
dā ſiſitudinē ⁊ imitatione longiquā. Suꝫ
ego fili⁹ tu⁹ per naturā ſicut ⁊ illi filij tui ⁊
fratres mei ꝑ grãꝫ: vel ſm Aug. Ut quēad Augu:
modū pater ⁊ fili⁹ nō tm̄ eq̄litate ſubſtan- Unū eē
tie: ſed etiā volūtate vnū ſunt ita ⁊ hi non cū deo.
tm̄ per hoc ꝙ eiuſdē nature ſunt: ſed etiaꝫ M
per eādē dilectiōis ſocietatē vnū ſint. Cu-
iuſcūqꝫ pfectio nihil aliud eſt ꝙ̄ participa
tio diuie ſiſitudinis: intm̄ em̄ boni ſum⁹:
inquātū deo aſſimilamur. (Ego pro eis ro Oꝛo ꝑ
go quo ad efficaciā (qꝛ tui ſunt) ꝑ eternaꝫ aplis.
predeſtinationē (nō pro mūdo). i. mūdi di-
lectorib⁹ ⁊ perditis ſm tuam preſciētiam
hoc dicit: qꝛ efficacia ſue orationis tm̄mō
ad electos ſe extēdit. Quāuis enim in ſe ſit
efficax pro oībus: tñ mali ponūt ſibi impe
dimētū ne ſint participes ipſi⁹. Et licet iā
nō eēnt de mūdo: adhuc tñ neceſſariū erat
eos eſſe in mūdo: iō ſubdit (nō rogo vt tol-
las eos de mūdo) vel ꝑpter alioꝝ ſalutē:
qꝛ adhuc ſunt mundo neceſſarij: vel ꝑpter
eoꝝ vtilitatē: qꝛ in meritis nō ſunt cōſum-
mati. vñ Beda. q. d. iaꝫ iminet tps vt ego Beda.
tollar d mūdo: ideoqꝫ neceſſe eſt vt iſti nūc
nō tollanť de mūdo: vt te ⁊ me ꝓmū annū-
cient mūdo. (Sed vt ſerues eos a malo) et
defectu in preſſuris eripiēdo a periculis ⁊
dādo eis ꝑmanētiā in fide ⁊ ↄſtātiā in tri
bulatiōib⁹ iminētib⁹. Hic habes qꝛ ſcti nō
debēt rogare vt trāſeāt de mūdo ſi adhuc
eis ↄueniēs nō eſt: ſicut nec iſtis ↄueniēs
nō erat (ſctifica eos). i. ↄfirma (in virtute) ſi
dei catholice: ac vite ⁊ doctrine. Sanctum
enim vno mō ſignificat idē qđ firmū. Iſta
autē cōfirmatio aploꝝ facta eſt a deo pa-

tre qñ i die pẽthecoſten miſit eis ſpm̃ ſctm̃
¶ Deinde orat ꝑ toto fideli ppl'o dicens.
(Nõ ꝓ eis rogo tm̃: ſʒ ⁊ ꝓ eis) q̃ ꝑ totũ orbẽ
(credituri ſunt in me) ꝑ v̈bũ eoꝝ .i. ꝑ verbũ
fidei ⁊ euãgeliũ qḋ p̃dicauerũt ꝑ qḋ oẽs in
xp̃m crediderũt q̃ fidẽ illã habuerãt quã
apl'i p̃dicauerũt. Qḋ verbũ dꝛ eoꝝ nõ qꝫ ꝑ
eos tm̃ ſit p̃dicatũ: imo ⁊ ꝑ paulũ ⁊ alios
quoſlibet p̃dicatores: ſʒ eis p̃mo ⁊ p̃ncipa
liter ꝯmiſſuʒ eſt ad p̃dicãdũ ⁊ ab ipis eſt
p̃mit⁹ ac p̃cipue p̃dicatũ: hoc eſt v̈bũ fidei
p̃dicatũ v̈bũ dei iſpiratũ ꝑ qḋ credidit la
tro: credidit paul⁹ ⁊ q̃cũq; vnq̃ credidit i
xp̃m. vñ ſm Aug. Oẽs ſuos ibi itelligi vo
luit nõ ſolũ q̃ tũc erãt in carne: ſʒ etiã q̃ fu
turi erãt. Quotquot em̃ poſtea crediderũt
in eũ ꝑ v̈bũ aploꝝ ſine dubio crediderũt:
⁊ donec veniat credituri ſunt. Per hos euã
geliũ miniſtratũ eſt: ⁊ anteq̃ ſcriberet: ⁊ vti
q; q̃ſq; in xp̃m credit: euãgelio credit. hec
Aug. (Ut oẽs vnũ) vnitate (ſint) fidei ⁊ cha
ritatis (ſicut ⁊ tu pr̃ in me ⁊ ego i te vnum
ſum⁹) in vnitate nature ⁊ ſubſtãtie (vt ⁊ ip
ſi in nobis vnũ ſint) fide ⁊ charitate. vel
ſm Aug. põt referri ad vnitatẽ amoris ſic.
(Sicut tu pr̃ es in me ⁊ ego in te) ꝑ amorẽ
(ita ⁊ ipſi ſint vnũ in nobis) ꝑ amorem: qꝛ
charitas facit vnũ eẽ cũ deo. q. d. ſicut pr̃
diligit filiũ ⁊ ecõuerſo fili⁹ prẽʒ: ita ⁊ ipi di
ligũt filiũ ⁊ prẽʒ. Fruct⁹ ãt vnitatis eſt (vt
mũd⁹) tot⁹ p̃dicatiõe eoꝝ ꝯuerſus (credat)
⁊ cognoſcat (qꝛ tu me miſiſti) ⁊ qꝫ doctrina
quã dedi eis ſit a te: ſic em̃ oẽs vnũ erunt.
Nã ꝑ nihil aliud manifeſtat veritas euã
geliũ: ſicut ꝑ charitatẽ fideliũ. vñ Chꝛ. Ni
hil em̃ ſcãdalizat oẽs vt ab inuicẽ diuidi
qꝫ credentes fiãt: vnũ hoc edificat ad fidẽ.
(Et ego claritatẽ quam dediſti mihi dedi
eis) qꝛ ptãtem miraculoꝝ ꝑ quã declarata
eſt diuinitas xp̃i dedit aplis. vñ Chꝛ. Cla
ritatem dicit gl'iã q̃ eſt ꝑ ſigna ⁊ dogmata
⁊ vt vnanimes ſint. vñ ſubdit. (Ut ſint vnũ
ſicut ⁊ nos vnũ ſum⁹) .i. vt ſint i vera vni
tate eccl'ie abſq; ſciſmate. vñ Chꝛ. hec em̃
gl'ia vt ſint vnũ ẽt ſignis maior eſt. Ego i
eis ꝑ grãʒ ⁊ charitatis ſpm̃: ⁊ tu in me ꝑ
vnitatẽ nature ⁊ ſubſtãtie: ⁊ ꝑ ꝯñs etiã tu
in eis ꝑ eũdẽ ſpm̃. vel ſm Hyla. Ego i eis.
ſ. ſuʒ ꝑ vnitatẽ nature hũane quã eandeʒ
habeo cũ ipis: ⁊ etiã qꝛ do ipis corp⁹ meũ
in cibũ ſacr̃alem: ⁊ tu i me ꝑ vnitatẽ eſſen
tie: vt ſic ſint ꝯſummati .i. ꝑfecti i vnũ: qꝛ ꝑ
vnionẽ hũanitatis xp̃i ad deũ fctã ẽ vnio
toti⁹ creature. Ut ſint iqt ꝯſummati i vnũ
in p̃nti in vnitate charitatis ⁊ grẽ ꝑ fidẽ
⁊ i futuro i vnitate gl'ie ⁊ fruitiõis diuine
ꝑ ſpẽ. Ad hoc em̃ tota tẽdit orõ i q̃ pluries
inculcat orãdo vt ſint vnũ. Sic oẽs orare de
bent ꝑ vnitate grẽ i via ⁊ ꝑ ꝯſummatiõe
glorie i patria vt hic habeãt vnitatẽ chari
tatis ⁊ grẽ per fidẽ: ⁊ ibi vnitatẽ fruitiõis
⁊ glorie ꝑ ſpem. In vnione charitatis ꝯſi
ſtit perfectio xp̃iane religionis: qꝛ per hec
mẽbꝛa eccl'ie cõiungunt adinuicẽ ⁊ capiti
hoi xp̃o ⁊ vlteri⁹ ipi deo: qꝛ q̃ adheret deo
vn⁹ ſpũs eſt: ⁊ ſic per ꝯñs p̃mum p̃ncipiũ
qḋ eſt deus cõiungit hoi q̃ eſt quodãmõ
ois creatura. Finis ãt vnitatis eſt (vt co
gnoſcat) tunc per ſpem (mũdus) ex inimi
co amic⁹ effectus .i. credẽtes (qꝛ tu me miſi
ſti: ⁊ dilexiſti eos ſicut ⁊ me dilexiſti. vnde Aug.
Aug. In filio q̃ppe pater nos diligit: qꝛ in
eo nos elegit. Cũ igit̃ eoꝝ q̃ fecit nihil ode
rit quis digne poſſit loqui q̃tum diligat
membꝛa vnigeniti ſui: ⁊ q̃to amplius ipʒ
vnigenitũ? Deinde petit cõiunctionẽ mẽ Unita
broꝛũ ad caput dicẽs (pr̃ quos dediſti mi cum ca
hi) ꝑ verã fidem in tua p̃deſtinatiõe ab pite.
eterno (volo) .i. oro ⁊ deſidero (vt vbi ego
ſum) cito futur⁹ (⁊ illi ſint mecũ) .i. in eter
na btitudine: i q̃ ẽt iã erat xp̃s actualr̃: q̃tũ
ad alaʒ q̃ eſt ps p̃ncipalior hois (vt videãt
claritatem meã quã dediſti mihi) .i. diui
nitatem meã vel claritateʒ corpis mei gl'i
ficãdi. vtrãq; em̃ claritatẽ ⁊ ſm diuinita
tem ⁊ ſʒ hũanitatẽ ſcti in gl'ia videbũt (qꝛ
dilexiſti me) eſſentia li dilectiõe (an̄ mundi
ꝯſtitutionẽ) ⁊ ab et̃no hoc ptʒ q̃tũ ad xp̃i
deitatẽ. ſilr̃ q̃tũ ad hũanitatẽ inq̃tũ de⁹
pr̃ eternalr̃ p̃deſtinauit ipm ad hãc gl'iaʒ
⁊ exaltationẽ In ipſo ẽt dilexit nos an̄ mũ
di ꝯſtitutionẽ p̃deſtinatiõe: qꝛ mẽbꝛa eius
ſum⁹ ⁊ diligimur i illo q̃ tot⁹ diligit̃ .i. ca
put ⁊ corp⁹. Eſt em̃ in nobis tãq; in tem
plo ſuo: nos aũt i illo ſm qꝫ caput noſtruʒ
eſt. vbi Au. In magnã ſpẽ dñs ieſus ſuos Augu:
erigit. q̃ maior eſſe nõ poſſit. Audite ⁊ eſto
te in ſpe gaudẽtes vt eſſe poſſitis in tribu
latiõe patiẽtes: audite inq̃ ⁊ quo ſpes nr̃a O
leuet̃ attẽdite. Chꝛiſt⁹ ieſus dꝛ audite: cre Dati
dite: ſpate: ꝯſiderate qḋ dicit. (Pr̃ inqt q̃s xp̃o a
dediſti mihi volo vt vbi ego ſum ⁊ illi ſint patre.
mecuʒ.) Qui ſunt iſti quos ait a prẽ datos Joã.vi.
ſibi? Nonne illi de quibus alio loco dicit
nemo venit ad prẽʒ: niſi pr̃ q̃ miſit me tra
xerit eũ. Et iteꝝ. Quapropter oib⁹ mẽbꝛis
ſuis ꝓmittit hoc p̃miũ vt vbi eſt ipe ⁊ nos
cuʒ illo ſim⁹. Nec poterit nõ fieri qḋ oipo
tenti prĩ ſe velle dixit opes fili⁹. hec Aug.
vñ Anſ. Inter hec cũ diſcipulos ſacratiſſi Anſel.
ma illa orõne ꝯmẽdãs pr̃ dixerit pr̃ ſerua Orõnẽ
eos i noie tuo: iclina capud tuuʒ vt merea dicẽdo.
ris audire: volo, vt vbi ego ſum ⁊ illi ſint
mecũ: bonũ eſt tibi hic eſſe: ſʒ exeũdũ eſt.
hec Anſ. O q̃ dulciſſima oratiõis v̈ba an
tidotũ ⁊ remediũ ad oẽm aduerſitatem ⁊
pctm̃ cui⁹ dulciſſime orõnis principiũ ⁊ fi
nis i pace ⁊ dilectõe ꝯſiſtit: ad quã p̃cipue
vt dictũ eſt tẽdit. Et multa alia dñs ieſus
diſcipulis dicebat que vere corda deuota

ſcindebāt. Si ḡ i ſmone q̄ dicta attēte ſunt
diſcuſſeris ⁊ diligēter meditādo rumina-
neris in eoꝝ dulcedine requieſcēs merito
inardeſcere poteris ad tantā dignationē
benignitatē ꝓudentia: diligētiā ⁊ chari
tatem: ⁊ circa alia ꝑ dn̄z hoc ſero geſta. Ex
q̄bus poteris colligere faſciculū cōtra oēz
tētationē ⁊ aduerſitatē ſalubre ꝯſolatiōis
remedium. Inter oīa em̄ memorialia xp̄i
ꝑcipua recordatiōe cōſtat eſſe digniſſimū
finale illud ſacratiſſime cene cōuiuiū in
quo nō ſolū agn⁹ paſchalis ꝓponitur ad
edendū: verūetiā agn⁹ imolat⁹ q̄ tollit pec
cata mūdi ſub ſpecie pāis ꝑbeť i cibū. In
quo q̄dē cōuiuio mira dulcedo bonitatis
xp̄i refulſit: qn̄ cū pauꝑculis illis diſcipu
lis a iuda ꝓditore eadē mēſa ⁊ ſcutella ce
nauit. Mirū claruit hūilitatis exemplum
dū pedes piſcatoꝝ ⁊ ꝓditoris ſui rex glie
ꝑcinct⁹ lintheo ſtudioſiſſime lauit. Mira
patuit munificiētie largitas dū ſacerdoti
bus illis ꝑmis: ⁊ ꝑ ꝯñs toti eccl'ie ⁊ orbi ter
rarū corp⁹ ſuū ſacratiſſimū ⁊ ſanguinem
ꝟe i cibū dedit ⁊ potū. Mir⁹ tādē emicuit
dilectiōis exceſſus qn̄ i fine diligēs ſuos
tā dulci exhortatiōe ꝯfortauit in bono: pe
trū ſpālr̄ ꝑmonēs ad fidē ⁊ robur ⁊ iohāni
cōferēs pect⁹ ad recubitū dulcē ⁊ ſacrū. O
q̄ꝫ mira ſunt hec oīa repleta dulcedine illi
dūtaxat aīe q̄ ad tā celebre vocata ꝯuiuiū
tāto inētis currit ardore: vt poſſit illud ꝓ-
phericū cātare. Quēadmodū deſiderat cer
uus ad fontes aquarū ⁊c. Cōſpice ḡ dn̄m
dū loquiť quō efficaciter deuote ⁊ delecta
biliter loquēs iprimit diſciplis ſuis que
narrat ⁊ paſchalis in amenitate aſpect⁹ ⁊
verboꝝ ei⁹. Cōſpice ēt diſcipulos quō ſūt
meſti lachrimātes ⁊ ſuſpiria dātes. Pleni
em̄ ſunt triſtitia vt ꝺ hoc ipa ꝟitas teſti-
moniū dicēs (Qꝛ hec) ſcz de receſſu meo lo
cut⁹ ſum vobis triſtitia iplenit cor vr̄m: et
doletis me corꝑalib⁹ ſubtrahi oclis. Inter
alios āt ꝯſpice ioānē eidē familiari⁹ cohe
rentē qualr̄ attēte ⁊ diligēter hūc dilectū
ſuū ꝯſpicit ⁊ teneri⁹ anxiat⁹ oīa ꝟba eius
recolligit. Ipſe em̄ ſolūmodo ea deſcribēs
tradidit nobis bn̄dict⁹ ipe Ioānes qui ſu
ꝑra pect⁹ dn̄i recūbēs hec potauit ⁊ memo
riter retinēs: nobis ea ſcripſit. Nullus ſic
fideliter ⁊ familiariter dn̄o adheſit vt ioā
nes. In cena iuxta eū ſedit: lꝫ eſſet iunior
alioꝝ: ⁊ qn̄ capt⁹ fuit ſecut⁹ ē eū i atriū ꝑn
cipis ſacerdotū: ⁊ nec in crucifixiōe: nec in
morte: nec poſt mortē eū dimiſit: quouſq̄
ſepult⁹ fuit. Et qꝛ dn̄s videbat diſcipulos
formidare ⁊ timere: tū rōne tp̄is: qꝛ nox erat
tū rōne loci: qꝛ i ciuitate manifeſte ſiſtebāt
ita vt frequēter circūuoluerent oculos ad
oſtiū dom⁹ q̄ſi imaginātes ⁊ expectantes
inuadi ⁊ capi ab hoſtib⁹: ⁊ ꝓpter hoc mi-

Miranda in cena. (margin)

Ps. xlj. (margin)

Ioāni bn̄dicit (margin)

Oronis dulcedo. (margin)

nus intēdētes his q̄ dicebat: iō vt melius
ꝟba q̄ dictur⁹ erat itelligerēt: ⁊ vt ad locū
vbi tradēd⁹ erat veniret inter alia eis diſ-
cūbētib⁹ dixit (Surgite eam⁹ hinc) .ſ. ad
locum aliū magis ſecurū ⁊ ſecretū vbi eſti
mantes vos ſecuros attēti⁹ audiatis ver
ba mea ⁊ meli⁹ attēdatis ad ea q̄ ſunt vo
bis dicēda ad locū vbi tradēd⁹ ſuꝫ ad mor
tē ad ſeꝑationē a vobis corꝑalr̄ i hoc mū-
do ad anguſtiā ⁊ paſſionē meā: ⁊ q̄cunq̄
voluerit poſt me venire abneget ſemetipꝫ
⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequať me. Et ora euꝫ
vt nō ſinat te a ſuo latere ſeꝑari: ſꝫ ꝯcedat
tibi ſecū ire ⁊ eū ſeq̄ ſiue ad mortē ſiue ad
vitā. O quāt⁹ pauor i diſciplos itrauit ne
ſciētes q̄ vel q̄lr̄ ire dēbēt ⁊ de ipſi⁹ ſeꝑatio
ne plurimū formidātes. Merito aūt de tā
to cōuiuio grē reddēde erāt deo: ⁊ iō poſt
cenam hymnū .i. cāticū diuie laudis; dixit:
⁊ grās egit ſicut ⁊ an̄ cenā fecerat: vt .ſ. ad
diſcas ⁊ an̄ cibū ⁊ poſt cibū grāꝝ reddere
actiōes. vn̄ Chry. Audiāt q̄cūq̄ velut por
ci ſimplr̄ mādu cātes cū ebrietate ſurgūt
cū deceret grās agere ⁊ hymnū ꝯcinere ⁊
mēſā deſinere: audiāt q̄cūq̄ vltimā orōnē
in ſacris myſteriis nō expectāt: vltima em̄
orō miſſe illi⁹ hymni eſt ſignū. Grās ergo
egit an̄q̄ ſacra myſteria diſciplis daret vt
⁊ nos grās agam⁹ hymnū dixit poſtq̄ de
dit vt ⁊ nos hoc ipꝫ faciam⁹. hec Chry. vbi
⁊ Bed. Simul ēt ⁊ hoc oñdit q̄ ꝯplectibile
erat ſibi ꝓ nobis mori: qꝛ cū tradēd⁹ erat
deū laudare dignat⁹ ē: docet ⁊ nos cū i an
guſtias icidim⁹ ꝓpter multoꝝ ſalutē non
ꝯtriſtari: ſꝫ deo grās agere q̄ i nr̄a tribula
tiōe opať multoꝝ ſalutē. Tādē cūctis cō-
pletis myſteriis ⁊ hymno dicto ꝓ ſacri in
ſtitutiōe ⁊ nouevite denūtiatiōe hora ꝯple
torii egrediť de loco cene cū diſciplis ſuis
ad locū extra ciuitatē ad quē ſciebat ventu
rū ꝓditorē vltro ſe offerēs paſſiōi vt oſtēde
ret ſe volūtarie ſubire mortē ⁊ deſiderare
nr̄am redēptionē. Ille em̄ locus erat apt⁹
ad capiendū xp̄m: qꝛ erat a ciuitate remo
tus ⁊ ipi q̄rebāt cape eū ſine ſtrepitu tur-
baꝝ. Precedit ipe in eū ſeq̄re ⁊ ꝯſpice diſci
pulos eūtes poſt eū ⁊ cū eo: quō q̄libet q̄
magis ꝑt magis eidē approximat: ⁊ ꝯgre
gatiꝫ ꝑgētes ſicut moris eſt pulloꝝ ꝑgere
poſt gallinā ipellūt eū mō vn⁹ mō aliu ex
ꝺſiderio appropiquādi ⁊ audiēdi ꝟba ip-
ſius. Ipe ꝟo libēter ⁊ patiēter ſuſtiebat ab
eis ⁊ tūc locut⁹ ē eis ꝯplēdo ſmonē eūdo
ꝑ viā ⁊ i horto. ¶ Et iuit cū illis ꝟſus ortē
tē trāſ torrētē cedrō ⁊ vallē ioſaphat q̄ ē
iter hierl'ꝫ ⁊ mōtē oliueti a ſeptētriōe i au
ſtrū porrecta: ꝑ cui⁹ vallis medium currit
idem torrēs cedrō. Eſt autem cedrō gtūs
plis: qui latine cedrorum ꝺ: de quib⁹ ar-
borib⁹ copia ibi erat i ripis torrētis. eiuſ-

Pro hymn⁹ dicēd⁹. (margin)

Chriſ. Grē p⁹ cibum agēde. (margin)

Beda. (margin)

Egreſſio xp̄i hora cōpletorii (margin)

Cedrō gtūs. (margin)

dē vñ ſic appellat̄. In hac valle ē pua cāpi
planicies irrigua ⁊ nemoroſa plenaqꝫ de-
litijs: vallis ꝟo nomē accepit a rege ioſa-
phat ibi ſepulto vbi a pte mōtis ſyō in pe-
de mōtis oliueti in ipſaȝ vallē deſcēdēdo
eſt turris ſepulchrū ej⁹ cōtinēs. Cuius ad
dexteraȝ de rupe mōtis oliueti exciſa ⁊ ſe-
parata domus dno cauata hȝ ſepulchra.ſ.
ſymeonis ſenis ⁊ Joſeph ſpōſi marie ꝟgi-
nis. Et (venit cū illo in villā que dr̄ gethſe
mani) ad radicē ſeu pedem mōtis oliueti
iuxta cāpū q̄ gethſemani dicebat̄. vñ ⁊ vil
la ſic vocat̄ vbi eſt eccl'ia adherēs rupi ſub
qua apl'i erāt ſomno ꝑgrauati: ⁊ itra erāt
canonici regulares cū abbate ſm regulā
beati Aug. dño ſeruiētes. Et intrauit cum
ipſis in hortū qui in fine ville erat ⁊ ad vil
laȝ ptinebat vbi traditorē ſuū ⁊ armatos
expectabat ſciēs oīa q̄ vētura erāt ſup eū
ſm altiſſime diſpoſitiōis archanū. Et qui
pſecutores ſuos ⁊ oīa in manu ſua accepiſ
ſe ſe nouerat: q: oīa dedit ei pater in ma-
nus ſpōte in man⁹ pſequētiū ſe ponebat.
(Sciebat aūt ⁊ iudas) traditor locū q: fre
quēter ieſus cū diſcipulis ſuis illuc (veni-
re cōſueuerat cā orandi ſecretius extra tu-
multum ciuitatis ⁊ cā ſecreti⁹ loquēdi cū
diſcipulis familiariter inſtruendis. Itaqꝫ
tradēd⁹ a diſcipulo conſueti ſeceſſus locū
⁊ inde notū adijt quo facillime repiri poſ
ſet manifeſtū ſe dās ad capiēdū ne mortē
timere vel inuit⁹ crucifigi putaret̄. Uñ bñ
dr̄ ꝙ (hymno dicto exierūt) ſm cōſuetudi-
nē (in mōtē oliueti.) i. verſus mōtē oliueti:
q: cōſuet⁹ erat illuc ire ⁊ morari de nocte
cā orationis. Nā ſm Chri. cōſueuerat fre-
quēter extra i orōne pnoctare ⁊ ſtrat⁹ mol-
liciē declinare. Et ſm eundē ꝯſuetudo xp̄i
erat: vt marie i ſolēnitatib⁹ poſt cenā diſci
pulos ſeorſum ducere ⁊ purū a tumultib⁹
locū inqrere ne mēs īpediret̄ ab auditiōe
⁊ aliqua ſublimia de feſto docere que non
erat phas alios audire. Cōpletorium pōt
dici q: in ipſo cōplet̄ curſus diei. Sic dñs
nr̄ ieſus xp̄s cōpleto curſu pdicatiōis: ⁊ ce
na illa ſingulari tā glorioſiſſime celebra-
ta ⁊ facta cū diſcipulis ſuis de qua cena ⁊
de ſacratiſſimo dono corpis ⁊ ſanguis ei⁹
ibi tradito debes frequenter deuotiſſime
cogitare: ⁊ ꝙ lotis diſcipuloꝝ pedibus ac
facto ſermone ⁊ dicto hymno. i. grāꝝ actio
ne exiuit cū diſcipulis ſuis verſus mōtem
oliueti vbi capiēd⁹ erat: ⁊ ab amicis ſepa
randus. Et qñ complendū erat qd̄ ppheta
dixerat: pcutiā paſtorē ⁊ diſpergent oues
gregis. Uade ⁊ tu ſq cū eo: ⁊ noli eū deſe-
rere: ne ⁊ ipſe deſerat te. ¶ Myſtice egreſ-
ſus eſt ieſus iuxta ciuitatē: vt nos egreſſu
ros de mūdanis ſūdi h ⁊ inhabitatiōe ſigni-
ficaret qñ ſacrificiū deo offerre volumus ⁊
vt tumultū hoim fugere doceret: qñ orare
vel familiaria cum nr̄is tractare īterdim⁹.
(Egreſſus aūt iuit trās torrētē cedrō) qui
interptat̄ triſtis meror: ⁊ ſigt viā paſſiōis
quā xp̄s perambulare voluit: q: ſicut tor-
rēs terrore caloris ſolis cū ipetu deſcēdit:
ſic xp̄s calore charitatis ⁊ luce ꝟitatis ſue
ēēlus fluct⁹ paſſionū ipetu ppꝛie volūta-
tis ſuſtinuit. Per hoc ergo ꝙ xp̄s iuit il-
luc iminēte ſua paſſiōe ſignificat̄ ꝙ xp̄ian⁹
ire volēs ad martyriū dȝ iminēs ſupplicium
precogitare ⁊ per patiētiā ſe armare q: ſȝ — Grego.
Greg. Minus feriūt iacula q̄ preuidentur: ⁊
tolerabiliora ſunt mala q̄ preſciūtur. (Et
venit in villā gethſemani) q̄ interpretatur
vallis pinguedinis: q̄ interptatio oſtēdit
q̄ hūilis q̄ deuota fuit xp̄i oratio quā ibi
fecit: in valle em̄ humilitas ⁊ in pinguedi — Remi.
ne deuotio notatur ſm Remig. Dñs ap-
propinquās paſſiōi in valle pinguedinis
orauit vt demōſtraret̄: q: p vallē humilita
tis ⁊ pinguedinē charitatis p nobis mor-
tē ſuſcepit: hūiliauit em̄ ſe vſqꝫ ad mortem
⁊ ex charitate poſuit p amicis aiam ſuaȝ. — R
In horto etiā orauit ⁊ capi voluit: vt oſtē- — Cur in horto orauit ⁊ capt⁹ eſt.
deret ꝙ ſatiſfacere venerat p pctō primo
rum parētū cōmiſſo in horto. i. in terreſtri
padiſo: vel ꝙ p paſſionē ſuā nos in hortū
paradiſi coronādos itroducit. Dicit̄ etiaȝ
poſt cōnā in montē oliueti exiſſe ⁊ oraſ- — Egreſſus oliuetum.
ſe qd̄ repſentat pceſſio fratrū qñ poſt refe-
ctionē exiuit in oratoriū ad grās agendū.
Per qd̄ etiam datur intelligi ꝙ ꝟtute dñi — Orige.
ci ſacri aſcenditur ad culmē gratie et glo-
rie. Signanter aūt ſm Origeñ. hymno di-
cto exierūt i mōtē oliuarū: p hoc deſignās
ꝙ poſt pceptionē tanti ſacramenti fidelis
hō nihil debet agere in conualle: nec circa
aliqd̄ terrenuȝ ſe occupare. ſed ſm Hiero.
Debet aſcēdere in montē oliueti. i. in vir- — Hiero.
tutum ſublimia vbi eſt laboris refectio ⁊
doloris ſolatium ac veri luminis noticia
apprehēditur. Orauit ergo dñs in monte
oliueti ſiue in horto ad radicē eiuſdē mō-
tis qd̄ totū vnū eſt ⁊ plenū figuris: cū em̄
in mōte orat ſurſum nos et pro celeſtibus
habere cor in orōne et ſublimia tm̄ orādo
inquiri debere docet: cum in valle ⁊ hoc in
valle pinguedinis docet nos in orōne hu
militatē ⁊ interne deuotiōis ac dilectiōis
pinguedinē ſeruare: ⁊ vt nō geſtemus cor
aridū a charitatis piguedine. Merito aūt
paſſurus dñs aſcendit in illum montē vñ
erat aſcenſurus in celū vt per hoc oſtende
retur ꝙ per tolerantiam paſſionis aſcen-
ditur ad quietem celeſtis māſionis. vnde
Hiero. In monte quidem oliueti ieſus vi- — Hiero.
gilat ⁊ orat tenetur ac ligatur ac inde ad
celos aſcendit: vt nos ſciamus q: inde ad
celos aſcendimus vnde vigilamus ⁊ ora-

Oliueti montis dignitas. Quinq̄ virtutū exēpla.

mus ligamur ⁊ nō repugnam⁹ i terra. Hic mōs oliueti oi acceptiōe eſt dign⁹ in quo dn̄s frequēter morari et orare ac multa et mira operari eſt dignat⁹. Eſt aūt in hoc mōte eccl'ia in q̄ cū abbate nigri monachi eſſe ſolebāt. Potes aūt meditari q̄ dn̄s ieſ⁹ dedit nobis in iſto ſero exēplū quinq̄ magnarū virtutū. ſ. hūilitatis in lauando pedes diſcipulorū: charitatis in ſacramento corporis ⁊ ſanguinis ſui: ⁊ in ſermone. q̄ eſt monitus charitatis plen⁹: orationis in orādo in horto trib⁹ vicibus: patiētie in ſuſtinēdo proditorē ſuū ⁊ multa opprobria q̄n fuit captus ⁊ ductus vt latro obediētie in eundo ad paſſionē ⁊ mortē ex patris precepto. In his ergo virtutibus ⁊ alijs eū pro poſſe imitari coneris. ¶ Oratio.

Benigniſſime ieſu q̄ p credētibus ⁊ credituris in te an̄ tp̄s paſſiōis p̄rez ſuppliciter exoraſti rogo dn̄e tuā clemētiā ⁊ miaʒ p illis ⁊ p me ⁊ p oib⁹ mihi ꝯſanguinitate: affinitate: familiaritate: bn̄ficio: orōne: recōmēdatiōe: vel q̄cūq̄ ꝯiūctiōe cordi meo inſertis ⁊ vniuerſaliter p oib⁹ fidelib⁹ tā viuis q̄ defunctis. Ut nobis viuis ⁊ gratiā in p̄nti ⁊ gloriaʒ in futuro exhibeas: ac defunctis miam ⁊ requiē eternā idulgeas: ⁊ tu q̄ oiʒ redēptor es ēt eoꝝ ſaluatorē te oſ̄das. A.

¶ De paſſione domini noſtri. Capitulum. lviij.

B



Occurrit nunc vt paſſionē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i tractem⁹ de qua ad minus ſepties i die recordari deberet xp̄ian⁹. vnde dicit Ber. Qđ q̄tidiana lectio xp̄iani dʒ eſſe recordatio dn̄ice paſſiōis: ⁊ qđ nihil ita accēdit cor humanuʒ quēadmodū ſepe ⁊ ſedulo recogitata paſſio ⁊ hūanitas ſaluatoris. Qui ergo in cruce ⁊ paſſione dn̄i deſiderat gloriari ſedula meditatiōe dʒ in ea p̄ſiſtere q̄ p̄cipue iter cetera dʒ cordi nr̄o eſſe īfixa: vt ſicut in ſuo corpe cicatrices ⁊ vulnera ſemp tenet ⁊ de ei⁹ corpe non delent: ita ⁊ in corde nr̄o per memoriā nr̄i teneri ⁊ nūq̄ de eo deleri dʒ. Cui⁹ quidē paſſiōis myſteria ⁊ q̄ circa eaʒ facta ſunt ſi toto mētis intuitu pſpicerent in nouū itaq̄ ſtatū meditantē adducerēt. Nā ex pfundo corde ⁊ totis viſcerum medullis eā perſcrutāti multi paſſus inſperati occurrerēt: ex quib⁹ nouā cōpaſſionē: nouū amorē: nouas cōſolatiōes ⁊ per ꝯn̄s nouū quēdam ſtatum dulcedinis ſuſciperet que ſibi preſagia et participalia glo-

Bern. Paſſionis dn̄ice recordatio.

rie viderentur. Unde quedam monialis deuota intantū circa paſſionē xp̄i erat affecta: vt nunq̄ crucifixi imaginem inſpicere poſſet niſi cadens in terraʒ quaſi totaliter abſorpta a ſe deficeret. Oportet ergo q̄ quis preſentem ſe exhibeat affectuoſe diligenter ⁊ moroſe omnibus ⁊ ſingulis que circa dn̄icam paſſionē contigerunt: ⁊ q̄ illuc totā mētis aciem vigilantibus oculis cordis oblitiſq̄ alijs curis ⁊ ſolicitudinib⁹ exteriorib⁹ dirigat perſeuerāter. Et ſcias q̄ ſi in hac ſcientia que ſuper omnes alias ſcientias eſt volueris p̄ficere cū magno ſtudio oportebit te a cibo ⁊ potu delicato abſtinere: ⁊ ad neceſſitatem tn̄ parce de vtroq̄ ſumere. Cena quoq̄ nocturna ſine potus multū ipedit oratiōnē ⁊ cōtēplatiōnē: quapropter eſſet p poſſe abſtinēdū. A veſtib⁹ quoq̄ ac lectis mollib⁹ ⁊ delicatis abſtineas: ⁊ in veſtitu ſicut ⁊ in victu humilieris groſſiorib⁹ vtēdū ⁊ viliorib⁹. Opʒ etiam q̄ caueas a multiloquio ac letitia vana ⁊ inepta: q̄r nō decet euʒ qui vult xp̄i dolorē ſentire in verbis riſib⁹: luſibus: ⁊ gladio vano ſe inutiliter occupare. Neceſſariū em̄ erit vt aliq̄n ita cogites te p̄ntem cogitatiōe tua ac ſi tūc tp̄is ibi p̄ſens fuiſſes q̄n paſſus fuit: ⁊ ita te habeas in loquēdo: in viuēdo: in dolēdo: ac ſi dn̄m tuū corā xp̄i oculis tuis cerneres patiētē. Ita em̄ ⁊ ipſe dn̄s in ſpū tibi p̄ns erit ſicut a te cogitabit p̄ns eē ⁊ accipiet tua vota ⁊ acceptabit tua facta. Et vt breuit dicā oportebit te a delectatiōe ⁊ cōſolatione carnali cū magna diligētia elōgari: ⁊ vt amara et dura tibi dulceſcāt ⁊ ſuauia fiant ſi in xp̄i dolorib⁹ ⁊ paſſiōe cōſolationem: ⁊ dulcedine tue dapes cupis inuenire. Nō em̄ bn̄ cōueniūt cōſolatio carnis ⁊ cōtēplatio dn̄ice paſſionis: ſed ꝯtria q̄ſi nola ſortiuntur: nec poſſunt ſimul caro ⁊ ſpūs delectari: imo hʒ apl'm ſibi adinuicē aduerſantur. vn̄ Ber. Crux xp̄i voluptati aduerſat ⁊ voluptas cruci: ⁊ quō poſſunt excuſari voluptatum amatores: vt nō ſint xp̄i perſecutores? Rei em̄ ſiūt mortis xp̄i ⁊ ſi nō vt pſecutores: tn̄ vt tāte rei cōtēptores. Et iterū. Mihi abſit gl'iari niſi in cruce dn̄i mei ieſu xp̄i p quē mihi mūdus crucifix⁹ eſt ⁊ ego mūdo. Nō ſolū indt mortu⁹ mūdo: ſʒ ⁊ crucifix⁹ qđ eſt ignominioſiſſimū gen⁹ mortis. Ego illi ⁊ ipſe mihi. Ola q̄ mundus amat crux mihi ſunt: delectatio carnis: diuitie: honores: vane hoiʒ laudes. Que v̄o mūd⁹ reputat crucē illis affix⁹ ſum: illis adhereo: illa toto āplector affectu. Quāuis i his apl'i v̄bis illud q̄ʒ nō icōgrue poſſit itelligi crucifixū ⁊ mūdū reputatiōe: ip̄ʒ v̄o mūdo crucifixū ꝯpaſſiōe. Crucifixū em̄ videbat mūdū obligatiōib⁹ vitioꝝ ⁊ ip̄e crucifigebat ei p cō-

Monialis deuotio.

Paſſionis lectio.

Proficere volēs i paſſione dn̄i et ſciencia q̄d faciat.

B Cōſolatio carnis nō cōgruit paſſiōi xp̄i. Bern.

Gal. vi.

duum haberẽt. ſ. petrꝰ ⁊ nathanael: q̃ vt creditꝰ frater philippi erat: ⁊ filij zebedei. ſ. iacobꝰ ⁊ ioãnes ⁊ alij duo quoꝝ noĩa nõ exprimunt quia ſm quoſdã erãt minores: vl ſm quoſdã videtur fuiſſe philippus ⁊ andreas. Et piſcabãt i naui aliena eis accõmodata: vel locata ſeu alio mõ licite accepta: quia a principio ſue cõuerſionis reliquerãt nauẽ ⁊ rhetia. Piſcabãtur aũt licite: quia ſm Aug. nõ fuerũt ꝓhibiti ex arte ſua licita ⁊ cõceſſa victũ neceſſariũ querere: ſeruata ſui apoſtolatus integritate: ſi quãdo vnde viderẽt aliud non haberent. Propter quod ⁊ paulꝰ ſcenefactoriã artez didicit: vt cum neceſſitas vel eccleſie vtilitas occurreret de labore ſuo viueret. Et ſm Grego. negotiũ quod ante cõuerſionẽ ſine peccato extitit: hoc etiã poſt cõuerſionez repetere culpa nõ fuit: quod autez ad peccatũ implicat: ad hoc neceſſe ẽ vt poſt cõuerſionẽ animꝰ nõ recurrat. Unde poſt cõuerſionẽ ſuã ad piſcationẽ petrꝰ rediit Mattheus vero ad theloneum nõ reſedit. Et per totam noctem illam hi ſeptez diſcipuli inuanum laborauerunt: ⁊ nihil de piſcibus ceperunt: quia diuinũ auxilium deerat cuius carentia nox dici poteſt. Hoc ideo factum eſt: vt captio ſequens manifeſte miraculoſa appareret. (Mane autez facto) per quod intelligitur gloria reſurrectionis dñs ieſus apparuit eis: ſtans in littore maris. Nõ apparuit ſupra aquaz: ſed in terra ſolida ad oſtendendum ꝙ amplius non erat cũ eis in fluctibus vite corruptibilis: ſed magis tranſierat ad ſtatũ vite immortalis. (Non tamẽ cognouerãt diſcipuli ꝙ ieſus eſſet.) ſm Chri. Non ſtatim oſtendit ieſus ſeipſum vt per miraculũ quod facturus erat agnoſcerent eum. Attende hic q̃ acta ſunt: qꝛ iocundiſſima ſunt. Querebat ab eis quaſi piſces emere volens: ſi pulmentariũ haberẽt. i. aliquid quod decoqui ⁊ comedi poſſet. Pulmẽtariũ poteſt dici illud qđ pani dulcorandũ adiungitur: ⁊ quo panis vt magis comeſtibilis ſit cõditur. Pulmentariũ aũt hic vocat piſces ad edẽdũ dulces ⁊ delectabiles: vt dicit Chriſoſto. Interim humanus loquitur: vt quid debes emere ab eis myſtice a nobis pulmẽtum petit dominus vt reficiatur quod eſt obedientia mandatoꝝ dei: ad quam omnes obligantur. vñ ſupra dixerat. Meus cibus eſt: vt faciam voluntatem eius qui miſit me. et (reſponderunt ei non) credebant enim eum eſſe mercatorem piſces emere volentẽ. Cũ autẽ ad mãdatum eius miſiſſent in dexteraz nauigij rhete impleuerũt illud (⁊ nõ valebãt trahere pre piſciũ multitudine) qꝛ em̃ obediẽtes fuerunt ex obedientia fructũ cõſecuti

Augu. piſcari licuit apoſtolis. Scenefactoria. Pauli ars. Grego. Chriſ. Pulmẽtarium. Chriſ.

ſunt. Per ſeptẽ piſcatores qui hic enumerant vniuerſitas ꝑdicatorum eccleſie deſignat qui ſine xp̃i virtute nihil ꝓſunt: ⁊ nihil ꝑficere poſſunt: qꝛ ſine inſtructiõe exᵒ interiori fruſtra laborat lingua predicatoris. Sz mane qñ venit lux illuminãs corda ipſorũ xp̃o ꝑncipaliter operãte: capiũt copioſam multitudinẽ piſciũ: ꝑ quã ſignatur multitudo credentiũ per ꝑdicationez apoſtoloꝝ ⁊ ſilr multitudo penitentium per predicatores alios ad bonũ ꝯuerſoꝝ: dicitur ꝙ piſces fugiũt rhetia fetida ⁊ corrupta: nec libẽter itrãt ea: ⁊ ꝓpter hoc illi qui piſcant cũ talibꝰ rhetibus paucos vel nullos piſces capiũt ſequuntur tñ rhetia odorifera ⁊ munda: ⁊ iõ cũ talibus capiũtur melius. Rhete xp̃i eſt verbũ dei piſces ſunt omnes peccatores: dextra ſpũalia: ſiniſtra tẽporalia. Iſte ergo q̃ ꝑdicat ꝓpter lucrũ tp̃ale vel vanã gloriã piſcat ad ſiniſtrã ⁊ rhetia fetida hz: ⁊ iõ parũ ꝓficit: ſz qui in doctrina ⁊ ꝑdicatione querit ſalutẽ audiẽtiũ: ille piſcat ad dexterã: ⁊ rhetia odorifera hz: ⁊ ideo multum ꝓficit: nec mirũ: qꝛ vt dicitur in ꝓuerbijs vias que a dextris ſunt nouit dñs. peruerſe aũt ſunt q̃ a ſiniſtris ſunt. Ioãnes itaqꝫ cõſiderato miraculo facto qꝛ vidit ipletũ ſicut ꝑdixerat: recognoſcit eũ ⁊ dixit petro: quem pre alijs diligebat: ⁊ etiã qꝛ inter alios prior erat (dñs ẽ) cui. ſ. ⁊ piſces obediũt: dñs em̃ eſt nomẽ ꝑtãtis: ⁊ ꝑ ꝑtãtẽ i miracło piſciũ eſt hic manifeſtatꝰ. Ioãnes q̃ tanq̃ virgo ceteris purior erat: ⁊ ꝑſpicacior in cognoſcẽdo ceterꝰ alijs cognouit xp̃m qꝛ puritas mẽtis ⁊ corporis maxime diſponit hoiem ad cognitionẽ diuinoꝝ ſz Be. Cognouit ꝑmꝰ dñm: ſiue miraculo iſtiꝰ piſcationis: ſiue ſono ꝑcognite vocis: ſiue ꝑme reminiſcẽs piſcationis. vbi petrus cãtor. per petrũ actiua ⁊ laborioſa vita: ꝑ ioãnẽ contẽplatiua ⁊ q̇eta ſignificat. Cõtẽplatiua actiue deũ quẽ cõſiderat oſtẽdit. Si in die in actione fuiſti: ſaltem in nocte dicat tibi cõtẽplatiua dñs eſt: ne ita diſtraharis operibus ꝙ ipſum aliqñ non conſideres. Hec petrus. (Tũc petrꝰ audito qꝛ dñs eſt: tunica ſuccinxit ſe) vt cũ maiore reuerẽtia accederet ad eũ (erat em̃ nudꝰ). i. parũ veſtitꝰ. vt aptior eſſet ad piſcatiõis opꝰ. vñ Bed. dicit petrꝰ nudꝰ fuiſſe ad cõparationẽ ceteroꝝ veſtimẽtoꝝ quibus vti ſolebat. Sic nos ſolemꝰ dicere cũ aliquẽ ſimplici veſtimẽto videmꝰ indutũ: quare nudꝰ incedis? vbi ⁊ Theo. Precinxit autem ſe lintheo amictu quẽ phenices et thirij piſcatores circumuolũt ſibi cũ nudi ſunt: ſiue etiam ceteris indumẽtis apponunt (⁊) ex deuotione ac feruore dilectiõis (miſit ſe in mare) vt citius ad eũ veniret memor dominj

B Piſcatores ſeptez. Rhete chriſti. C Io. perſpicacitas. Beda. pe. can. Nudꝰ. Beda. Theo.

quē ferueter diligebat (alij vero diſcipu-
li) trahētes rhete piſciū cū matura feſtina-
tione (nauigio venerūt) q2 ita feruidi ſi-
cut petr⁹ nō erāt: petr⁹ quidē moras na-
uis expectare nō potuit: ſ3 amoris immen-
ſitate cogente in mare ſe pcipitauit: vt ve-
loci⁹ ⁊ magis feſtinus ad dn̄m venire po-
tuiſſet. Ubiq3 petr⁹ feruētioris fidei ⁊ ma-
Beda. ioris dilectiōis inueniť. vbi Beda. Eodē
Petri ⁊ aūt ardore quo ⁊ multa alia fecerat: vēit
ioānis ad ieſum nō tn̄ intelligendū eſt petrū ſup
condi- fluctus veniſſe: ſed aut natando aut pedi
tiones ⁊ bus pprijs: q2 erāt ppe terrā. ⁊ ſm Chriſ.
Chriſ. optime poniť hic ↄditio ioānis ⁊ petri: q2
ioānes perſpicacior erat intellectu: petr⁹
feruētior affectu. Propterea ioānes q̄dem
prim⁹ cognouit ieſum. Petrus vero pri-
mus iuit ad eū. Myſtice p mare ſignificať
tribulatio pn̄tis ſeculi. Un̄ illi q̄ deſiderāt
ad xp̄m ↄuenire mittūt ſe in mare: q2 non
refugiūt tribulatiōes hui⁹ mūdi: ſcientes
ꝙ p multas tribulatiōes op3 intrare in re
gnū dei: ⁊ tn̄ inter tribulatiōes ſecur⁹ ⁊ il-
leſus xp̄i ſeruus euadit: ſicut petrus ille-
ſus ↄuenit: p nauigiū vero ſignificať eccle
ſia. vn̄ alij diſcipuli veniunt nauigando. i.
ptecti ſocietate eccleſie. ſm illud p̄s. pte-
ge eos in tabernaculo tuo. (Et cū deſcen-
diſſent in terrā: inuenerūt prunas i littore
poſitas). i. ordinatas ad calefaciendū (et
piſcē illis ſuppoſitū. ⁊ panē: iuxta poſitū.
Mira- Ecce aliud miraculū: nā nō ex materia ſub
culum. iecta ſicut alias multiplicauit panes: ſed
De de nihilo ⁊ de nouo fecit virtute diuia car
Beth- bōes accēſos ⁊ piſcē ⁊ panē ad maiorē di-
ſaida ſcipulorū i fide reſurrectiōis xp̄i ↄfirmatio
locus nē. De bethſaida ad vnā leucā cōtra oriē
vbi ſte te3 eſt loc⁹ vbi ſtetit ieſus i littore: cui⁹ ad
tit dn̄s huc veſtigia ibidē oſ̄duť i lapide: ⁊ ide
nō ad tactus lapidis medet. itē loc⁹ vbi
viderūt prunas ⁊ piſcē ſuppoſitū ⁊ panē:
⁊ iuſſit ieſus afferre de piſcib⁹ quos pren
diderūt nutu ipſi⁹: aſcēdit aūt ſymon pe-
trus ⁊ traxit rhete in terrā plenū magnis
Iſido. piſcib⁹. cliij. dicit Iſido. ꝙ oīa gn̄a piſciu3
piſciū ad iſtū numerū reducuť: ⁊ q2 apoſtoli de
genera bebāt eſſe piſcatores oīm hoīm: idō tot ⁊ nō
cliij. plures piſces piſcati ſunt: ⁊ cū tāti eſſent
nō eſt ſciſſum rhete numerū ⁊ magnitudi
nē piſciū exp̄mit ad declarationē miracli
ex tāta captiōe eorū: ⁊ iterū ex rhetis inte-
gritate: q2 nō eſt ſciſſum: ⁊ vocās dn̄s diſci
pulos ad prandēdū ⁊ ſimul cū eis come-
dēs ad declarationē ſue reſurrectionis et
ad oſtendendū nō eſſe fantaſma qđ factū
eſt eis fecit cōuiuiū ⁊ feſtū magnū cū ip-
ſis in littore maris: ⁊ nemo diſcubentiū
audebat eū interrogare quis eſſet nō pro
pter auſteritatē ⁊ formidinē: ſ3 pter reuerē
tie autoritatem et cognitionis certitudi-

nē: ſcientes diſcreta cognitione: q2 dn̄s eſt
cui cū metu ⁊ reuerētia op3 intēdere: ⁊ idō
fruſtra feciſſent de hoc qōnē: q2 nō oporte-
bat facere eā: vbi eiꝫ eſt veritas exhibita
a parte: ibi nulla eſt opus interrogatione
vbi Chriſ. Et nullus audebat eum inter- Chriſ.
rogare: ſ3 cū ſiletio ⁊ formidine multa ⁊ re
uerētia ſedebāt: attēdētes i eū. Nā ſciue-
rāt quidē qm̄ dn̄s eſt: formā aūt alteratio
rem videntes ⁊ multa admiratiōe plenā:
valde erāt ſtupefacti. vn̄ ⁊ Augu. Nemo Augu.
audebat dubitare ꝙ ipſe eſſet: tāta enim
erat euidētia veritatis qua illis ieſus ap
parebat vt null⁹ eorū auderet nō ſolū ne-
gare: ſ3 nec dubitare: ⁊ idō ſtultū eſſet inter
rogare. Ex cōſuete hūilitatis ſue more mi E
niſtrans eis: accepit panē ⁊ dedit eis bn̄- Conui
dictū tn̄ ⁊ diſtribuēdo fractū ⁊ piſcē ſimili uiū io-
ter ⁊ cōedit cū eis: nā eo mō diuidebat eis cūdū.
⁊ diſtribuebat ſicut conſueuerat ante paſ
ſionē ad declarādā ſuā reſurrectōe3. Stāt
igiť reuerēter multūq3 alacriter iſti ſeptē
diſcipuli cū dn̄o ſuo pariter comedentes
cū eo. Aſpiciunt deſiderabilē ⁊ iocundam
faciē eius: ⁊ exultāt in cordib⁹ ſuis. Acci
piūt de ſacratiſſimis manib⁹ eius eſcas
deſiderabiles: ⁊ reficiuntur nō min⁹ ſpūa
liter ꝙ corporaliter. O quale eſt iſtud con
uiuium. Cōſidera bene per ſingula ⁊ ſi po
tes paſcaris cū eis in exultatione ⁊ letitia
In hoc cōuiuio eccl̄ie ſpūali xp̄s p̄parat
prunas charitatis q̄s de celis portauit ad
terras: q2 ignē venit mittere i terrā ⁊ vult
vt accendať. Itē p̄parat piſcē ſuppoſitum
prunis: qui eſt ipſe xp̄s: q̄ ſup prunas po-
nitur qn̄ ex incēdio charitatis pro nobis
i cruce imolať. Itē preparat panē quo reſi
cimur: q̄ eſt ⁊ ipſe: nā ipſe reficit nos p do
ctrinā ⁊ etiā dādo corp⁹ ſuū nobis in ci-
bū. Dedit etiā dn̄s diſcipulis piſcē: q2 ſuā
paſſionē imitandā oſtēdit: dedit ⁊ cū piſce
panē: q2 poſt tolerātiā paſſionis gaudia
eterne ſocietatis repromiſit. vn̄ Augu. Fe Augu.
cit dn̄s prandiū ſeptē diſcipulis de piſce
aſſo ⁊ alijs quos ceperāt. piſcis aſſus xp̄s
eſt paſſus: ipſe eſt ⁊ panis q̄ de celo deſcē-
dit huic cōparatur eccleſia ad participan
dam btitudinē eternā ppter qđ dictū eſt:
afferte de piſcibus quos apprehendiſtis
nūc: q2 omnes q̄ hāc ſpē gerimus per illū
ſeptenariū numerū diſcipulorum p que3
pōt noſtra vniuerſitas intelligi figurata
tanto ſacramento nos cōmunicare noſce-
mus ⁊ eidē btitudini nos ſociari. hec Au
gu. Ideo etiā vltimū cōuiuiū cū ſeptē di- Conui
ſcipulis piſcantib⁹ voluit celebrare q2 illi uiū vl-
poſt vniuerſale iudiciū cū domino eternū timum
cōuiuiū ſunt celebraturi: qui ſeptiformis dn̄i.
ſpūſſācti gr̄a repleti fluct⁹ preſentis ſecu
li diuino amore calcāt: ⁊ i lucrādis alab.

inuigilāt.vñ Greg.Cur cū ſeptē diſcipu-
lis vltimū cōuiuiū celebrat:niſi ꝙ eos tm̄
mō q̄ ſeptiformi gr̄a ſpūſſancti pleni ſunt
futuros ſecū in eterna refectione denun-
ciat.Septē ꝗ3 diebꝰ oē hoc tp̄s euoluitur:
⁊ ſepe ſeptenario nūero perfectio deſigna
tur.Illi ergo vltio cōuiuio de pñtia veri-
tatis epulant̄:q̄ nūc pfectiōis ſtudio ter-
rena trāſcēdūt q̄s huiꝰ mūdi amor nō li-
gat qbꝰſſ vtcūq3 ꝑ teſtamēta obſtrepit ce
pta tñ eoꝝ deſideria nō retūdit.hec Greg.
Sicut ergo dñs i alia piſcatōe ſignificauit
eccl'iā q̄l'r nūc ē:ſic ⁊ i hoc loco q̄l'r i fine ſe
culi.ſ.i vltia reſurrectiōe,mortuoꝝ futu-
ra ſit.Mare em̄ pñs ſcl'm ſignificat:littus
qð eſt finis maris finē ſcl'i deſignat.vnde
ibi ieſus aſcēdit i nauē:q2 adhuc in flucti
bus vite corruptibilis cū diſcipulis erat.
Hic aūt in littore ſtabat:q2 iā ad ſtatū vi-
te īmortalis trāſierat.Ibi nō in dexterā3
nec i ſiniſtrā ſ3 īdifferēter iq̄t.Laxate rhe-
tia vr̄a i capturā:vt itelligamꝰ bonos ⁊ ma
los:hic aūt(mittite inq̄t in dexterā naui-
gij rhete)vt ſignificaret eos q̄ ſtabūt ad de
xterā ſolos bonos.Ibi nūerꝰ piſcium nō
exprimit̄:q2 multiplicati ſunt ſuper nume
rū.Hic vero certus eſt numerꝰ.ſ.cliij. qui
numerꝰ h3 q̄nquagenariū ꝑ quē deſigna-
tur iubileus in quo cūctus pp'ls ab omni
ope q̄ſcebat:⁊ inſuꝑ h3 tria ꝑpter myſte
riū trinitatis.Iō aūt dictū eſt ꝙ erant ma
gni:q2 oēs electi magni ſunt in regno celo
rum licet gradus ſint diuerſi.Ibi rhete ꝑ
pter ſignificanda ſciſmata rūpebatur hic
ꝑo nō eſt ſciſſum rhete:qm̄ in illa ſumma
pace ſanctoꝝ nulla erūt ſciſmata. Et iō
ad hoc cōmendandū v3:ꝙ ioānes añ hoc
apparitionē tanq̄ finem libri ſui interpo
ſuit dicēs.Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit
ieſus in cōſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ q̄ non
ſunt ſcripta in libro hoc:qð eſſet etiā ſecu
ture narratiōis quaſi ꝓemiū.Attende ni-
hilominꝰ q̄ ſequunt̄:q2 pulcherrima ſunt
⁊ vtilia:iā cōpleto iſto ſolēni cōuiuio ⁊ re
fectiōis bñficio oībꝰ cōiter exhibito(dicit
dñs)ſpāl'r(ſymoni petro)volēs ei cōferre
bñficiū ſpeciale(ſymon ioānis) .ſ.filiꝰ (di
ligis me plus his:). i.pluſq̄ iſti me di-
ligāt.q.d.q̄d mihi dabis:q̄d mihi preſta-
bis:q2 diligis me.vbi Alchui. Myſtice āt
ſymon obediēs.Ioānēs gr̄a dr̄:merito er
go noīe vocat̄.i.obediēs gr̄a dei:vt oſten-
dat̄ ꝙ ardētioꝝ illū charitate amplectitur
nō meriti humani ſed diuini eſſe munera
interrogat dñs an ſe diligat:quē ſemꝑ et
vbiq3 maiorē amoris affectionem erga ſe
oſtēdere videbat.(Symon inq̄t ioānis di
ligis me plus his)qui tui amoris affectū
pluſq̄ hi circa me oſtēdis.In quo appa-
ret ꝙ ille q̄ eligit̄ ad officiū prelatiōis:de

F
Piſcatio duplex.
Mare.

Alchu.

Dilectio pferēda.

bet diligere deū p̄ ceteris:⁊ ꝙ ceteris pa-
ribus melior ⁊ perfectior d3 preſici in pre
latū:q2 dñs requirebat p̄ficiēdū:an plꝰ di
ligeret eū ⁊ plus h3 charitatis q̄ eſt vincu
lum perfectionis:nā in oī regimine ille q̄
p̄ſidet ⁊ gubernat debet excellētior eſſe et
ad plura ac maiora ⁊ magis ardua tenet̄
prelatꝰ q̄ quicunq3 ſubditꝰ:q2 ſicut ſe ha
bet aīa ad corpꝰ qð regit:⁊ ratio ad vires
inferiores:⁊ paſtor ad gregē:⁊ hō ad bru
ta aīalia: ſic ſe d3 habere prelatꝰ ad ſubdi
tos.Et iō vr̄ ꝙ ille qui aliquē eligit ad ta
le officiū tenet̄ ſemꝑ eligere meliorē: non
tñ intelligit̄ melior:literatior vel aſtutior
ſ3 ille qui oībꝰ conditionibus p̄ſatis me
lior eſt ad tale officiū:ad honorē dei ⁊ ad
vtilitatē ecclesie.Aliter antē eligens vel
ꝓmonens videt̄ iudiciū diuinū euadere.
Qð autē ſm iura ſufficit eligere bonum ⁊
idoneū : hoc eſt ſm iudiciū humanum ꝑ
qð talis nō eſt puniendꝰ.cū ſm Aug. aliq̄
ꝑmittunt̄ humano iudicio icorrepta pro
pter maiora mala vitāda:que tñ ſunt diui
no iudicio corrigēda.Nā aliq̄d ſufficit ſ3
iudiciū humanū qð nō ſufficit ſ3 iudiciū
diuinum.ſm iudicium humanum ſuffi-
cit illud de quo hō nō pōt accuſari nec ele
ctio eius improbari.Conſtat aūt difficile
eſſe electiones fieri ſi poſſent ex hoc repro
bari:ꝙ inuenitur alius melior q̄ ille qui
eſt electꝰ.Uñ ſufficit ſm iudiciū humanū:
vt electio ſit recta ⁊ eligat̄ ydoneꝰ.Scdm
ꝟo iudiciū diuinum ⁊ cōſciētiā neceſſariū
ē eligere meliorē q̄tū ad honorē dei ⁊ vti-
litatē eccleſie:ſi vero aliq̄s minꝰ bonū pre
eligat ⁊ aliquid priuatum puta affectio
carnalis ſpes bñficij ⁊ cōmodi temporalis
eum moueat eſt fraudulenta electio ⁊ pſo
narū acceptio ⁊ peccat.Sciēs ergo dñs in
terrogat ſciebat em̄ ꝙ nō ſolū diligeret eū:
verumēt plus oibus diligeret:ſed innuit:
vt ⁊ corde credamꝰ ⁊ ore cōfiteamur: ne-
ſciēs aūt petrꝰ quātū alij xp̄m diligebāt:
nō eſt auſus rñdere pluſq̄ alij:q2 cor alte
rius videre nō poterat:ſed cum modeſtia
locutus eſt ⁊ abſolute rñdit(etiā) hoc eſt
ita(dñe tu ſcis:q2 amo te).q.d.teipſum te-
ſtē inuoco:q̄ ſecretoꝝ es cōſciꝰ q2 amo te:⁊
⁊ tu q̄ interiora ꝯſideras ſcis ſi plus alijs
amē te:qð ego neſcio tu ſcis q̄tū diligo te:
q2 itegro corde te diligo: q̄tū vero alij te
diligunt neſcio.Itē q2 expertꝰ ꝓprie fragi
litatis.in xp̄i negatiōe fuit:cautiꝰ de ſe re
ſpondit nec vltra ſe efferre in xp̄i dilectio
ne auſus fuit:ſed q̄titatē ſue dilectionis i
iudicio xp̄i qui ſecreta cordiū intuetur po
ſuit:nec audet inuocare conſcientiā pro-
priam in qua prius deceptꝰ fuit:ſ3 dñi cō-
ſcientiā inuocat dicens(tu ſcis q2 amo te)
ac ſi dicat:tu noſti pluſq̄ ego humilians

Eligēdꝰ optimus.

Augu.

G
electio improbanda

Petri cautē modeſtia.

ſe corā apl'is nō dicit plus his: ſed ſimpliciter (amo te) inſtruēs nos q nō debemus nos alijs pponere: ſꝫ alios nobis: qđ ꝗ de ſe nouit. ſ. q diligeret dixit qđ neſciuit ſꝫ vtrū plus alijs diligeret tacuit. docēs nos q i dubijs ſuſpēſam debem⁹ ſniam tenere ⁊ nō temere de occultis diffinire (dicit ei) dn̄s officiū paſtorale ſibi cōmittēs (paſce agnos meos). q. d. hoc mihi dabis: hec p̄ſtabis ſi amas me vt paſcas gregē meū. In hoc ſciā ⁊ experiar q me amas ſi. ſ. gregeꝫ meū paſcis: exhibitio opis ſit pbatio dilectiōis: dilectio eñ dei pbaꝛ in dilectiōe pximi: q̄ v̄o opus pietatis pximo nō impēdit minus deū diligit. vn̄ Augu. Cōfitenti

Augu.

ſūt amorē ſuū oues ſuas cōmēdauit tn̄ nō eſſet vbi oſtēderet petr⁹ amorē ſuū in xp̄m niſi eſſet paſtor fidelis ſub principe oīm paſtoꝝ. Cūq; dn̄s ſecūdo ab eo queſiſſet ſi ip̄m diligeret: ⁊ petrus idē qđ ſupra rn̄diſſet. Iteꝫ ſubdit (paſce agnos meos.) Cū vero dn̄s tertio q̄reret ſi cū amaret (cōtriſtat⁹ eſt petrus) eo q ſepius eſſet interrogatus ab eo: q̄ ſciuerat qđ iterrogabat et turbat⁹ fuit: eo q ſciebat eū ſcire ēt oīa futura ppter qđ timuit ex tali replicatiōe ne xp̄s ſibi vellet p̄dicere aliquem caſum ſuū futurū ſicut ſupra p̄dixit et ſuā negatiōnē futurā: ⁊ iō merito timuit ⁊ turbat⁹ fuit. vn̄ ſm Chriſ. Rurſus formidat ne forte eſtimans ſe diligere ſi nō diligat corripiaꝛ ſicut vt prius corrept⁹ eſt multum ſe

Chriſ.

eſtimās forte. vn̄ ad ip̄m xp̄m refugit (⁊ dicit ei: dn̄e tu oīa) ſcis et ineffabilia cordis preſentia ⁊ futura ⁊ de vltimo cordis ptulit amātis vocem dicēs (tu ſcis q amo te) q. d. tu ſcis oīa ⁊ p̄ſentia ⁊ futura. Ideo tu ſcis q vnice te diligo: ſꝫ q̄d ſit mihi futurū ego neſcio tu ſcis. Deinde poſt tertiam petri reſponſionē dn̄s adiecit (paſce oues meas.) Interrogauit aūt eū ter: non ignorās quo aīo cōfiteretꝛ xp̄i amorē ſꝫ vt trina cōfeſſio amoris deleret trinā negationem timoris: ter negauit timor: ter cōfeſſus eſt amor. vn̄ Aug. Redditꝛ negatiōi trine trina cōfeſſio ne minus amori ligua ſeruiat q̄ timori: ⁊ pl⁹ vocis eliciuiſſe videatꝛ mors imminēs q̄ vita p̄ſens: ⁊ ſm Amb. iterrogauit non vt diſceret ſꝫ vt doceret quē eleuādus in celū amoris ſui velut vicariū relinq̄bat: nō vult dn̄s ſuos agnos vel oues cōmittere: niſi illi q̄ eū diligit: q̄s ip̄e tm̄ dilexit vt p eis mori dignaretꝛ: ⁊ ideo pri⁹ eccleſie paſtorem interrogat an ſe diligat: ⁊ poſtea ad paſcendū ſuos agnos ⁊ oues ei cōmittit: ſicut eñ fuit timoris īdiciū negare paſtorē: ſic eſt amoris offm̄ paſcere dn̄icū gregē. vn̄ Chriſ. Si diligis me indi p̄ſiſte fratrib⁹: ⁊ feruētē amorē quē p oīa demōſtraſti nūc oſtēde: ⁊ aīaꝫ quā dixiſti po

Augu.

Vn̄ Cōfeſſiō petri.

Augu.

Ambr.

Chriſ.

ſiturū te eſſe p me hāc p ouib⁹ da meis oñdens quāti appreciaꝛ p̄ſiſtētia ppriarum ouiū: ⁊ qm̄ hoc marie ei⁹ q̄ in ip̄m eſt amoris ſignū. vn̄ ⁊ Greg. Si ḡ ſignū dilectiōis eſt cura paſtoris: q̄cūq; v̄tutib⁹ pollēs gregem dei negligit paſcere ſummū paſtoreꝫ ꝯuincitꝛ nō amare. vn̄ ⁊ Aug. Quid eſt aliud diligis me paſce oues meas: q̄ ſi diceret. Si me diligis nō te paſcere cogita: ſꝫ oues meas: ⁊ ſicut meas paſce nō ſicut tuas: gloriā meā i eis q̄re nō tuā: dānū meū nō tuū: lucra mea nō tua. vn̄ Bern. Non otioſe totiēs repetitū eſt petre amas me in cōmiſſione ouiū. Et ego quidē id ſignificatū puto ac ſi illi dixiſſet ieſus: niſi teſtimoniū tibi phibente cōſciētia q me ames ⁊ valde pfecteq; ames: hoc eſt pluſq̄ tua: pluſq̄ tuos: pluſq̄ etiā te: vt trine repetitionis mee numer⁹ ipleaꝛ: nequaq̄ ſuſcipias curā hāc: ne te intromittas de ouib⁹ meis: p q̄b⁹ vtiq; ſanguis me⁹ effuſus eſt: terribilis ſermo: vt poſſit ēt ipauida quorūuis tyrānoꝝ corda ꝯcutere. Propterea attēdite vobis q̄cūq; opus miniſterij hui⁹ ſortiti eſtis: attendite inq̄ vobis: ⁊ p̄tioſo depoſito qđ vobis creditūꝫ eſt. hec Bern. Uide quō dn̄s xp̄s cōmittēdo petro paſtorale officiū ip̄m ter examinat de dilectiōe q pastores eccl'ie debēt deū ac etiā pximū pre ceteris hoīb⁹ diligere: non ergo debet quis eligi in prelatū niſi habitis certis ſignis ⁊ argumētis de dilectione eius erga deū ⁊ proximū. vn̄ Bern. An nō incōgrue de dilectiōe requiritꝛ q̄ paſcēdo gregi preponitur. Ille eñ preeſſe dꝫ alijs qui vino charitatis inebriat⁹ exeſtuat: imemor ſui vt nō querat q̄ ſua ſunt: ſꝫ magis que ieſu xp̄i. Attēde etiā q dn̄s paſtorale officium iniūgit trina examinatiōe p̄miſſa. ⁊ iō qui ad hoc officiū aſſumitꝛ pri⁹ examinari debet diligenter. Primo aūt ⁊ ſcđo agnos iperfectos quodā lacte veſcendos ⁊ tertio oues pfectiore ſolido cibo alēdas petro cōmiſit: q nō ſolū paſtorē: ſed ⁊ paſtorū paſtorē eū conſtituit: ſunt eñ in eccleſia tria genera ſeu tres gradus hoīm fideliū: qui ſicut agni ⁊ oues in eccl'ia ſunt paſcēdi. ſ. incipiētes ⁊ pficiētes: ⁊ qui q̄ſi adhuc imperfecti noīe agnoꝝ: ⁊ perfecti qui nomine ouiū poſſunt intelligi: et his dictū eſt: paſce agnos meos: ſed ſemel paſce oues meas: q infirmi ⁊ adhuc tenelli i fide ampliori paſtorali cura et ſolicitudine indigent q̄ fortiores ⁊ grādiuſculi qui ſe regere valēt: nec tāta cura egent: paſcit igitur petrus agnos: paſcit et oues: paſcit filios paſcit ⁊ matres: q regit ⁊ ſubditos ⁊ p̄latos: oīm igitꝛ paſtor eſt: q preter agnos et oues in eccl'ia nihil eſt: nihil inq̄ qđ ſuis paſtorib⁹ cōmiſerit. Sed cū ioānes a dn̄o

Greg.

Augu.

Bern.

Prelatoꝝ periculū.

Petri examinatio.

Bern.

Examinari dꝫ i p̄laturam ſumēdus

J
Jo. pl⁹ dilect⁹ cum nō ꝑlat⁹. magis eſſet dilect⁹: quare nō eſt aliūs apo
ſtolis ꝑlat⁹ ſed petr⁹? q: erat adoleſcēs et
ſi eſſet prelat⁹ illi ſcandalizarent forte in
eo: ſ3 nō ita in petro q: ſenex. Itē ne vide-
ret amicos carnales exaltare et eos aliūs
preferre. Utinā eccl'ia imitaret hoc exem-
plū ⁊ nō faceret in multis ꝯ͂riū. Conſidera
hic ſolitā dn̄i charitatē ⁊ benignitatē: ap-
te em̄ vides quō diligēter ⁊ affectuoſe im-
primit reiterat: ⁊ recommēdat petro aīas
nr̄as. Ter em̄ interrogās eum de amore.
Ter ſubiūxit paſce. ¶ Non dicit ei tonde:
Paſce- re non tōdere iubet. munge: macta: ⁊ māduca: ſed dicit tribus
vicib⁹ paſce ſc3 pane doctrine ⁊ ſancte ꝑ-
dicationis v̄bo vite ⁊ honeſte cōuerſatio-
nis exēplo tp̄alis ſuſtentationis ſubſidio.
Ter ergo dictū eſt paſce ad ſignificādum
ꝙ habens curā aīarū d3 ſubditos paſcere
paſtu triplici .ſ. verbi dei ⁊ boni exempli: ⁊
ꝓut pōt tp̄alis ſubſidij. Sed iſtud qđ dicit
ter paſce quidā mali mutāt in tonde: mū
ge: ⁊ occide: q: multi hodie ſubditos exa-
ctionib⁹ tēporaliū opprimūt malis ſuaſio
nib⁹ ⁊ exēplis corrūpunt ⁊ occidūt: ſed de
triplici paſtu ꝑdicto parū cogitāt vel cu-
rant. Deinde poſtq̄ petrus dn̄m ſe amare
ter r̄ndit ⁊ ꝑ hoc amoris ſui ꝓuilegiū ꝯfir
mauit morte ſuā ei dn̄s nūtiās ſuū marty
riū ſibi ꝑdixit in qua morte quātū petr⁹
eu3 dilexerit demōſtrauit aperte: q: ꝑlati
eccleſie tantā debēt charitate3 habere: vt
parati ſint ſe morti pro grege exponere.
Unde ait xp̄s loquens petro parabolice.
(Cum eſſes iunior) nō tā etate q̄3 ſenſus ⁊
virtutis imbecillitate: qua negaſti me (cin
gebas te) ⁊ ad libitū tuū ꝓperabas (⁊ am
bulabas vbi) ſm̄ appetitū (volebas: cum
aūt ſenueris) nō tam etate q̄3 ſenſus ⁊ vir
Alliga- tus pe- tr⁹ cru ci. tutis ſtabilitate: ſicut ia3 tua demōſtraſti
confeſſione (extendes manus tuas) .ſ. ad
crucē: hoc eſt crucifigeris: vbi promptitu-
do eius ad martyriū tolerandū deſignat:
et genus mortis (⁊ alius) .ſ. tortor (te cin-
get) ⁊ ligabit vinculis: fuit em̄ ligat⁹ chor
dis: ⁊ ſic in cruce poſit⁹: nō clauis affixus:
vt viueret diuti⁹: ⁊ lōgior eſſet ipſius cru
ciat⁹ (⁊ ducet te) .i. viriliter trahet (quo nō
vis) ire naturalr ſm̄ appetitū ſenſitiuū .ſ.
ad mortē quā refugit ſenſualitas ⁊ volun
tas naturalis: volūtate tn̄ deliberata ⁊ ele
ctiua q̄ cupiebat eſſe cū xp̄o in vita eterna
⁊ ſm̄ appetitū itellectiuū etiā ſenex voluit
ad mortē duci ⁊ crucifigi ſequens magr̄m
K ſuum qui ait: nō mea ſed tua volūtas fiat.
Appe- tit⁹ ho minis duplex Sed ſi fieri poſſet vitā eternā preter mor-
tis moleſtiā concupiſceret. Eſt em̄ in hoīe
duplex appetitus ſc3 ſenſitiuus ⁊ intelle
ctiuus: ⁊ vterq3 aliqñ ⁊ large loquēdo vo-
luntas noiatur: q: ſolus appetitus intelle
ctiuus ꝓprie volūtas dicitur. Licet ergo

appetitus itellectiu⁹ in petro eſſet prom-
ptus ad martyriū: tn̄ appetitus ſenſitiu⁹
refugiebat: q: mors eſt vltimū terribiliū.
Et eodē modo in xp̄o fuit vt viſum eſt ſu-
pra vbi ad patrē orauit. Nā inter aīam et
corpus eſt adeo naturalis amor: ꝙ nunq̄
volet aīa a corpore ſeparari: nec ecōuerſo
⁊ ideo dicit (quo tu non vis) .ſ. ſm̄ nature
inſtinctū: q̄ ſic eſt naturalis: vt nec ip̄a ſe-
nectus cū petro auferre potuerit: ſed deſi-
deriū gratie hoc immittit. vñ dicit ap̄ls.
Cupio diſſolui ⁊c. vnde Chriſ. dicit ꝑ quo Phil. i.
nō vis ꝓpter naturalē cōpaſſionē aīe q̄ in Chriſ.
vita ſeparat a corpe: de hoc viriliter diſpē
ſante vt nō multi ſibi mortē inferāt violē-
tam. hec Chriſ. ſed ſm̄ Aug. quātacūq3 ſit Aug.
moleſtia carnis d3 eā vincere vis amoris
quo amat xp̄s: qui etiā mori voluit ꝓ no-
bis q: ſi nulla eſſet vel parua mortis mo-
leſtia nō eſſet ta3 magna martyrij gloria.
vnde Greg. Neq3 em̄ ſi pleniſſime petrus
nollet pro xp̄o pati potuiſſet: ſ3 martyriū Greg.
qđ per infirmitatē carnis noluit: per virtu
tem ſpūs amauit. Qui dū per carnē ad pe
nas ire trepidat: ꝑ ſpm̄ ad gloriam exul-
tat. Actūq3 eſt vt cruciatū martyrij nolen-
do voluiſſet. Sic nos quoq3 cū gaudium
querimus ſalutis amarū poculum ſumi-
mus purgatiōis. Amaritudo q̄dē in pocu
lo diſplicet: ſed reſtituēda ꝑ amaritudinē
ſal⁹ placet. Cū ꝑ cognouit dn̄s ꝙ diligere-
tur a petro ꝑdixit ei fructū dilectiōis .ſ. co
ronā martyrij q̄ oues paſcere ⁊ eccleſiam
multiplicare ⁊ ſe caput ſequi deberet. vñ
glo. Paſſurū ꝑdicit q̄ negaturū ꝑdixerat:
hoc iā poterit .ſ. pati ꝓ xp̄o rōne firmat⁹ qđ
imature pollicebat infirm⁹. Iā nō metuit
hui⁹ vite iteritū: q: reſurgēte dn̄o vite al-
teri⁹ ꝓceſſit exēplū. vñ ⁊ Chri. Et nimiru3 Chriſ.
hoc volebat ⁊ cupiebat idcirco ei manife- Aīam
ſtū hoc fecit q: em̄ dixit aīam meā ponā ꝓ ſuā po-
te ⁊ ſi oportuerit me mori tecū nō te nega nere ꝓ
bo dedit ei qđ deſiderabat. Q: em̄ petrus xp̄o da
ſemꝑ volebat eſſe i eis q̄ ꝓ eo erāt ꝑiculis tum eſt
ꝯfide ait: ita em̄ tuū iplebo deſideriū vt q̄ petro.
nō paſſus es iuuenis exiſtēs hoc te opor-
teat pati ſenē factū. hec Chri. Hoc aūt qđ
ait: alt⁹ te cinget ⁊ ducet te d3 ꝓcedere hoc
qđ dicit extēdes man⁹ tuas: nā in alteri⁹
cinctione exprimit īpoſitio vinculoꝝ a ꝑ- Aug.
ſecutore. vñ Aug. Extēdes inquit manus L
tuas hoc eſt crucifigeris: ad hoc aūt vt ve Trigi-
nias: alius te cinget ⁊ ducet nō quo vis: ſ3 taſeptē
quo nō vis. Prius dixit qđ fieret: ⁊ deinde ānis ſu-
quō fieret: nō em̄ crucifixus: ſed crucifigē- puixit
dus quo nollet eſt duct⁹. hec Aug. Et bñ petr⁹.
dixit cu3 ſenueris. Nā poſt ip̄a quo verba
iſta dicta ſunt vſq3 ad ip̄a mortis petri ſlu
xerūt vere trigīta ſeptē āni. Uñ p3 ꝙ ſatis
ſenex erat. In hoc aūt ꝙ petrus cū ſenuiſ-

ſet ⁊ ꝓpe terminū vite iam eſſet paſſus eſt moleſtiā crucis: myſtice ſignificatū eſt q̄ᵭ poſt peccati remiſſionem toto tp̄e vite ſue debet hō pro peccato ſuo dolere: ⁊ vſq; ad terminū vite miſeriā ſuſtinere. vñ gl. etiā remiſſis peccatis tolerat hō miſeriam: in quā tamē ex peccato venie productio: eſt pena q̄ꝫ culpa: ne parna videretur culpa ſi cū illa finiretur ⁊ pena: in petro typus eſt ſeculariū ⁊ religioſorꝫ ſecularis em̄ quo vult vadit dñs ſue volūtatis: ſed religioſus ſuperioris ligamine cinctus grauitate religionis. ſenio: et ꝓfeſſione maturio: precepto maioris frequenter ducitur quo non vult: niſi ꝓpter obediētie fructū (hoc autē dixit) ieſus petro) ſignificās) q: eſſet crucifigēdus: ⁊ hac morte deū clarificaturus: martyriū em̄ petri fuit ordinatuꝫ ad gloriam dei: q: ſicut ne cingeret vinculis cū dño xp̄m obſcurauit in cordibꝰ audiētiū negatione: ita extendēdo manus in ſimili cruce ſicut xp̄s glorificauit xp̄m p exēplū conſtantie in veritatis confeſſione: in auribus crucifigentium tortorū. Quāuis em̄ xp̄s nō clarificetur in ſe a malis ⁊ infidelibus: tñ clarificatur quotidie per exēplū patientie a ſanctis ⁊ bonis fidelibus: mors ergo ſanctorū eſt ad gloriam xp̄i: q: ex hoc oſtēditur magnitudo dñi q pro eiꝰ veritate ⁊ fide ſancti exponunt ſe morti. Cum em̄ vis amoris graues vincat moleſtias mortis: profecto martyres morte ſua deū clarificāt: oſtendentes ea quantū colendus ⁊ amādus ſit. Et nota q xp̄s in directū crucifixꝰ q̄ᵭ petrus ob reuerētiā dñi in cōtrariū. ſ. deorſum: ſꝫ andreas in trāſuerſum. (Et cū hoc dixiſſet) ieſus petro nūcians ei mortē ⁊ paſſionē ne dura ⁊ intolerabilis petro videret paſſio hāc ſuo exēplo pius magiſter lenire curauit: ⁊ ad genus mortis exēplo ſui eū inuitās (dixit: ſequere me). i. imitare me: ſequi em̄ dñꝫ imitari eſt: ac ſi diceret: tāto tolerabilius crucis paſſionē ſuſtinebis: quāto in eiꝰ ſufferentia mea te ſequi veſtigia recordaberis vt ſicut ego ꝓ tua ſalute crucis patibuluꝫ ſuſtinere nō diſtuli: ita q̄ꝫ tu pro cōfeſſiōe nois mei te pati debere memēto: quia eo glorioſiorē palmā martyrij ꝯſequeris: quo ad hanc promerēdā arctiꝰ magiſtri iter ſequeris: q: em̄ petrus priꝰ ſingulariterꝰ ad hāc ſe exhibuerat ſeq̄lā dicēs q̄re nō poſſum te ſequi aīam meā p te ponā: iō ſingulariter ab eo exigit dñs ꝓmiſſum di. (Sequere me). ſ. i gñe mortis. q. d. Si me inde diligis ſeq̄re me veni poſt me: ⁊ ſicut ego ꝓ te ita ⁊ tu moriaris pro me. ſicut ego: tu in crucē aſcende: tu eandē quā ego morteꝫ patere. Vñ nō dixit ei ſoli: ſed ſignanter pre aliis q: ipſe pre oibꝰ debebat aīaꝫ ꝓ grege ponere ⁊ onibꝰ. Hoc aūt dicēdo dñs ſurrexit ⁊ a loco ꝯuiuij abire cepit. Et ſic per illā ſequelā corporalē idē ſignificabat q prius petro p ꝟba expreſſerat: ſicut em̄ in veteri teſtamēto ꝓphete ſignificabāt aliqua verbis ⁊ aliqua factis: ſimiliter xp̄s faciens poſtq̄ꝫ ꝟbo ꝓdixerat petro ſuū martyriūꝫ incepit ire: ⁊ tūc dixit ei ſeq̄re me. ſ. in hoc q̄ᵭ ꝓdixit tibi. (Cōuerſus petrus) retrahēdo oculos ab aſpectu dñi (vidit ioannem quē diligebat ieſus etiā ſequentē) q: ſicut ⁊ petrus ceperat ire poſt xp̄m: ⁊ volēs certificari de morte ioānis et amore quo euꝫ diligebat de eo dñm q̄ſiuit di. (Hic āt q̄ᵭ) ſ. patiet. q. d. ecce ego ſequor te in paſſione hic autē quē vt me diligo nūq̄ᵭ morietur ſicut ⁊ ego? Poſtq̄ꝫ petrꝰ audierat ſe crucifigēdū voluit etiā agnoſcere fratris exitū. Diligebat em̄ petrus ioānē ſpeciali dilectione: ⁊ ideo volebat eum in martyrio ſocium habere. vnde dicit Chriſoſto. q valde diligebat petrus ioannē ⁊ audiēs tam magni amoris indicia a dño q̄ᵭ videlicet ſimili genere mortis ſecuturus eſſet dñm quo dñs preceſſerat petrum cupiebat taꝫ magnorū munerū habere ſocium. De hoc autē q̄ᵭ petrus interrogauit etiā ioānes interrogaſſet: ſed nō audebat. Diligebat autē vt hic dicitur ieſus ioannē nō quidē ſingulariter ſolū ſꝫ pre ceteris familiarius et ſpecialia ſigna dilectionis ei oſtēdēdo pre ceteris: ⁊ hoc ſignū inter cetera: vt per pacē exiret de vita nō p certamē paſſiōis: diligebat primo quippe propter mūdiciā puritatis: q: virgo eſt electus a deo: ⁊ virgo permāſit. Scḋo ꝓpter ſublimitatē ſue ſapiētie: quia ceteris altius archana diuinitatis vidit. Tertio propter feruoreꝫ ſui affectus ad xp̄m qui diligentes ſe diligit: ⁊ rñdēs ieſus petro di. (Sic eū volo manere). i. expectare. ſ. abſq; paſſione martyrij (donec) eccleſia ſua pace firmata (veniaꝫ) ſ. ad eū vocandū: ⁊ per placidā mortē de hoc mundo ad gloriā celeſtē aſſumēdum: quaſi dicat nolo eū mori per martyriuꝫ et me ſequi per viā paſſionis: ſed magis volo eum occupari in quiete contemplationis (donec) me vocāte de hac vita in aliā trāſferat ſuauiter ⁊ iocūde. Habet ei in legenda eius: q xp̄s apparuit ſibi circa finē vite ſue cū diſcipulis ſuis vocās eum ad gloriam ⁊ ad epulādū cum illis (q̄ᵭ ad te) ſ. inueſtigare de ipſo q: ad petrū nō pertinebat ſcire q̄ᵭ deus ordinabat in futuruꝫ de ioāne: ſed tm̄ ꝑtinebat ad ipſum verbo xp̄i prompte ⁊ humiliter obedire. Ideo ſequit tu me ſeq̄re. ſ. crucis paſſiōe. vñ Chriſo. Sic eū volo manere inquit: quid ad te per hoc erudiēs nos nō anxiari neq; multū inueſtigare: neq; vltra ea que placēt ei

Miſeriā patit etiā cui pc̄ā remiſſa ſunt.

Martyres deū clarificant.

M de morte io. interrogatio.

Chriſ: petrus ioannē diligebat.

Q dilexit dñs io: ob multa.

Mors ioan.

chriſo:

querere ⁊ nihil vltra ꝙ opꝫ circunſcruta ri. hoc aūt faciebat ad intēpoꝛaneā cōpaſſione q̄ ad ſeinuicē erat diuidens eos. Q: eū debebāt oꝛbis terrarū ꝑegrationē ac cipe nō oportebat eos ad ſemnicē de reli quo eſſe cōplexos: ꝑfecto eī magnū huic oꝛbis terrarū factū eſſet dānū. Propterea nit op⁹ ꝯmiſſum eſt tibi id attēde ⁊ ꝑfice ⁊ exerce ⁊ certa. hūc vero ſi voluero manere hic (q̄d ad te.) Tu ea que tuī ipſi⁹ ſunt at tēde ⁊ de his ſolicit⁹ ſis. hec Chriſo. (Exi uit ergo ſermo iſte inter fratres) .i. diſci pulos: qui erāt vniti fraterna charitate: ⁊ diuulgatū eſt in publicū ꝑ narrationem vnius ad alterꝫ (ꝙ diſcipul⁹ ille nō moꝛit) hunc intellectū conceperūt ex verbis xp̄i: ⁊ in iſto intellectu ſermo ille recitabat ꝙ ioānes nō eſſet moꝛiturus: ſed donec xp̄s ad iudiciū veniret victurus. Sed nō erat hoc magnū donū ſi datuꝫ eſſet diſcipulo: cū melius ſit diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Ille ta men intellectus fuit erroneus Quia ioā nes ſecundum veritatem eſt moꝛtuus. Et ideo ſtatim excludit cū ſubditur. (Et non dixit ieſus nō moꝛietur) q: ſententia moꝛtis in omnes in oꝛiginali peccato natos pro lata eſt. (Sed dixit ſic eum volo manere) a doloꝛe perſecutiōis alienū (donec veniā) vocādo eū in moꝛte per reſolutionē natu ralē ad celū (q̄d ad te) hoc remiſſiue legen dū eſt: q: non querit: ſed ſolum recitat hoc qđ ante dixit: habebat aūt ioannes nona gintanouē annos cū moꝛeret ⁊ ſexaginta octo annos ꝑdicauit. (Hic eſt diſcipul⁹ il le) .ſ. ioānes de quo ſaluatoꝛ iam locutus eſt (q̄ teſtimoniū ꝑhibet de his) que vidit et audiuit: ꝓpter qđ ei⁹ teſtimoniū eſt effi cax ⁊ verum (⁊ ſcripſit hec) tanq̄ teſtis ve rax teſtimoniū ꝑhibēs de eis. Mod⁹ erat antiquoꝛū ꝙ illi ſcriberēt hyſtoꝛiā qui vi diſſent propter qđ dicitur hyſtoꝛia ab hy ſtoꝛin quod eſt videre: quia qui videt qđ fit pōt inde hyſtoꝛiā cōtexere: ⁊ ideo ioan nes qui verba xp̄i audiuit ⁊ facta eius vi dit cōueniētiſſime ſcribere potuit. Omiſ ſa aūt omni cōparatiōe inter duos diſci pulos de dilectione poteſt ad myſteriū re ferri ⁊ myſtice accipi. nā per hos duos du plex ſignificat vita .ſ. actiua ⁊ cōtēplatiua per petrū eī cui dictū eſt ſequere me: la boꝛ exprimitur vite actiue ad queꝫ ꝑtinet neceſſitatibus proximoꝛū inſudare: ac ꝓ veritate ⁊ iuſticia ſi neceſſe fuerit vſq̄ ad moꝛtem certare: per Joannem vero ſuaui tas deſignatur vite cōtemplatiue ad quē pertinet omnib⁹ aliis omiſſis ſoli deo in herere: de quo bene dictū eſt (ſic eum vo lo manere donec veniam) .i. eos quos gu ſtu mee cōtemplationis inebriauero ſem per proficere volo quouſq̄ me in die iudi

[Margin notes, left column: ioānes moꝛtu⁹ — Hyſto rie ſcri bende mod⁹. — Vita duplex]

cū cum eterna remuneratione apparente de fide tranſeant ad ſpem. Et de imperfe cta vite huius contemplatione ad perfe ctam gloꝛie contemplationem. Utriuſq̄ autem vite finis ⁊ obiectum eſt deus pro quo exercetur hec et illa: ſed vita actiua plus diligit ꝙ contemplatiua: quia ma gis ſentit anguſtias ꝑſentis vite: ⁊ eſtuā tius deſiderat ab eis liberari ⁊ ad deū ire contemplatiuam vero vitā deus plus di ligit: quia eam magis conſeruat: non eīꝫ ſimul finitur cum vita coꝛpoꝛis ſicut vita actiua: ⁊ ideo in ꝑs. dicitur. Diligit dn̄s poꝛtas ſyon ſuper omnia tabernacula ia cob. vn̄ dicit dn̄s de vita contēplatiua: ſic eū volo manere .i. expectare: donec veniā vel in fine mūdi: vel in moꝛte cōtemplati ua: ſed vite actiue dicit tu me ſeq̄re q: con tēplatiua hic inchoata nō ꝑficit: ſꝫ ichoa ta manet ⁊ expectat donec veniat xp̄s ꝑfi ciēdo cū venerit: ſꝫ actiua vita ꝑfecta ⁊ in foꝛmata ei⁹ paſſiōis exēplo interim ſequit xp̄m patiēdo ꝓ eo: potuiſti itaq̄ attēdere ꝙ multa ⁊ ꝙ magnifica dicta ⁊ facta ſunt in hac apparitione: ⁊ hāc apparitionē vo cat ioānes tertiā .ſ. a numero dierū ſed nō a numero appariti onū. Prima apparitio fuit in pria die q̄ ſurrexit: q̄ pluries ſe ma nifeſtauit. Scđa poſt dies octo qn̄ Tho mas vidit ⁊ credidit. Tertia hac die qn̄ de piſcib⁹ prādiū fecit: ſed poſt q̄t dies ab octaua reſurrectionis id fecerat euangeli ſta nō determinat: vel pōt referri ad vices q: nō legit ꝙ multꝫ vel plurib⁹ diſciplis ſi mul apparuerit: niſi p̄io Thoma abſen te ⁊ ſcđo eo pn̄te ⁊ tertio h̄ ad mare. Uñ ſi gnāter i plurali dt diſcipulis ſuis. Et dei ceps appruit vſq̄ ad diē aſceſiōis q̄tiēs vo luit q̄nis n̄ oīa ſcripta ſūt. Tādē dn̄s bn̄ dictiōe data diſciplis diſpuit ab eis. Orō.

[Margin note, right column: Ꝑ Apparitio tertia id eſt tertia die.]

Omi ne Jeſu chꝛiſte pꝛeſta mi hi miſero: vt pulmentariū tibi adhibeā mādatis tuis obediē do: tu eī noſtra obediētia quo dāmō reficeris: q: in ea ꝙ plu rimū delectaris. Fac q̄ꝫ me indignū tui cō uiuū participē vt te piſce aſſo ⁊ pro nobis paſſo reficiar pro te patiēdo ⁊ te pane ve ro ſatier nūc in tua doctrina: ⁊ tui coꝛpis ſacramento: ⁊ tandeꝫ in eterne ſocietatis gaudio: da etiā mihi domine: vt cū petro merear te diligere pro te mala perferēdo: et cum ioanne a te diligi inherendo: et in hoc ſemper proficere et vſq̄ in finem per ſeuerare. Amen.

¶ Quō dn̄s apparuit .xi. diſci pulis in galilea ⁊ etiam quingē tis fratribus. Capi.lxxx.

A
Mat.
xxviij.
Beda.



Poſt hec vndecim diſcipuli abierūt in galileā ſm mādatum xp̄i ⁊ angeli in mōtē ⁊ locū vbi principaliter ↄſtitutū erat eis vbi dñs ordinauerat ſe viſibilē prebere illis. vñ Beda. Nā pergens dñs ad paſſionē ait diſcipulis: poſtq̄ reſurrexero precedā vos in galileā. Angelus quoq̄ mulieribus ait: q: precedet vos in galileā. Quapropter iuſſioni magiſtri obediētia diſcipulorū obſequit̄. Quāuis eñ ſupradicta apparitio ad mare tyberiadis fuerit i galilea vbi eſt idē mare: nō tñ illa principal'r intēdebat̄ cū ibi pauci. ſ. ſeptē tm̄ eſſent diſcipuli: ſ3 potius iſta i qua ſimul oēs erāt ↄgregati.

Apparitio pncipalis in galilea et q galilea.

Et ſciendū q̄ ꝓpe montē oliueti ex parte boreali ad vnū miliare eſt mons q̄ appellat̄ galilea: ⁊ dicunt q̄dā q̄ ille eſt mons p̄dictus ad quē diſcipuli vndecim abierūt: nō q: mons ſit in galilea: cū ſit in iudea: ſed q: mons iſte appellat̄ galilea. Alij (qđ magis videt̄) dicūt hoc fuiſſe i mōte thabor: in quo dñs trāſfiguratus fuit q̄ vere in galilea ↄſiſtit. Ibi eñ paucis. ſ. tribus diſcipulis oſtēderat gloriā ſue future reſurrectiōis: ⁊ ideo ibi reſurrectionem ſuā cōpletā manifeſtauit, oībus ſuis diſcipulis. Vñ ꝓbabiliter credit̄ q̄ ibi etiā fuerūt q̄ngēti fratres p̄ter p̄dictos vndecim diſcipulos: ⁊ q̄ illa fuit manifeſtatio de q̄ ad Corinth. ſcribit apoſtol⁹ dicēs deinde viſus eſt plusq̄ quingētis fratrib⁹ ſimul.

j.Cor.
xv.

hic tñ nō exprimunt̄ niſi vndecim apl'i: q: erāt principales diſcipuli xp̄i. vñ Euſebi⁹. Duo eñ euāgeliſte ſc3 lucas ⁊ ioānes ſolis vndecim hūc ſcribūt apparuiſſe hieruſalē: ceteri vo in galileā ꝓperare nō ſolū vndecim: ſ3 vniuerſis diſcipulis ⁊ fratribus dixerūt angelū ⁊ ſaluatorē vidiſſe: de q̄bus ⁊ paulus meminit dicēs: deinde apparuit plus q̄ quingētis fratrib⁹ ſimul. hec Euſebius.

Euſebius.

Quō autē tot fratres erant ibi cū aperte dicat̄ in actib⁹ q̄ oēs diſcipuli erāt in hieruſalē in cenaculo ↄgregati ⁊ nō erāt niſi cētū viginti. Pōt dici q̄ oēs credētes de hieruſalē cū apl'is nō erāt niſi cētū viginti. Multum tñ erant credētes de alijs ciuitatib⁹ ⁊ locis q̄b⁹ ſimul apparere voluit ad ipſorū cōſolationē ſicut et alijs. Et ibi ſc3 in mōte apparuit eis dñs: q: illi eū q̄nq̄ videre merebunt̄ in altitudine celorꝫ: qui nūc celſitudinē perfectionis aſcendētes in yma calcant deſideria terrenorꝫ.

Cur in monte viſus dñs.
Raba.

vñ Raba. In mōte quidē apparuit ei dñs. vt ſignificaret q̄m corpus q̄ de cōmuni gñis humani terra naſcēdo ſuſceperat: iā ſup oīa terrena reſurgēdo ſubleuauerat: ⁊ vt admoneret fideles: ſi illuc celſitudinē reſurrectionis ei⁹ cupiūt videre hic ab infimis voluptatibus ad ſuperna ſtudeāt deſideria trāſire. hec Raba. Diſcipuli aūt dñm vidētes viſum adorauerunt in aduētu ſuo adoratiōe latrie: et ante eu3 hūiliauerūt ſe credētes dñm deū ⁊ hoiem imortalē reſurrexiſſe. Quidā autē dubitauerūt ꝓpter rei nouitatē quorꝫ dubitatio noſtram auget fidē: ex q̄ patet q̄ ibi erant alij q̄ apoſtoli: q̄ oēs erāt certificati: etia3 thomas q̄ inter eos fuit magis incredul⁹. Dubitatio q̄de3 diſcipulorū nr̄e fidei fuit ↄfirmatio: q: quo ampli⁹ dubitauerūt: eo ſolicıti⁹ inq̄ſierūt: ⁊ quo veri⁹ ꝓbauerunt eo firmius crediderūt ⁊ nō ſolū fidē nr̄a3 corroborauerūt: ſed ēt hereticorū veſania deſtruxerūt: prius aūt ⁊ clemēs dñs credētes in fide confortat: et fidē eorū roborat: ac dubios ad fidē reduxit. ⁊ dubietatē eorū excludit intimās eis ad quātā gloria3 peruenerit. Vñ ⁊ oēm dubietatē a cordib⁹ eorum auferet accedens locut⁹ eſt eis ad certificandū eos de ſua reſurrectione dubios dicēs. (Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra) q: licet chriſtus quantum ad diuinitatē ab eterno haberet hanc poteſtatem ⁊ inquantū homo ab inſtāti conceptionis haberet poteſtatem in celo ⁊ in terra.

B
Ptās Data xpo vt hoi.

Autoritatē tñ executiue non habuit ante ſuā reſurrectionē: ſed voluit paſſibilitati eſſe ſubiectus propter noſtrā redemptionē. Hoc ergo loquit̄ a parte humanitatis in qua minorat⁹ eſt paulominus ab angelis: nō a parte diuinitatis: in qua patri eſt ↄfors ⁊ coequalis. Nā ſm diuinitatē tātus eſt pater aut fili⁹ aut ſpirituſſanctus: quantus eſt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpirituſſanctus. vñ Augu. Tanta eſt tota trinitas in ſolo patre vel in ſolo filio: vel in ſolo ſpirituſancto quāta eſt ſimul in patre ⁊ filio et ſpūſancto. hec Aug.

Tanta q̄lib3 pſona q̄te oēs.

Igit̄ ſm diuinitatem ſemper ſimul cū patre ⁊ ſpūſctō oīpotens ſup oīa: ſm humanitatē oīm rerū et inter oīa poteſtatē accepit: et oīa in manu eius ſunt tradita vt homo ille q̄ nup factus eſt de celo dominetur ⁊ in terra. Habet enim p̄tātem in celo coronandi quos vult: et in terra eligēdi quoſcūq̄ vult: q: ⁊ hic ibi et facit qđ vult: nō ſolū ergo in terra ſed etiā in celo poteſtatē accepit: q: in humanitate exaltat⁹ ad dexterā pr̄is eſt collocat⁹ et ſup oēs angelos eleuat⁹ nomēq̄ ſibi datū eſt q̄ eſt ſuper oē nomē vt in noīe ieſu oīe genu flectat̄ celeſtiū: terreſtriū: ⁊ infernorꝫ nō ſolū eſt ſup oīm hoīm nomē: ſed etiam ſuper oīm angelorū ſanctiſſimū: nulli eñ hoīm vel angelorꝫ cōceſſum eſt vt natura filius dei dici poſſit: niſi illi ſoli cui a patre

Actu. iiij. dictū eſt. Hic eſt filius meus dilect⁹ i quo mihi cōplacui: nulli quoq; ſctōrū vel angelorū datū eſt: vt in noie eius daret ſal⁹ mūdo niſi ſoli deo. de quo Petrus ait. Nō eſt in aliquo alio ſalus: neq; enī aliud nomē datum eſt ſub celo hoib⁹ in quo oporteat nos ſaluos fieri. In natura q̄ppe hominis a patre accepit: qđ in natura deitatis ēt ipſe donauit. vñ Seuerianus. Filius quippe dei virginis filio deus hoi diuinitas carni cōtulit qđ ſemp ipſe cum patre poſſedit. Hec aūt poteſtas ſibi data peccatores nō ſpernit: ſed oēs ſine perſonarū acceptiōe colligit. vñ cōſequēter iſtituēs baptiſmū ſubiūgit (Eūtes per mundū vniuerſum docete fidē oēs gentes) .i. oia genera gentiū ſine diſtinctione perſonarū. Et hoc p; q̄ predicatores euangelij dñt oib⁹ ⁊ magnis ⁊ puis ſine acceptiōe p̄dicare. (Eūtes) ergo qđ eſt cōtra negligētes qui ire nolunt (docere) qđ eſt contra p ignorātes qui docere neſciūt ⁊ officiū aſſumunt (oēs gentes) quod eſt contra perſonarum acceptores qui tm̄ ad aliquos vadūt (baptizātes eos) (q; niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō nō pōt intrare regnum dei (in noie) propter vnitatē ſubſtātie (patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti) propter diſtinctionē perſonarū vt quoq; eſt vna diuinitas: vna ſit largitio nō ait in noibus patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti: ſed in noie vt indiuiduā trinitatem vnū deū eſſe inſinuet. Iſta ergo eſt forma baptiſmi a xp̄o inſtituta: ſed familiari cōſilio ſpūſſcti quodā mō mutata fuit in p̄mitiua eccl'ia q̄n apoſtoli baptizabāt in noie xp̄i: vt nomē xp̄i qđ tūc odioſu; erat publicaret ⁊ magnificaret per ambitū mūdi. Et addit (docentes eos ſeruare) ope ⁊ perſeuerātia (oia q̄cunq; mādaui) ⁊ dixit (vobis) .ſ. ſacramēta a xp̄o inſtituta: ⁊ alia ad fidē catholicā ptinētia ac mores circa dilectionē dei ⁊ proximi inſtituētia. ¶ Preceptū q̄ dñs ante paſſionem ſuam diſcipulis dederat: ſc; q̄ iudeis p̄dicarēt et in viam gentium nō abirent ad tēpus erat certū: q; ante xp̄i reſurrectionē fides xp̄i nō erat diuulganda per orbem vniuerſum: ⁊ ideo poſt reſurrectionē precepit eis vt in oēs gentes irent ⁊ primo docerēt .i. cathezizarent: ⁊ in fide inſtruerēt. Deinde fidei ſacramento: ſcil; baptiſmo intingerēt: q; adulti pri⁹ debēt inſtrui de his q̄ ad ſ̄atē pertinēt q̄ baptizari. Et ideo cathecismus d; baptiſmum precedere: ⁊ tandem poſt doctrinam fidei et poſt baptiſmū oia quecūq; eſſent obſeruāda preciperent: q; vt dicit Iacob⁹. Op; nō tm̄ auditores eſſe verbi: ſed etiā factores: ⁊ q̄ offenderit in vno fact⁹ eſt oim re⁹ cōgruus ordo. Primo enim adiutor in fi-

Seuerianus. — C Preceptū ad tēpus. — Predicandū oibus. — Cathecismus — iaco.j.

de eſt docend⁹: q; niſi prius fidē aīa recipiat nō eſt dād⁹ baptiſmus: q; ſine fide īpoſſibile eſt placere deo: nec valet baptiſmi inūdatio ſi nō quātū pōt bonis operibus inſiſtat: q; ſicut corpus ſine ſpū mortuū eſt: ita ⁊ fides ſine opib⁹ mortua. Igitur op; oia ſeruare quecūq; mādauit ipſe. Cui hoc videt impoſſibile ſolū teneat et cuſtodiat charitatē. vñ Aug. Dilectio fortis res eſt fratres. Uultis videre q̄ ſit fortis dilectio q̄ſquis ꝑpter aliquā neceſſitatē non potuerit implere quod iubet deus amet illū q̄ implet: ⁊ in illo implet. Et iterū diuinarū ſcripturarū multiplicē abundantiā latiſſimāq; doctrinā ſine vllo errore cōprehēdit: ⁊ ſine vllo labore cuſtodit: cui⁹ cor plenū ē charitate dicēte apoſtolo. Plenitudo āt legis charitas totā magnitudinē diuinorū eloquiorū ſecura poſſidet charitas qua deū ꝓximūq; diligim⁹ docet enim celeſtis vnus medicus nos et dicit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄. In his duob⁹ preceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete: ſi ergo nō vacat oēs paginas ſacras ꝑſcrutari oia inuoluta ſermonū euoluere: oia ſcripturarū ſecreta penetrare: tene charitatē: vbi pendent oia. Ibi tenebis qđ ibi didiciſti: tenebis etia; qđ nō didiciſti: ſi enī noſti charitatē aliqđ noſti. vnde ⁊ illud pēdet qđ forte nō noſti. Et in eo qđ in ſcripturis intelligis charitas patet. ⁊ in eo quod nō intelligis charitas latet. Ille itaq; tenet ⁊ quod patet: et qđ latet in diuinis ſermonib⁹ q̄ charitatē tenet in morib⁹. Et iterū. quāta eſt charitas: que ſi deſit fruſtra habentur cetera ſi aſſit habent oia: ⁊ iterū homo fide: ⁊ ſpe ⁊ charitate ſubnixus ⁊ eas inconcuſſe retinēs nō idiget ſcriptur; niſi ad alios inſtruendos. Multi per hec tria in ſolitudine ſine codicibus viuunt. hec Augu. Eſt etiā tantum bonū charitas vt nō tm̄ defectus noſtros ſuppleat: ſed ēt bona aliena noſtra eē faciat. vñ Gre. Aliorū bona opa noſtra ſunt que ſi imitari non poſſumus in aliis amemus et amantiū fiūt quecunq; amantur in nobis. vnde ⁊ Auguſt. Pēſent inuiti quantū bonū eſt charitas que ſine labore noſtro aliena bona noſtra facit. Et iterū ſi amas vnitatem: etiam tibi habet: quiſquis in illa aliquid h; tolle inuidiā ⁊ tuū eſt qđ habeo: tolle inuidiam ⁊ meū eſt qđ habes. Liuor ſeparat: charitas iungit. hec Aug. Per charitatē q̄ppe eſt homo in participio oim bonorū eccleſie: ⁊ ex defectu charitatis amittit homo meritum oim bonorū eccleſie: et etiam boni opis ꝓprij. ⁊ vt dicit Ber. Charitas eſt virt⁹ in qua nec minimū opus reſpuit ſi

Augu. — Charitas legē implet — Dilectiōis fortitudo. — Roma. xiij. — D Charitas aliena facit. — Grego. — Augu. — Bern. Chari-

tas oīa ne qua nec maximū acceptat. Et breuiter
facit ac cōcludendo charitas inter virtutes tenet
cepta- principatū: q: ſine ipſa ad pfectionis cul-
bilia. men nemo cōſcendere valet: nūc eīm hō pfe
ctus eſt qſi charitate plenus eſt. Deinde q:
magna eis iniunxit: erigens eorū ſenſus ꝛ
Fides nō defi ciet. eos cōfortans ait. (Et ecce ego vobiſcum
ſum) protectione diuine virtutis coopera-
tione laboris ꝛ operis: ac etiā ſacramētali
pſentia corpis (oībus dieb9 vſq ad cōſum
mationē ſeculi) incluſiue cū finitis labori
bus: ꝛ cōſummato ſeculo mecū regnabit)
cuius rei pignus eſt pñtia mee deitatis ꝛ
grē etiā in pñti. Ex quo patet quāta mer-
ces pie cōuerſationis qualeve pignus fu-
ture beatitudinis etiā in pñti fideles mo
neat: ꝛ ꝙ vſq ad finē mundi fides nō defi
ciat quātūcūq tribulationib9 agitetur: ac ſi
Chriſ. dicat ſm Chriſ. Nō erubeſcetis vos: nec mi-
hi dicatis difficultatē iniūctorū negotiorū:
q: ego vobiſcū ſum: q̄ oīa faciā leuia. hec
Chriſ. Magna pmiſſio: magnus ꝛ inſupa
bilis clipeus ſecuritatis: ego inq̄t vobiſcū
ſum: i vobis pugno: vos defendo: nihil ti-
Ro. viij. meatis: ite ſecuri. Si eīm deus p nobis q̄s
cōtra nos? dicam9 ergo in deo faciem9 vir
tutem ꝛ ipſe ad nihilū deducet tribulātes
nos ꝛ inimicos nrōs: ꝛ ſpāliter predicato
rib9 euāgelij pmittit aſſiſtētia dñi cū dicit
(ꝛ ecce ego vobiſcū ſum) ſcz dirigendo ſer-
mones ad ſalutem audientiū ꝛ meritū ve
Chriſ. ſtrū. ſm Chriſ. Nō tm̄ loquit illis qui tunc
erant: nec cū illis ſolū dixit ſe futurū eſſe:
ſed ꝛ p ipſos loquit oībus futuris q̄ poſt
illos credēt cū quib9 etiā ſemper erit. Nō
enim vſq ad cōſummationē ſeculi apoſto
li permāſuri erāt. Sed ſicut vni corpori lo
quit fidelib9 quib9 cōiungit vt caput mē-
Chriſt9 quō ſemp pſens. bris. hec Chriſ. Quāuis eīm dñs quo ad p
ſentiā corporalē abſceſſurus eſſet a diſci-
pulis: tn̄ p preſentiā diuinitatis ꝛ ſpūalē
influxū ſuorū donorū ꝛ ſue gratie preſens
ſemper manet: ꝛ manebit cū fidelibus vſq
ad finem ſeculi. Sapiens enim et fidelis
nauta nauem nō dimittit donec fuerit ad
Eccl'ia nauis xpi. portū applicata: eccleſia vero eſt nauis et
xps eſt nauta regens ipſam: q: eam nō di
miſit nec dimittet donec ad portū paradi-
Apoc. xij. ſi pueniat. hec eccleſia in Apocal'. de celo
deſcēdere dicitur: q: ſm Aug. Celeſtis eſt
Augu. gratia qua deus eā facit. vbi Raban9. Ex
Raba. hoc autē intelligit ꝙ vſq ad finē ſeculi nō
Uſq p ſemp. ſunt defuturi in mūdo q̄ diuina mānſione
ꝛ inhabitatione ſunt digni. Quod aūt di-
Beda. cit vſq ad cōſummationē ſeculi. ſm Bedā
finitū pro infinito ponit. Nam qui in pre
ſenti ſeculo manet cū electis eos protegē-
do: ꝛ per occultos inſtinctus ſpūſancti di
rigendo: ipſe cū eis poſt finē ſeculi mane-
bit eos remunerādo: ꝛ ſine fine ſua preſen
tia ſatiando. vnde ꝛ Leo papa. Qui enim
aſcendit in celos nō deſerit adoptatos et Leo papa.
ipſe deorſum cōfortat ad patiētiā qui ſur-
ſum inuitat ad gloriam. Manebit etiā cū
fidelibus in pſenti ſeculo nō ſolū virtuali-
ter: ſed etiā per pſentiam corporalē in eu-
chariſtie ſacramento: vbi eſt xps totus: et
poſt finē videbunt eū facie ad faciem luce
clarius. Rememorat aūt eis: vt ait Chriſ. Chriſ.
et cōſummationē ſeculi: vt eos magis at-
trahat: ꝛ ne pſentia ſingulariter inſpiciāt
ſolū que ſimul cū preſenti vita diſſoluunt:
ſz ꝛ futura bona ꝛ ſi ſine fine mānſura. q.d.
Triſtia q̄ ſuſtinebitis ſimul cū preſenti vi
ta diſſoluent: cum ꝛ totū ſeculū in cōſum-
mationē deueniat: bona autē quibus po-
tiemini ſunt ineternū mānſura. hec Chry-
ſo. Conſidera nūc bene diſcipulos et ea q̄
modo ſunt eis dicta: q: ſunt valde magni
fica. Stant in magna iocūditate cuz dño:
manifeſtat eis qualiter eſt dñs omnium:
dat eis mandatū de predicando: ꝛ dat for
mam baptiſmi: dat ꝛ vigorē permaximū
dum dicit ꝙ ſemper cum eis erit. Et ſtans
benignus familiariter inter eos pdicans
et loquēs de regno dei: magna eos iocun-
ditate repleuit ꝛ letitia inenarrabili. Ui-
des quātam cōſolationem dat eis: ꝛ quot
oſtēdit inſignia charitatis apparet ꝙ iſti
dñm cū deſiderio ꝛ ſolicitudine expectare
curauerūt. Et ideo leti eū aſpicere merue-
runt. Sic ꝛ nos contingere ſentirem9: ſi in
expectando dñm ad aduentū eius feruidi
et ſoliciti eſſemus. Per iſtos quib9 dñs in
monte thabor predicto apparuit cōtēpla-
tiui deſignant: q: in hoc monte trāſfigura
tus dicit ꝛ talib9 ipſe frequēter apparere
dignatur: deinde dñs ab eis diſceſſit ꝛ mo
re ſolito ad ſanctos patres rediit: diſcipu-
li vero cum magno gaudio remanſerunt:
ꝛ poſtea in hieruſalē redierūt. ¶ Oratio.

Domine ieſu chriſte fili dei viui
qui corda diſcipulorum de mor
te tua dolentium tue exhibitio-
ne preſentie gaudio incredibili
in monte eis apparens perfudi
ſti: da mihi miſero vt nunc celſitudinem
perfectionis aſcendens in ima ſtudeam
deſideria terrenorum calcare ꝛ ab infimis
voluptatibus ad ſuperna deſideria tranſ
ire: quatenus te merear quandoque in al
titudine celorum videri. Fac etiam do-
mine me omnia que mandaſti ſeruare: et
mane nobiſcum in hoc ſeculo protegen-
do et dirigendo: et poſt finem ſeculi re-
munerando: et ſine fine tua preſentia ſa-
tiando. Amen.

¶ Epilogus apparitionuz dñi poſt reſurrectionē. Capi. lxxxj.

A Apparitiões Apparitiões in vniuerso. xiiij.



Habes igit̄ duodecim apparitiones post dñi resurrectionem vsq; ad ascēsionem absq; duab⁹ cū ascensione primo dicēdis: ꝛ sic apparitiões q̄tuordeciʒ fuerūt: de quib⁹ tñ decē in euāgelio scripte sunt: potes etiā meditari de plurib⁹: nā verisimile est ꝙ benignus dñs sepe matrē ꝛ discipulos et magdalenā dilectā discipulā visitauit ꝯfortās ꝛ exhilarās eos q̄ sic vehemēter de sua passione cōterriti ꝛ cōtristati fuerant.

Augu.

Qđ etiā btūs Aug. sentire videt᷑ loquens de tp̄e post dñi resurrectionē: nō oīa inq̄t scripta sunt. crebra em̄ erat ei⁹ cū illis cōuersatio priusq̄ ascēdisset in celū.

Abraā et dauid visitātes mariā.

Et forte ipsi sancti p̄res maxime abraā ꝛ dauid ad quos sp̄alis facta fuit p̄missio filij dei veniebāt cū eo ad videndū illam excellētissimam filiā suā matrē dñi q̄ pro eis ꝛ oībus gratiā inuenit ꝛ redēptorē genuit. O q̄s libenter eā cōspiciebāt ꝛ q̄ reuerēter se eidem inclinabāt: ꝛ oī qua poterāt benedictione cōplebāt: q̄uis ipsi nō viderent ab illis q̄ corpaliter ibi erāt. Potes etiaʒ hic cōsiderare benignitatē charitatē: ꝛ humilitatē dñi more solito que in oībus factis eius relucent ꝙ etiā postq̄ gloriose vicerat ꝛ resurrexerat peregrinari adhuc per dies .xl. voluit: vt suos discipulos cōfirmaret ꝛ roboraret. Digne nāq; post tot annorum curricula: post tot labores ꝛ afflictiones: post tā crudelē ꝛ ignominiosaʒ ꝛ acerbā mortē poterat triūphator ad suam gloriā remeare: ꝛ ap̄los p̄ suos angelos ꝯfortare p̄ suo nutu cōformare: sed hoc nō patiebat᷑ charitas sua p̄sonaliter voluit cōuersari cū eis: ꝛ veritatem resurrectionis multis cōprobauit argumētis .i. sensibilibus ꝛ euidētissimis signis: multa in corpe p̄prio ostēdēs p̄ter naturā corpis immortalis: vt sic veritatē resurrectiōis adstrueret: ꝛ ab ap̄lis eorūq; posteris omnem oīno causam hesitationis amoueret. In corpore enim p̄prio cicatrices ostēdit: cū tñ a natura corporis immortalis penit⁹ aliena sit oīs difformitas cicatricis: comedit cū eis ꝛ bibit: cū tñ corpus sp̄uale ciborū alimonia minime indigeret.

B Cibi post resurrectionē a dño sumpti quo deuenerunt.

Sed sciendū est cibos a dño ante mortē sumptos in ei⁹ alimoniam cessisse: q2 illos in se cōuertit: post resurrectioneʒ vero sumptos nullam ei alimontā prebuisse: q2 illos in se nō cōuertit cū haberet corpus glorificatū ꝛ incorruptibile: sed mox sp̄uali eius virtute assumptos: sicut assumit᷑ aq̄ missa i ignem aliter obsorbet aquam terra sitiens aliter exiccat radius solis calēs illa absorbet et in se trahit indigētia: iste exiccat ꝛ ꝯsumit potentia.

Mādūcatio dñi.

Mādūcauit ḡ dñs post resurrectionē p̄tāte nō necessitate: vt eo mō resurrectionē ꝛ vitā verā nō imaginariā oñderet: si nō ostenderet᷑ veritas resurrectionis perdit⁹ esset fruct⁹ passionis.

Augu.

vñ Aug. Et de saluatore quidē fides xp̄iana nō ambigit qn̄ post resurrectionē in carne sp̄uali: sed tñ vera cibū ꝛ potū cū discipulis sumpserit: nō alimētoꝝ indigētia: sed ea qua ꝛ hoc poterat p̄tāte: nō em̄ edēdi et bibendi talib⁹ corporib⁹ aufert᷑ p̄tās sed egestas: qm̄ certo ꝛ inuiolabili munere immortalitatis induent᷑: vt nō nisi velint possibilitate nō necessitate vescant᷑. hec Aug. Preter hec argumēta Lucas scribens hystoriam actuū ap̄loꝝ ponit ꝛ alia. Fuit em̄ argumētatio vere resurrectionis ꝙ p̄ dies .xl. multiformiter apparuit eis loquēs de regno dei nō est itelligēdū ꝙ singulis q̄draginta dieb⁹ apparuit eis: sʒ ꝙ infra numerū tot dierū pluries apparuit exhibendo se oculis videndū ꝛ manib⁹ palpādū cuʒ eis comedēdo ꝛ bibēdo sicut ante ꝯsueuerat: vt resurrectionē suam plurib⁹ modis ostēderet: sed ad demonstrādūʒ gloriā sue resurrectionis nō decebat eum cū illis: vt prius cōuersari ꝯtinue ne putaret᷑ ad vitā mortalē resurrexisse. Facto ergo interuallo apparebat discipulis ꝛ nō conuersabat᷑ cōtinue cū eis vt ostenderet se resurrexisse ad immortalē vitā ab oībus hui⁹ vite separatā.

C Ascensio cur dilata.

Itaq; nō statiʒ post resurrectionē ascēdit: vt multipliciter resurrectionē probaret: ꝛ discipulos cōsolando refoueret: et vt nostrā informaret patiētiā: q2 debem⁹ equanimiter expectare mercedē nostram: vnde sicut fuerūt .xl. hore mortis eius: scʒ quatuor parasceues vespertine ꝛ triginta sex duarū noctiū et vni⁹ diei: ita .xl. dieb⁹ cū eis cōuersatus est post resurrectionem: q2 diuina cōsolatio excedit humanā tristitiam pro eis fecit hoc ꝛ p̄ nobis: sed non aduertimus: dilexit ꝛ diligit sic vehementer ꝛ nō diligit᷑: cū tñ ad talē ꝛ tantū igneʒ non solū calefieri: sed etiam ardere debemus.

Beda.

vnde Beda. Resurrectionē suā certā et verā multis ꝛ varijs documētis p̄suadere dignatus est p̄pter edificandā fideʒ ꝛ fugandā de corde perfidiā omnēq; dubitationē de sua resurrectione tollendā.

Bern.

vnde etiā Bern. Christus dicitur triplex panis subcinericius in incarnatione: reuersatus in resurrectione: triticeus in nude deitatis ostensione: panis subcinericius est deo homo: nā quid est deus nisi vita ꝛ panis: quid est homo: nisi cinis ꝛ puluis: et quid est vna persona deus latens ꝛ homo patens nisi panis subcinericius? Pa

nis ergo ſubcinericiꝰ eſt panis ſub cinere
Panis ſubcinericiꝰ deꝰ latēs ſub hoīe: ꝛ hoc erat xp̄s ante reſurrectionē: panis reuerſatꝰ eſt econuerſo
hō deꝰ. ſ. poſt reſurrectionē. Prius em̄ q̄ſi
cinis panē occultauit. poſt v̄o q̄ſi panis cinerē celauit: q̄ʀ em̄ habuit corpꝰ glorificatū tūc humanitas in eo q̄ſi celata fuit. Vn̄
ante paſſionē humanitas in eo manifeſta
fuit deitas latebat: ꝛ iō tūc ꝑ miracula et
p̄dicationē deitatē ꝓbare ꝛ mūdo oſn̄dere
oportebat. Poſt reſurrectionez v̄o magis
ꝓbationi hūanitatis q̄ꝫ diuinitatꝫ inſiſtebat. vn̄ tūc viſu tactu: eſu: ꝛ multꝫ aliȷ̄s argumētis ſe verū hoīem eſſe approbabat.
Panis triticeꝰ deꝰ deꝰ Panis triticeus ſine oī cinere eſt: ſine furfure: ſine enigmate: ſꝫ de ſimila puriſſima
hec eſt nuda deitas. Hic panis eſt deꝰ deꝰ.
Nā deuotioni nō ſufficit ſemel dicere deꝰ:
vox em̄ deuota eſt deus deꝰ meus hoc facit mihi deꝰ: ꝛ hoc addaꝛ vt ſic deus deus
meus. Quid em̄ ꝓderit mihi deꝰ: ſi non ſit
deꝰ deꝰ meꝰ. hec Bern̄. Et ſciēdū ꝙ nō iniquis hoībus ꝛ mūdi amatorib9: ſed ſolis
apoſtolis aliȷ̄ſqꝫ fidelibꝰ poſt reſurrectionē ſuā ſaluatorē appuiſſe legimꝰ: neqꝫ em̄
cōueniēs erat vt xp̄s a mortuis reſurgēs
factuſqꝫ iā eternꝰ ꝛ imortalis iniquis hoībus deo mortuis ꝛ a vita que xp̄s eſt ſeparatis ſe manifeſtaret. vn̄ ꝛ ante dixerat ad
D huc modicū ꝛ mūdus. ſ. q̄ mō nō me videt
oculis carnis iā me nō videt: vos autē vi-
Theo. debitis me. vn̄ Theo. Decetero nō cōuerſabaꝛ inter plebē: qꝛ. ſ. poſt reſurrectionez
Cōuerſatio chriſti poſt reſurrectionē. cōuerſatio eius nō erat digna hoībꝰ: ſꝫ diuina magis qꝺ etiā eſt forma reſurrectionis future in qua ſicut angeli cōuerſabimur ꝛ filȷ̄ dei. hec Theo. Manifeſtauit autem ſe diſcipulis ſuis ꝛ aliȷ̄s fidelibus vt
viuus videreꝛ ꝛ viuentibꝰ. vn̄ dicit Aug.
Augu. ꝙ q̄n ſurrexit nō eſt viſus niſi a ſuis. Vn̄ ꝛ
Act. x. in actibꝰ. Hunc deꝰ ſuſcitauit tertia die ꝛ
dedit eū manifeſtū fieri nō oī ꝑplo ſꝫ teſtibus p̄ordinatis a deo nobis q̄ māducauimus ꝛ bibimus cū illo poſtq̄ꝫ reſurrexit a
mortuis. Fuit aūt cōueniēs ꝙ nō oībꝰ: ſꝫ
teſtibꝰ tm̄ preordinatis reſurrectionē ſuā
manifeſtaret qꝛ infirma ꝑ media reducit i
ſuprema: ꝛ ideo quoſdā mediatores elegit ꝑ quos vniuerſo orbi reſurrectio manifeſtari poſſet. Sic ergo dn̄s ꝑ dies qua-
Hiero. Immortalitatis oſtēſio. draginta multiformiter apparēs diſcipulis: ac edēs loquēſqꝫ cū eis et argumentis
nos illuminauit ad fidē ꝛ ꝓmiſſus erexit
ad ſpē: vt ſic tandē donis celitus datis ac
E cēderet ad amorē. ꝛ ſm̄ Hiero. Oſn̄dit im-
Apparitionū myſteriū. mortalitatē mortalibꝰ ad gratiarū actionē debitā vt intelligamꝰ q̄d fuerimus: et
ſciamꝰ q̄d futuri erimꝰ. De miniſterio autem p̄dictarū apparitionū ꝛ duarū ſequē-
Beda. tiū ſic dicit Beda. Hac ergo frequētia corporalis ſue manifeſtatiōis oſn̄dere voluit
dn̄s in oī loco ſe bonorū deſiderȷ̄ p̄ſentē eſſe diuinitꝰ. Apparuit nāqꝫ ad monumentū lugētibꝰ feminis adeſt ꝛ nobis eiꝰ
abſente recordatione ſalubriter contriſtatis. Occurrit reuertētibꝰ a monumēto: vt
agnita reſurrectiōis gaudia p̄dicarent.
Adeſt ꝛ nobis dū bona q̄ nouimꝰ ꝓximis
fideliter annūciare gaudemus: apparuit
in fractione panis his qui ſe peregrinū
eſſe putātes ad hoſpitiū vocauerāt. Adeſt
nobis cū ꝑegrinis ꝛ pauperibꝰ q̄cūqꝫ poſſumꝰ bona libēter impēdimꝰ. Adeſt ꝛ nobis in fractiōe panis cum ſacrm̄ corporis
eius: vꝫ panis ꝛ vini: caſta ꝛ ſimplici cōſciētia ſumimꝰ. Apparuit i abdito de ſua
reſurrectiōe loquētibꝰ. Adeſt ꝛ nobis qn̄
mō eiꝰ dono idē agimꝰ. Adeſt ꝛ nobis ſꝑ
cū ab intrinſecis operibꝰ ad tp̄a vacātes
de eiꝰ gr̄a locuturi cōuenimus. Apparuit
cū foribꝰ clauſis intꝰ iudeorꝫ metu reſiderēt: apparuit cū minorato eodē metu apertis eū greſſibꝰ in mōtis verticē quererēt.
Affuit quoſdā cōfortaturꝰ ſuo ſpū eccleſiā
cū ab infidelibꝰ premereꝛ: ꝛ ad publicū venire ac dilatare ꝓhiberetꝛ. Adeſt eidem: ꝛ
nūc cū iclinato ad fidē culmine regali terror quieuit ꝑſecutionis ꝛ oīs mūdi ſublimitas aptīcis eſt ſubtracta veſtigȷ̄s: apparuit piſcatoribꝰ eoſqꝫ apparēs diuinis
adiuuit bn̄ficȷ̄s. Adeſt ꝛ nobis cū neceſſaria vite tp̄alia recta itētiōe curamꝰ: iuſtiſqꝫ
nr̄is laboribꝰ ſubſidiū adiūgit ſue pietatis. appuit recūbētibꝰ. Adeſt ꝛ nobis cuꝫ
iuxta apl̄i monita ſiue māducamus ſiue
bibimꝰ: ſiue aliud q̄d agimꝰ oīa in gl̄iaꝫ
dei facimꝰ. appuit p̄mo in iudea: deīde in
galilea. poſt hec in iudea rurſum die quo
aſcēdit in celū aderat eccl̄ie cū prio ſolius
iudee terminis clauderetꝛ. Adeſt mō cū iudeis ob culpā perfidie derelictis trāſmigrauit ad gētes ꝛ aderit i futuro cū ante
finē ſcl̄i reuertetꝛ ad iudeā: ꝛ ſicut apl̄s ait
intrante gentiū plenitudine ſic oīs iſrael
ſaluꝰ erit. Nouiſſime illis appuit aſcēdēs
in celū: aderit ꝛ nobis vt eū poſt mortē ad
celos ſeq̄ mereamur ſi ante mortē eū i bethaniā vn̄ aſcēdit. i. i domū obediētie ſeq̄
curamꝰ. Ipſe etem̄ celū aſcēſus bethaniā
venit: qꝛ ſicut apl̄s ait. Factꝰ eſt obediens
vſqꝫ ad mortē mortē aūt crucis ꝓpter qꝺ
ꝛ deus eum exaltauit venimus ibidem ꝛ
nos ſi qꝺ ille monet agimꝰ qꝺ ꝓmiſit intē
dimꝰ. Eſto fidelis ait vſqꝫ ad mortē: ꝛ da- F
bo tibi coronā vite. Fit q̄ꝫ ipſius gr̄a largiēte: vt q̄ nobiſcū vſqꝫ ad vite huiꝰ terminū manet poſt hāc nos vitā ad videēda ſecum celeſtis vite p̄mia ſubleuet. hec Beꝺ. Quiq̄gesime cōſecratio.
Sicut ergo q̄drageſimā ſic ꝛ q̄nq̄geſimaꝫ
xp̄s nobis ſacrauit ꝛ nos vtraqꝫ ſolēnita-

te myſtice inſtituit. de qb⁹ ſimul Beda ſic ait. Utrāq; ſane hāc ſolēnitatē: hoc eſt quadrageſime ⁊ qnquageſime nō quorūlibet hoim: ſʒ ipſi⁹ dñi ac ſaluatoris nři. Prima nobis ſancit autoritas quadrageſime vcʒ in eo ꝙ dieb⁹ ac noctib⁹ quadraginta ieiu-
Actu. j. nauit in deſerto. Uictaq; verſutia tētatoris miniſterijs fruebaē angelicis: vbi ſuo nos informaret exēplo: qꝛ ꝑ macerationē carnis aduerſarij ſpūalis machinas euitare: ⁊ ad angeloꝝ debeam⁹ ꝯſortiū ꝑuenire. Porro qnquageſime nobis gaudia in eo ſeruāda mōſtrauit: ꝙ poſt reſurrectionē ſeipſʒ diſcipulis viuū: ⁊ multis argumētis ꝑ dies quadraginta ꝑbuit: et illos ſue frequētia viſitatiōis letabūdū hoc ipſ habere fecit ac feſtiuū. In quo nō ſolū futuri ſeculi gaudia q̄ cū illo ſumus habituri ꝓſignauit verū ⁊ ineffabilē circa nos ſue pietatis affectū oſtēdit q̄ depoſita iā infirmitate corporis: ⁊ ꝑ reſurrectiōis virtutē in celeſtē gloriā cōmutata: dignaē tñ adhuc diſcipuloꝝ itereſſe cōuiuio: vt ſocios eos hře poſſit in celo: ⁊ ꝓcepta qb⁹ ad regnū dei ꝑueniāt viuaci⁹ ipſa familiaritate cōmēdet atq; memoria illius tpis roboret de quo eis añ paſſionē ſuā ꝓmittēdo ꝑdixerat: ⁊ ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi př me⁹ regnū: vt edatis ⁊ bibatis ſuper mēſam meā in regno meo: ſʒ ⁊ in celū aſcendēs nequaq; eis priſce ſue pñtie dulcedinē abſtulit: ſʒ eadē poti⁹ ꝓmiſſio ſpūſ ſancti cariſmate cumulauit. Deniq; mox illi regreſſi ſunt in hierlm cū gaudio magno: ⁊ erāt ſemꝑ in tēplo laudātes ⁊ bñdicētes deū. hoc quoq; nobis gaudio: ac laude ⁊ bñdictiōe celeſti q̄ ipſū ſancti ꝓſtolabank aduentū vſq; ad diē qnqgeſimū quē

Deuotio habēda iter paſcha et pēthecoſtē.

greci pēthecoſtē appellāt ſolēnitatis hui⁹ letitiā docuerūt eſſe ꝓcelandū. Merito ḡ ſacroſanctis dieb⁹ his nos maiorib⁹ epulis atq; hymnis celeſtib⁹ vacam⁹ ob reuerentiā dñice reſurrectionis: ob memoriam dñici cōuict⁹ cū diſcipulis ſimul: et ob ſpē nře future qetis ac vite imortalis. Sed et genu in orone minime flectem⁹: qꝛ flectio genuū pnie ⁊ luctus eſt indiciū. Qđ etiaʒ oibus diebus dñicis obſeruandū propter eiuſdē reſurrectionis vel dñice: vel nře ſacramēta patres inſtituerūt. Recte ḡ quadragenario dierū numero ieiuniū annue celebram⁹: vt ꝑ hoc ſpirituali⁹ admoneamur: qꝛ q̄diu in mūdo viuim⁹ pro celeſtiū premioꝝ adeptione ſemꝑ laborare debeamus. Recte etiā quinquagenario dierum numero ſtatuʒ future nře beatitudinis in imagine veneramur ieiunia vcʒ relaxādo: alleluya canēdo: ſtātes orando: que ſunt aptiſſima ꝑpetue quietis reſurrectionis ⁊ laudis preſagia. hec Beda. ¶ Oratio.

Domine ieſu xpe per glorioſaʒ reſurrectionē tuā qua diſcipulis ⁊ fidelib⁹ tuis viu⁹ ⁊ imortalis apparuiſti: ꝑ gratiſſimā morāꝫ colloquia dulciſſima q̄ cū eis ꝑ. xl. dies habuiſti in quib⁹ multis argumētis apparēs eis ⁊ loquens de regno dei eoſq; confortans ⁊ cū eis cōueſcens vt reſurrectionem verā in te probarēt ⁊ crederēt totaleʒ dubitationē de ipſorū cordibus abſtuliſti obſecro te ieſu bone ⁊ pie da mihi inter teſtes preordinatos a deo teſtē fieri reſurrectionis tue non lingua tantū ⁊ verbo ſed et opere ⁊ veritate. Amen.

¶ De aſcenſione domini noſtri Jeſu chriſti. Capi. lxxxij.



Circa aſcenſionē dñicā te vigilē eſſe opꝫ: nā hec ſolēnitas valde ſolēnis eſt: vt infra patebit. Et ſaltē hoc ad attentionem te animet amplius ꝙ nūc dña cōpleto ſue ꝑegrinationis curſu eſt pñtia corpali receſſurus vñ ipſi⁹ verba ⁊ facta ſunt attēti⁹ cōſiderāda. Quelibet eñ aīa fidelis dꝫ ſponſum ſuū dñm deū ſuū in ei⁹ diſceſſu diligētiſſime ⁊ vigilantiſſime obſeruare: ⁊ q̄ per eū dicunē ⁊ fiunt viſceroſi⁹ mēte amplecti ac eidē ſe deuoti⁹ ⁊ humilius recōmendare: ⁊ totaliter aīm ſuū ab alijs abſtrahere.

A Math. xvj. Luce. xxiiij.

Quadrageſimo aūt die a reſurrectione voluit dñs aſcēdere vt demōſtraret eos qui decalogū legis per quatuor euāgelia impleuerint poſſe celum ſcandere. Tūc itaq; ſciēs dñs Jeſus qꝛ venit eius hora vt trāſeat ex hoc mundo ad patrē cum dilexiſſet ſuos nunc vero vſq; in finem dilexit eos. Joan. xiij.

Aſcēſurus aſſūpſit nos et paradiſo.

Accipiēs igitur de paradiſo terreſtri ſanctos patres omnes illas ſanctas ⁊ benedictas animas ac bñdicens Helye ⁊ Enoch ibi remanentibus ⁊ adhuc viuētibus venit ad. xj. diſcipulos ſuos qui erāt in monte ſyon cum matre ipſius ⁊ alijs. Omnes ſi quidem tam apłi q̄ alij diſcipuli: necnō mulieres habitabant in mōte ſyon: ſed in cenaculo in quo dñs cenauerat: habitabant tunc maria ⁊ xj. diſcipuli: ceteri vero diſcipuli ⁊ mulieres circūquaq; per diuerſa hoſpitia erāt diuiſi.

habitatio marie ⁊ diſcipulorum.

Dum ergo recūberent ſeu comederent. xj. apłi in illo cenaculo cū beata ỽgine ⁊ forte alijs: ſʒ digniores ſunt tantū expreſſi apparuit eis dñs ⁊ comedit cū eis benign⁹ magř añ diſceſſuʒ ſuū in ſignū ⁊ memoriale ſpālis dilectionis ⁊ gaudij. Qꝛ eñ apłi nō erāt eū apłi⁹ in carne viſuri: nō anteq; recederet māduc

cauit cũ eis quẽadmodũ amici cũ abinui
cẽ ſepari dñt ſimul mãducãt ꝛ bibũt. Om-
Conniuiũ dñi vltimũ
bus igit̃ ſimul hora tertia comedẽtib⁹ cũ
magna letitia i hoc vltio dñi ſui cõuiuio:
vt oẽs teſtes eẽnt ꝛ narrarẽt q̃ cõiter vide
rũt ꝛ audierũt ſciẽs dñs ieſus ip̃s eſſe vt
reuerteret̃ ad eũ q̃ miſit ip̃m exprobrauit
illis icredulitatẽ eoꝝ; quã pri⁹ habuerũt
vt ſuccederet credulitas. (et duritiam cor
dis) lapideivt ſuccederet cor carneũ chari
tate plenũ (qꝛ his q̃ viderãt eũ reſurrexiſ-
ſe a mortuis) nõ crediderãt) niſi ꝛ ipſi eũ
viderẽt cũvtiq; poſt reſurrectionẽ ſuã euã
geliũ p̃dicãtib⁹ gẽtes crediture erãt cum
reſurrexiſſe quẽ nõ viderãt. Ergo inexcu-
B
Exprobratio cõgrue facta.
ſabilis eõ ſi teſtimonio vidẽtis rẽ de qua
teſtat̃ nõ credideris. Exprobratio eſt obie
ctio ex ꝓbro: qꝛ probꝛũ fuit q̃ tãtis viſis ar
gumẽtis reſurrectiõis ꝛ tãtis auditis ſi-
gnis p teſtes ꝓpoſitis nõ crediderũt. Quã-
uis eñ petr⁹ ꝛ maria magdalena ꝛ duo il
li diſcipuli q̃b⁹ invia dñs apparuerat cer
tiſſime firmiſſimeq; nũciarẽt dñm reſurre
xiſſe ſeq; illũvidiſſe: ceteri tñ illis nõ crede
bãt. Hãc aũt exprobrationẽ maxime tunc
dñs fecit cũ ad p̃dicãdũ p vniuerſum mũ
dũ diſcipuli ire debebãt q̃ſi daret eis itel
ligere ꝛ diceret. Multo magis debebatis
vos nũciantib⁹ reſurrectionẽ eaꝫ credere
anteq̃ me videretis q̃ gẽtes q̃ credent vo
bis p̃dicãtib⁹ euãgeliũ ꝛ me nõ viderunt.
Poſt illã q̃ppe exprobrationẽ dixit eis vt
irẽt in mũdũ ad predicandũ. Idcirco etiã
tũc eos increpauit cuꝫ corꝑaliter reliquit
vt defectum ſuũ cognoſcẽtes remanerent
hũiliores. Oſtẽdẽs eis in ſuo diſceſſu quã
tũ ei humilitas placet quaſi eũ peculiari-
ter eiſdẽ recõmendaret vt ṽba q̃ recedẽs
dicebat in corde audiẽtium arcti⁹ impreſ-
ſa remanerẽt. poſt icrepationẽ igit̃ admo-
nẽdo dixit eis. (Euntes) ꝛ ꝯtinuis ꝓfectib⁹
in p̃dicãdo ꝓficiẽtes (in mũdũ vniuerſuꝫ)
nõ in iudeã tm̃ (p̃dicate euãgeliũ) qḋ oẽm
aliã doctrinã precellit: ſicut caput corpo-
Innoc.
Euãgeliuꝫ q̃d ſit.
ri preeminet: qꝛ ſm Inno. Euãgelium eſt
verbũ ṽbi qḋ erat in principio apud deũ
ſermo ſermonis q̃ a regalibus ſedibus ve
nit: ſapiẽtia ſapiẽtie q̃ attingit a fine vſq;
ad finem fortiter et diſponit oia ſuauiter.
(Predicate inq̃t euãgeliũ nihil aliud (oi
creature) .i. humano gñi ſeu indifferẽter ꝛ
ſine acceptiõe oi hoi pro quo facta eſt oĩs
creatura: vel ideo q̃ hꝫ participiũ ꝛ cõue-
nientiã ſeu aliq̃d ſcõe cũ oi creatura. Uñ et
Homo microcoſm⁹.
homo microcoſm⁹ .i. minor mũd⁹ ḋ: quaſi
oẽm creaturã continens. Per eſſe eñ con-
uenit cũ inaiatiſ. Per viuere cũ vegetabili
Hõ oĩs creatura.
bus ꝛ plãtis. Per ſentire cũ aĩalib⁹. Per i-
telligere cũ angelis: iõ deſignat̃ noĩe oĩs
creature. Item hõ ḋ oĩs creaturaꝝ: qꝛ pro-
pter eũ oĩs creatura mũdi videt̃ eſſe ꝓdu
cta: ſuum⁹ eñ quodãmõ finis oim. (Uel oi
Oĩa ꝓ ꝯgruis
creature) cui p̃dicãdũ eſt. Et multa in ſcri-
pturis inueniunt̃ quib⁹ hec vna determi
natio ſufficere põt quale eſt illḋ: cũ exalta Jo.xij.
tus fuero a terra oĩa traham ad meip̃m .ſ.
trahẽda. ꝛ illud charitas oĩa credit .ſ. cre- j.coꝛ.
denda. Ita ḋ: de⁹ erit oĩa in oib⁹ .i. vnicui xiij.
q; ſufficiẽtia. ꝛ illḋ: oĩa q̃cũq; audiui a pa- ij.coꝛ.
tre meo nota feci vobis: oĩa .ſ. ad ſalutẽ et xv.
btitudinẽ ꝑtinẽtia. Et ſic i aliis ſuo modo Jo.xv.
accipe poteris. Hoc aũt qḋ de euãgelio p̃di
cãdo ḋ: fiendũ erat poſt receptionẽ ꝛ con-
firmationẽ ſpũſſcti: qꝛ añ nõ erãt ſꝫ mãda
tũ xp̃i ab hieruſalẽ diſceſſuri. In hoc etiã
q̃ de euãgelio oib⁹ predicãdo mandat̃ iu
deorũ abiectio ꝛ gẽtiũ electio apertiſſime
mõſtrat̃. Qui ergo prius dixerat in viam
gentium ne abieritis: nunc dicit (p̃dicate
euãgeliũ omni creature) .i. oi nationi. pri-
mo iudeo. ſcḋo gentili: quia vult oẽs hoies
C
Gẽtiuꝫ electio.
ſaluos fieri ꝛ ad agnitionẽ veritatis veni
re. Deinde ſalutem promittendo credẽti-
bus ꝛ damnationẽ cõminãdo incredulis
ſubiũxit. (Qui crediderit) fide formata et
per dilectionẽ operãte ſcꝫ p ſe: vt in adul-
tis vel per aliũ vt in paruulis (et baptiza
Baptiſmus ane ceſſari⁹.
tus fuerit) baptiſmo aq̃ ſi fieri poterit (ſal-
uus erit) eterna ſalute a peccatis ꝛ penis
liberãte. Non enim ſufficit fides abſq; ba
ptiſmo per quẽ aliquis incorporatur xp̃o
ſi aſſit facultas recipiendi baptiſmum ab
aliquo. Si autem nõ aſſit facultas ſufficit
baptiſmus ſanguinis: vt in martyrib⁹ q̃
pro chriſto interficiuntur anteq̃ ſint ba-
ptizati: vel flaminis: vt in habentib⁹ fidẽ
Paruuloꝝ purgatio a pctis.
xp̃i deſiderãtib⁹ baptizari: ſed p̃ueniunt̃
morte anteq̃ hoc poſſit ipleri. Per alios
ergo paruuli credũt i eccl'ia: ſicut ex aliis
trahunt pctã que illis in baptiſmo remit-
tunt̃ cõfeſſione aliena. Piũ eſt enim vt id
qḋ per alienum pctm̃ amiſerunt: per alie-
nuꝫ auxiliũ vt eccleſie ꝛ patrinorũ in qui-
bus credere dicuntur recuperare ꝛ recipe
re poſſint. (Qui vero non crediderit) per ſe
vel per aliũ (cõdemnabitur) eterna dam-
natione per meritũ iuſtitie infidelitatis
ſue: non ait qui baptizatus non fuerit: qꝛ
per fidem ſine baptiſmo ſaluat̃ homo: cuꝫ
cũ excludit articulus neceſſitatis nõ con-
temptus religionis. Unde qḋ dictũ eſt ni- Jo.iij.
chodemo. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua
Fides ſine ope nõ ſaluat. Greg.
ꝛ ſpũ nõ põt introire in regnũ dei: ſic dꝫ in-
telligi q̃ ꝯtẽpſerit renaſci. Noli autẽ preſu
mere de fide: niſi oſtẽdas eam in opere: qꝛ
ſine hoc nõ poterit te ſaluare. Fides enim
ſine operibus mortua eſt: ſicut ꝛ opera ſi-
ne fide: vnde Greg. Fortaſſe autem vnuſ-
quiſq; apud ſemetip̃m dicat. Ego iã credi
di ſaluus ero. Uerum dicit ſi fideꝫ operiꝫ

bus teneat. Vera etem̄ fides eſt q̄ i hoc q̄ verbis dicit morib⁹ nō contradicit: ⁊ ille credit q̄ exercet operādo qđ credit. vnde ⁊ Jacobus. Qui proderit fratres mei ſi fidē quis dicat ſe habere opera aūt nō habeat nūquid poterit fide ſaluare eū? Sicut em̄ corpus ſine ſpū mortuū eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt. Deinde ēt ſigna pro fidei augmētatiōe ⁊ cōfirmatiōe promittē do adiūgit. (Signa aūt eos q̄ crediderint hec ſequentur) ꝓpter meritū fidei ſuo tpe ⁊ cū fuerit neceſſe. (In nōie meo) inuocato ⁊ honorato. i. i virtute nōis mei (demonia eÿciēt) qđ de multis legimus quibus immūdi ſpūs obediebant (linguis loquētur nouis) hoc factum eſt in die penthecoſtes in apoſtolis ⁊ alÿs credētibus (ſerpētes tollēt). i. auferent vel diſpergent quod de aplō paulo ptʒ. (Et ſi mortiferuʒ quid biberint non eis nocebit) qđ de ioāne euāgeliſta factum fuit. (Sup egros man⁹ imponēt ⁊ bene habebūt) qđ etiā multi fideles fecerūt. Oia em̄ hec i ꝓmitiua eccl'ia nō ſolū aplōs ⁊ alios maiores: ſed etiā frequēter alios ſimplices credētes feciſſe legim⁹ ꝓ infidelibus cōuertēdis: ⁊ vt fides credētiū creſceret ac nutrireẜ ⁊ firmareẜ miraculis q: nūc radicata ⁊ aucta: nō ſit neceſſarium eſt nunc fieri ſicut paſſim tūc fiebāt q: ſufficit ea q̄ fctā ſunt ſolūmodo legere ⁊ audire: ac eis fidē adhibere. Si ergo queratur quare predicatores ⁊ fideles moderni talia ſigna nō faciunt? Reſpōdetur ſm Grego. q: cū fides catholica ſit ſufficiēter ꝓbata per miracula xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ ei⁹ nō oportet vltra hāc ꝓbationē reiterare amplius. Sicut etiā arbuſta cū primo plātātur frequēter irrigāẜ quouſq; cōualuiſſe videanẜ: cum aūt in terra radicē fixerint: talia ſubtrahuntur. Verūtamen de⁹ in poſteris tēporibus etiam multa miracula fecit ad cōſolationē fidelium vt ptʒ de tempore martyrū ⁊ cōfeſſorū. Fiunt tamē ſm Grego. ſpūaliter nūc in eccleſia q̄ olim corporaliter fiebant in ea. Nā ſacerdotes populi exorcizando: baptizādo: ⁊ ad pniam vocādo: demonia eÿciēt: dūq; ſclaria verba relinquentes fidei ⁊ noue legis myſteria inſonant linguis nouis loquunẜ. Qui dū bonis ſuis exortationibus vicia ⁊ maliciam de alienis cordibus auferūt ſerpētes tollunt. Et dum hereticorum libros legūt vel mortifera in cōfeſſionibus ſeu peſtiferas ſuaſiones audiunt: ſed tñ non cōſentiūt ⁊ ad praua nō pertrahūtur: mortiferū eſt qđ bibūt: ſed eis nō nocebit. Qui quoties ꝓximos in fide vel bono opere infirmari cōſpiciūt. dū eis tota virtute cōcurrunt ⁊ exēplo ſue bone operationis illorū vitā roborāt: vl' aīas īfirmas ſuis oratio-

Jac.ij.

D
Signa ꝓmitiue eccleſie.

Cur mō nō fiāt.
Grego.

Signa ſpiritualia.

nib⁹ ſanāt deo recōciliant. (ſup egros manus imponūt ⁊ bene habebūt.) Que nimirū miracula tāto maiora ſunt quāto ſpūalioꝛa: ⁊ quāto ꝑ hec nō corpora: ſed aīe ſuſcitātur. In hoc etiā inſtruimur vt qđ verbis ꝑdicamus bonis operib⁹ cōfirmem⁹. Itē demonia eÿciūt qui demū tētationes fide ⁊ ſigno crucis repellūt. ¶ Linguis loquūtur nouis q̄ dei laudes ⁊ verba ſacra narrāt dimiſſis friuolis ⁊ ocioſis. Serpētes tollunt qui detractores efficaciter reꝑhēdūt. Mortiferū bibūt: ſed eis nō nocet q̄ ꝑſuaſiones peſtiferas ſeu amara ꝯuitia audiūt: ſʒ ſurda aure trāſeūt ⁊ ꝓ nihilo ducūt. Super egros manus īponēt ⁊ bñ habebūt q̄ per bona v̄ba ⁊ opa alios a pctīs retrahūt ⁊ in bonis ꝯfirmāt. Et hec ſi̅l̅r ſigna ſpūalia tanto ſunt corpalib⁹ meliora q̄tū q̄ ſunt aīe corporalib⁹ preferūtur. Et dixit eis. (Vos aūt) ſpūaliter (eſtis). i. eritis teſtes hoꝝ. ſ. q̄ vidiſtis ⁊ audiſtis ⁊ q̄ locutus ⁊ operat⁹ ſum in medio veſtri vel hoꝝ ſuperi⁹ deſcriptoꝝ q̄tū ad xp̄i incarnationē: predicationē paſſionē: ⁊ reſurrectionē. Et ne turbati cogitarēt quō nos homies idiote teſtimoniū ꝑhibebim⁹ gētib⁹ ⁊ iudeis q̄ te occiderūt ſubiūgit. (Et ego mitto). i. mittā cito ⁊ de ꝓpiquo ponēdo pñs ꝓ futuro: ⁊ rōne certitudinis ⁊ rōne primi tpis (ꝓmiſſuʒ) vobis auxiliū (pr̄is mei in vos). i. ſpm̄ ſcm̄ i ſigno viſibili vt ſufficiatꝭ ad teſtādū ⁊ ad predicādū cōſtāter vbiq; veritatē euāgelÿ. Pater em̄ ꝓmiſit eum dicēs effundā de ſpiritu meo ſup oēʒ carnē: ⁊ q: filius ꝓmiſit dicēs. Cū venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a pr̄e: ideo ⁊ pater ꝓmiſit cū opera trinitatis ſint idiuiſa. Qui licet ꝓcedit ab vtroq; eſt tñ patris autoritate ſpirationis. Et ne iperfecti predicare ꝑſumerēt adiūxit (vos aūt) qui debetis eſſe teſtes mei (ſedete) ⁊ manete hic (in ciuitate) hieruſalē (quoaduſq; induamini). ſ. vndiq; tāq; armatura ſpirituali (virtute) non humana. ſ. celeſti. i. ſpiritusſancti gratia ex alto. i. de celo. Hoc idē tāgiẜ in actibus eu3 dicitur. Et cōueſcēs. i. ſimul cū diſcipulis comedens precepit eis ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarēt ꝓmiſſionē patris. q. d. hic ⁊ ibi non eſtis ſufficientes ad predicandum conſtāter veritatem euangelÿ: donec cōfirmati fueritis per donum ſpiritusſancti: vt ſtetis ante reges ⁊ preſides intrepidi. vnde Chriſo. Sicut milites inuaſuros multos nemo ſinit exire donec armati ſint: ſic ⁊ diſcipulos ante ſpiritusſancti deſcenſum ad conflictum egredi non permittit. (Cur aūt nō chriſto preſente vel eo diſcedente ſtatim ſpiritus ſanctus venit. Decedat enim eos fieri cupidos rei: et deinde recipere gratiam.

Pñs ꝓ futuro.

E
ꝓmiſſio ſpūs.
Joā. ij.
Jo. xv.

Spūs patris.

Actu. j.

Chriſ.
Spūs cur nō ſtatim miſſus.

Tunc enim magis ad deū erigimur cū incumbit neceſſitas. dicit aūt (donec induamini virtute ex alto) nec expreſſit quando vt ſint ingiter vigiles. Quid igiť miraris ſi diē nouiſſimū non pandit vbi diem hūc proximum pandere noluit. hec Chriſoſto. Licet ergo chriſt⁹ dediſſet diſcipulis ſcripturarū intellectū ꝛ cōmiſiſſet pdicatiōis officium: tñ diſtulit executionem pdicandi vſq ad ſpūſſancti receptionē ī ſignovíſibili: p hoc inſinuās ꝙ pdicās actu: pri⁹ debet habere ſufficiētē ſacre ſcripture notitiā ꝛ gratiā ſpiritusſancti per coniecturam: ſcȝ ꝙ non ſit conſcius ſibi de peccato mortali. Debēt quippe predicatores ſedere in ciuitate: id eſt in clauſtro vbi debet eſſe ciuiū vnitas vacādo ibi ſtudio ꝛ cōtēplationi: vt ibi hauriant qđ poſtmodum in pdicatiōe alijs effundāt. vnde Hiero. Nihil nobis rectū videaꝛ: niſi quod diſcimus: vt poſt multū ꝛ ſilētiū de diſcipulis magiſtri efficiamur: docem⁹ aūt hoies in eccleſijs quod neſcimus oēs alias artes abſq doctore nō diſcim⁹: ſola hec tam vilis ꝛ tā facilis eſt: vt pceptore vel doctore nō egeat. Unde ſm Grego. Notādum eſt quia ſunt quos a predicatiōis officio vel imꝑfectio: vľ etas ꝓhibet: ꝛ tñ pcipitatio ipellit. Qui admonēdi ſunt nedū ſibi tm̄ onus officij precipitatione arrogant viam ſibi ſubſequentis melioris abſcindāt. Et vt cōſiderēt ꝙ ipſa veritas q̄ repēte quos vellet roborare potuiſſet: vt exēplū ſequētibus daret: ne imꝑfecti predicare pſumerent. Poſtq̄ plene diſcipulos de ṽtute predicatiōis inſtruxit ilico adiūxit. (Uos aūt ſedete in ciuitate q̄adnſq induamini ṽtute ex alto.) In ciuitate q̄ppe ſedem⁹ ſi intra mētiū noſtrarū nos clauſtra cōſtringimus ne loquēdo exteri⁹ euagemur: vt cuȝ virtute diuina perfecte iduemur: tūc quaſi a nobiſmetipſis foras etiā alios inſtruētes exeamus. hec Grego. Comedūt igiť et gaudent diſcipuli ꝑpter pñtiā dñi ſui: ſed nihilominus ꝑpter diſceſſuȝ turbati. Tāta eniȝ amoris teneritudine eū diligebāt ꝙ etiā verba diſceſſiōis ſue equo aio ſuſtinere nō poterāt. ¶ Cūq comediſſent (eduxit oēs) verbo .ſ. non manu (foras) .i. extra ciuitatem (in bethaniam) .i. verſus bethaniam: q: mōs oliueti ad quē exierūt eſt in via verſus bethaniā: ꝛ bethania in latere mōtis oliueti eſt ſita. (Eduxit eos foras.) vt viderent eum aſcendentē per hoc inſinuans ꝙ ciuitas tumultuoſa nō eſt locus aptus ad diuinoꝝ cōtēplationē. Pri⁹ eduxit eos foras extra ciuitatē: vt ſignificaret non habere nos hic manentem ciuitateȝ: deinde in bethaniam q̄ interpretaꝛ dom⁹ obedientie: vt q̄ ex obedientia deſcendit ꝛ humiliat⁹ eſt ad mortē oñdaꝛ ex merito obediētie aſcēdiſſe: ꝛ exaltat⁹ in celū. ſm illđ humiliauit ſemetipm fact⁹ obediens vſq ad mortē ꝑpter qđ ꝛ de⁹ exaltauit illū ꝛ vt ſignet p obediētie opa eos trāſituros ad celeſtia: ꝛ ꝙ nō ē aſceſus ī celū: niſi p obediētie meritū. ¶ Sicut ḡ inobedientia hoiem de paradiſo eiecit: ſic obedientia itroduxit. Itē ſꝫ Bed. Eduxit eos ī bethaniā ꝑpter ſitū eiuſdē ville q̄ ī latere mōtis oliuaꝝ poſita ē: q: vcȝ obediētis eccľie dom⁹ ī ipi⁹ ſūme mōtis .i. xpi latere fidei: ſpei: dilectiōiſq ſua fundamēta locauit. Poſtq̄ ḡ eos foras duxiſſet: tūc dixit eis ꝙ in mōtē oliueti trāſirēt: ꝛ ide eū in celum aſcēdētē viderēt. Q: ide aſcēdere volebat ī celū. Et tunc diſpuit ꝛ euanuit ab oculis eorū. ¶ Per mōtē itelligiť emiētia ſpūs ī ꝯtēplatiōe: p oliuas āt pinguiſſimi ſpirit⁹ deuotio. ¶ Ulteri⁹ ṽo poſt iſta non reſtaꝛ niſi ſalt⁹ aie in celuȝ. Igiť apoſtoli vndecim cū matre dñi: ac alijs diſcipulis ꝛ mulieribus vnanimiter ſtatim venerunt in montem oliueti: ꝛ ibidem iterum domin⁹ eis appruit. Ecce q̄uo habeas hodie duas apparitiōes. Cōſpice nūc bñ eas et cūcta q̄ fiunt. Cōſidera nihilomin⁹ ſanctos patres ibidē inuiſibiliter exiſtentes: q̄uo libenter ꝛ reuerenter intuentur dominā et affectuoſe benedicūt per quā tm̄ aſſecuti ſunt bñficiū: q̄uo etiā ītuenꝛ illos excelſos pugiles ꝛ duces diuini exercit⁹ quos iter oēs ad expugnādū ꝛ vincendū vniuerſuȝ mūdū: elegit dñs. Tunc quidā ex his qui cōuenerant ceperūt eū interrogare dicentes. Dñe ſi ī tpe hoc reſtitues regnuȝ iſrľ? ¶ Quidā imperiti ꝛ carnaliter ſapientes videntes alienigenam regnare ꝛ iudeos ſub preſide eſſe: deſiderabāt ꝙ regnū ipm nationi iudaice redderet: ꝛ querebant de reſtitutione regni iſrael tēporalis: ꝛ ſi rex iudeis dareꝛ hoc tēpore putantes tunc a dño regnū reſtituēduȝ: ꝛ a dño alienigenarū: ſcȝ gentiliū qui iudeis dominabantur liberādū ſicut ꝛ duo diſcipuli putabāt dicentes: nos aūt ſperabam⁹ q: ipſe eſſet redēptur⁹ iſrael. Acſi iſti interrogātes eum dicerēt. Nūq̄d hoc tēpore regnabis ſicut Dauid ꝛ Salomō ꝛ dñaberis natiōibus? Alij ṽo magis inſtructi ſciētes reſtitutionē illā nō niſi finaliter futurā: ſcȝ circa tēpora iudicij q̄rebāt de reſurrectiōe regni iſrael ſpūalis .ſ. deliberatione ꝛ dilatione eccleſie: ac ſi dicerent. Nunquid hoc tēpore facies qđ promiſiſti eccleſie? vñ Augu. Ergo diſcipľi xpi deducturi aſpectu aſcēſurū xpm interrogauerūt eū et dixerūt ei. Dñe ſi in hoc tpe preſentaberis ꝛ quando regnū iſrael? Qđ regnū? De q̄ dicim⁹ adueniat regnū tuū? quando regnū tuū?

Predicāti neceſſaria.

Hiero. doctorum ignorātia.

Greg.

Sedeſ in ciuitate.

Eductio apľoꝝ.

Beda.

Mons oliueti.

Contēplatio.

Actu.i. reſtitutio regni iſrľ.

Augu. mat.v.

Quādo regnū tuorū: quādo regnū hūiliū q̄diu typus ſuperborū: qn̄ vēturū ſit q̄d ad te? Sic viue quaſi hodie vēturū ſit: ⁊ nō ti mebis cū venerit. hec Aug. Dn̄s aūt ſup hoc nō certificauit eos ex quodā tn̄ in rn̄ſiōe ei⁹ poſito poſſent itelligere reſtitutio nē illā multis tp̄ib⁹ differēdā. (Nō eſt in q̄t vr̄m noſſe tp̄a vel momenta q̄ pater po ſuit in ſua ptāte) .i. numerū tempoꝝ ⁊ mo mentorum vſq₃ ad finē ſeculi: que tm̄ pa tent ſciētie patris mei. Nō eſt quippe ali quorū noſſe tp̄a vltra qđ reuelatur vel tra dit per ſcripturas: q: hoc eſt p̄ſumptiōis: ſ₃ ſm ſcripturas noſſe eſt eruditionis ac ſi diceret. Ad vos nō ptinet ſcire futura q̄ in ſola dei diſpōne ſunt poſita de quorum numero ē regni iudaici reſtitutio. Nā ip ſum reſtituēdū nō eſt carnaliter ſ₃ ſpūal'r qn̄ circa finē ſeculi iudei credēt in xp̄m q̄ fuit rex eoꝝ ⁊ qn̄ regnabit i domo iacob: ve re ſine fine ſeculi ineternū. Nihil ĩnq̄ ad vos q̄rere de ſecretis hm̄oi nec ad ea p̄ci piēda eſtis idonei: ſ₃ de his q̄ ad vos ſpe ctāt eſtote ſoliciti: q: reuera (accipiet̄ vir tutē ſcriſpūs ſupueniētis in vos) cui⁹ vir tute purificati ⁊ roborati vt poſſitis mea verba leq̄ ⁊ doctrinā meā ferre (eritiſ mihi teſtes) cōuerſationis ⁊ doctrine ⁊ mortis ⁊ reſurrectionis mee: primo (in hieruſalē) ſcđo (in iudea) poſtea (in ſamaria) tandē (vſq₃ ad vltimū terre) ac ſi tacite diceret. Ante regni illius reſtitutionē nō ſolū hie roſolymā: ſ₃ ⁊ oēs fines iudee ⁊ ſamarie ac etiā mūdi terminos per circuitū euāgelij fama percurret primo ſi quidem predica tum eſt euāgeliū in hieruſalē: ſ₃ pp̄ter la pidationē ſtephani ⁊ mortē iacobi gladio occiſi egreſſi ſunt de hier'm p̄dicātes in fi nibus iudee poſtea trāſierūt ad ſamarita nos ⁊ inde pceſſerūt p mūdū ad alios: vbi Aug. Quo aūt pacto ab apl'is eſt p̄dicatio iſta cōpleta, qn̄ adhuc vſq₃ ſunt gētes in q̄ bus nō̄ceperit ⁊ in quib⁹ nōdū inceperit impleri. Nō vtiq₃ hoc ſic a dn̄o mandatū eſt apoſtolis tanq̄ ipi ſoli q̄b⁹ tūc loq̄bat̄ tm̄ mun⁹ fuerint impleturi: ſ₃ ſicut eiſo lis videt̄ dixiſſe: ecce ego vobiſcū ſuz vſq₃ ad cōſummationē ſec'i q tm̄ eū vniuerſe ec cl'ie pmiſſe q̄ alijs morientib⁹ alijs naſcē tib⁹ hic vſq₃ in ſec'i cōſummatiōe futura eſt q̄s nō intelligat. hic Aug. Et q: euāge liū p̄mo p̄dicatū ē in hier'm inde eſt q au dita pnūciatiōe euāgelij vertimur oriētē quaſi ad hieruſalē; gratias agētes ⁊ dicē tes. Gl'ia tibi dn̄e: q: inde vēit ad nos euā gelium. Vñ ſcriptū eſt de ſyō exibit lex et v̄bum dn̄i de hier'z. vñ ⁊ Au. Cepit em̄ ec cl'ia ad hier'z iſta terrena vt gaudeat i deo in illa hier'm celeſti: ab hac em̄ incipit ad illam terminat. In illa tota eccleſia erit ab

Prediſ catio vſq₃ ad vltimū terre.

Augu.

Cōuer ſio ad orientē dū euā gelium dicitur

Eſa. ij.

Augu.

iſta exordium fidei ſumpſit. hec Aug. Sed v̄ba euāgelij leuita p̄nunciatur⁹ vertit fa ciem ꝯ aquilonē vt oſtēdat verbū dei di rigi ꝯ eū q̄ per aquilonē deſignat .ſ. ꝯ dia bolum q̄ dicebat in corde ſuo: ſedebo in la tere aq̄lonis ⁊ ero ſiſis altiſſimo. (Et dn̄s ieſus poſtq̄ locutus eſt eis) q̄ ad eruditio nem ſue ptinebant ꝯſolationis vnūq̄q̄ oſculat⁹ eſt in intimo amore cordis. Quia ſm Ambr. Apl'is reliq̄t oſcula pacis: dein de valedicēs eis (eleuatis manib⁹) vt ſuos patri offerret (benedixit eis) .ſ. bona optā do: pmittēdo: cōferendo: vt eos ꝯ hoſtem muniret: vt bonis celeſtib⁹ augeret. Et vt dixit Theo. Forte in hac benedictiōe v̄tm ꝯſeruatiuā eis inſluxit vſq₃ ad ſpiritualiſ eti aduētū. Ex loco iſto duxit eccleſia in cō ſuetudinē q ep̄i i fine miſſe dent bn̄dictio nē. vbi orige. Quod aūt eleuās manibus bn̄dixit eos: ſignificat q deceat bn̄dicentē cuiq₃ ornatū eſſe varijs operib⁹ ⁊ arduis reſpectu alioꝝ: ſic em̄ manus tolluntur in al tū. h Orig. In receſſu ſuo bn̄dixit xp̄s diſci pulis ſicut pr̄ recedēs a filijs bn̄dixit eis: ⁊ hoc fecit p̄mo pp̄ter maiorē eoꝝ neceſſita tē. ſm illud. Cū eſſem cū eis ego ſeruabā eos ⁊ cetera: vbi petit eos poſt receſſū ſuū ſeruari a malo. Scđo ad oſtendēdū finalē ⁊ pſeuerātē erga eos ſuā dilectionē. ſm il lud. Cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mūdo i fi nē dilexit nos. Inſtruxit ēt p hoc ſupiores in eccleſia: vt recedētes a ſubditiſ bn̄dictio nibus eos deo cōmendent. His finitis ad orientē verſa facie vt dicit Dam. cepit ſua pp̄ria v̄tute nō aliena eleuari ab eis ⁊ aſcē dere vidētib⁹ illis: quos .ſ. tāta viſione di gnabatur: ⁊ videndo deducētibus: vt ſcʒ deſiderium veniendi ad ipſum in eis exci taret ⁊ triumphaliter pp̄rio motu per do tē agilitatis in celum ſupremū vnde vene rat ferebat̄. Tunc mater ⁊ omnes alij aſpi cientes eū in celum eleuari procidetūt in terrā adorantes ⁊ pp̄ter diceſſum lachry mas continere non poterant: multū tamē gaudebāt q ip̄m ſic glorioſe celū petere cernebant O q̄ libenter mater cum filio de hoc mūdo receſſiſſet: ſed eā ad tempus hic manere dn̄s voluit: q: pp̄ter cōfirmā dos credētes vtile ⁊ expediēs fuit. Noſtre etiam fidei neceſſariū erat: quia ipſa poſt aſcenſionem dn̄i inter apoſtolos conuer ſando multa eis reuelauit que de myſte rijs illius cognouerat. vnde Anſel. Sed o bone ieſu iſtius tue dulciſſime matris pꝰſ ſine filij quo pati potuiſti: vt te in regnū glorie tue remeante illam quaſi orbatam in miſerijs mundi relinqueres: et nō eam ſtatim regnaturam aſſumeres. Erat vt mi hi videtur neceſſaria noſtre fidei conuer ſatio ſua poſt aſcenſionem domini inter

Cōuer ſio ad aq̄lonē

Eſaie. xiiij.

Ambr.

Theo. Bn̄di ctiōis dādeiſ ſtitutō

Orige. Bn̄di cendi cauſe.

Dam. Aſcen ſio dn̄i.

cur ma ria non ſimul aſſum pta ſit.

Anſel.

apl'os ei⁹:q: licet ipſi ꝑ reuelationeȝ ſpūſ-
ſancti edocti fuerint oēm veritatē incōpa
biliter:tñ manifeſti⁹ ac eminenti⁹ipſa per
eundē ſpm̄ ipſi⁹ veritatis intelligebat ꝓ-
funditatē:ac ꝑ hoc multa ei a ꝑ illā reuela
bant̄ q̄ in ſe non ſimplici ſciētia: ſed ⁊ ipſo
effectu:et ipſo experimēto cognouerat de
myſterijs eiuſdem dñi noſtri ieſu xp̄i. Nec
dilatio ſue aſſumptiōis quoquomō iactu-
rā inferre valebāt imēſitati amoris ⁊ gau
dij ſui:qm̄ ipſe perfectio amoris et gaudij
ita illā reficiebat plenitudine ſui: vt hoc
ipſum ei ad augmentum amoris ⁊ gaudij
magnopere fieret ꝙ illic eſſe videbat vbi
deū quem pre cūctis amabat velle magis
ſciebat. Igit̄ vbicunqȝ erat ⁊ ip̄a in deo:et
de⁹ in ea iocūdabat̄ qua ipſe iocūditate ſe
lux hoc pre ceteris vbiqȝ fieri cupiebat: qḋ
ſapiētie dei potiſſimū placere itelligebat
3 Myſte- hec Anſel. ¶ Et ē notabile ꝙ dñs ſuos pri
riū aſcē- mo de ciuitate eduxit. ſcḋo eos in betha-
ſionis. niā duxit. tertio eis bñdixit. quarto aſcen
dit. in quo datur intelligi ꝙ pctōrē primo
eduxit de pctō. ſcḋo ip̄m in bethaniā. i. in
domū obediētie ducit ſtatū ei⁹ mutando.
tertio ei benedicit grā replēdo. q̄rto aſcen
dit. i. aſcēdere facit ad ſuperiora trāſferen
do. Et aſcēdēs dñs ieſus duxit ſecum illā
multitudinē nobilē:ſcȝ captiuā captiuita
tē. i. captiuos a captiuitate inferni q̄s ſecū
victor eduxerat:⁊ celi apta iaȝ porta pan-
dēs iter añ eos ſe ſequētes:vt Micheas ꝓ
pheta dixerat. Exules itroduxit in regnū
pr̄ia ſui:cōciues illos faciēs angelorū ⁊ do
meſticos dei:quaten⁹ ⁊ ruinas angelicas
reſtauraret:⁊ eterni patris honorē cumu-
laret ⁊ ſe triūphatorē oñderet:⁊ dñm exer-
cituum cōprobaret. Dñs itaqȝ glorioſus:
cādidus ⁊ rubicūdus:ſplēdid⁹: ⁊ gaudio
ſuo p̄cedebat eos viā eis oſtēdēs:⁊ ipſi ſe-
quebant̄ cū cantātes ⁊ iubilātes. ¶ Inte-
rim aūt michael ꝑpoſit⁹ paradiſi ꝑ genꝰ
ad patriā celicā nūciauit ꝙ dñs aſcēderet
Spiri- ad eam. Et ecce oēs beatorū ſpirituū ordi
tuū ce- nes occurrerunt eidē decenter ⁊ ſeriatim
leſtiuȝ ꝑ acies ſuas. Unus ex eis nō remāſit: qui
occur- dño ſuo obuiam nō veniret. Et inclinātes
ſus. ſe cū oī reuerētia qua poterāt eū cū hym-
nis ⁊ cāticis ieffabilib⁹ deducebāt. Quis
eni̅ poſſet cātus ⁊ iubilos q̄ ab ipſis fiebāt
explicare:⁊ q̄s poſſet hoc gaudiū enarra-
re:ſȝ ⁊ illud gaudiū q̄s dicere poſſet qḋ tā
beatiſſimi ſpūs q̄ ſanctiſſimi p̄res habue
rūt cū ſibi adinuicē occurrerūt. Oēs iubi-
labāt ⁊ pſallebāt. nā iuxta ꝓphetā. Aſcen-
dit de⁹ in iubilatiōe: qḋ maxime refert̄ ad
vocē iocūditatis redēptorū cū ipſo deſcen
dentium qui prius voce lachrymabili cla
mauerunt in partibus inferni: aduenisti
deſiderabilis quem expectabamus in te-
nebris:⁊ dominus in voce tube: quod re-
fertur ad ſonum predicationis apoſtolo-
rum: qui tunc fuit eis iniunctus domino
dicente. Euntes in mundū vniuerſum pre
dicate euangeliū oīm creature ⁊ tunc em̄.
In omnem terrā exiuit ſonus eorū: tamen
poſt ſpiritusſancti receptionē. Cunqȝ pſal
lerent tam angeli q̄ anime beate dñs iun
ctis manib⁹ deuote:⁊ ſurſum ante pectus
erectis:⁊ nubecula ſub pedib⁹ aſcendit:et
oēs beati ſimili mō iunctis manib⁹ cū do-
mino aſcēderūt. Dño aūt aſcēdente q̄dā
chori angelorū ip̄m p̄cedebant: q̄dā ſeque-
bant̄: alij a dextris ⁊ alij a ſiniſtris cū ipſo
comitabant̄ ſimul ⁊ cū beatis aīab⁹. Aſcē-
debat vero dñs plane ⁊ moroſe ꝓpter cō-
ſolationē matris ⁊ diſcipulorū quouſqȝ po
terāt videre eū. Et tūc antē (nubes) lucida
et cādida ſuſcepit euȝ (ab oculis eorū) car-
nalib⁹ q: claritate nubis circūdatus vlte-
rius nō eſt viſus vt q̄ xp̄m ſm carnē noue
rāt vltra iā ſic nō noſcerent. Aſcendit vſqȝ R Aſcēdē di for- ma.
ad nubes ea forma quā ante paſſioneȝ ha
buit:ſuſcept⁹ aūt a nubib⁹ ea qua in mōte
apparuit. Quaſi i globo baiule nubis aſcē
dit:nō ꝑ modū vehiculi ⁊ q̄ſi ad aſcenden
dū egeret miniſterio angelorū vel nubis:
q: ſua ꝓpria v̄tute ferebat̄: ſed ꝑ modum
obſtaculi vt ab oculis mortaliū nō videre-
tur. Et vt ꝑ hoc oſtenderet̄ q: oīs creatura
parata eſt obſeq̄ ſuo creatori nubes em̄ q̄
ſubſtraxit eū ab oculis inſipientiū:⁊ ange
li aſſiſtentes ibi oſtēdebāt ꝙ creatura cor
poralis ⁊ ſpūalis ſubiecta eſt obſeq̄o xp̄i.
Et tunc in monumēto cū oibus angelis ⁊
patribus ſctis erat in pr̄ia celeſtis beati-
tudinis. Aſcendit ḡ xp̄s ⁊ ꝑ nubē celos pe
netrās aſſumpt⁹ eſt in celū ethereum:ſeu
empyreū nō virtute aliena:ſed ꝓpria:tum
rōne deitatis q̄ oia pōt:tū rōne hūanitatis
glorioſe:q: corp⁹ glorioſum obedit ad nu
tum aie quātū ad motū localē ꝑ dotē agi-
litatis q̄ eſt in tali corpore. Uñ non curru
nō angelis ſubleuatus legit̄: q: q̄ ſecerat
oia ſup oia ſua v̄tute ferebat̄. Enoch ṽo
ab āgelis trāſlat⁹ eſt:⁊ Helyas curru ſub-
nect⁹ eſt in celū aereū nō virtute ꝓpria q:
hoies puri erāt ⁊ v̄tute indigebāt:⁊ q: eo
rum corpora nōdum ſunt glorificata. Sta
bāt aūt mr̄ ⁊ diſcipuli:⁊ magdalena:⁊ alij
intuētes in celū euntem illuȝ q̄dıu appa
rebat oculis eorū. vñ Ambro. Stabāt bea- Ambr.
ti apoſtoli toto ſuſpēſi corpore:⁊ aſcenden
tem ad celū dñm:q: inceſſu non poterant
oculis ſequebant̄. Et licet ad deducēdum
ſaluatorē viſio humana defecerit: fidei tñ
deuotio non deficit:vſqȝ ad nubeȝ em̄ de-
ducunt xp̄m oculis. vſqȝ ad celos aūt cum
xp̄o fidei deuotiōe comitantur. Unde ait. phil. iij
Apl's ſciens fidem noſtrā in celis eſſe cum

dn̄o. Noſtra aūt cōuerſatio in celis ē. hec Amb. O quid erat videre dn̄m ſic glorioſe aſcendentē. Et ſi q̄s potuiſſet audire ⁊ videre illos beatiſſimos ſpūs: ⁊ aīas ſctās cū eo pariter ſcēdētes forte pre gaudio aīa illi⁹ a corpore ſeparata fuiſſet: ⁊ cum eis pariter aſcēdiſſet. (Cūq;) iam dn̄s ſubtractus eſſet ab oculis ⁊ cōſpectu eorum: adhuc tn̄ ſuſpēſis vultib⁹ (intuebant̄ i celū). ¶ Propterea (duo) angeli in forma virorū (ſteterūt iuxta illos i veſtib⁹ albis.) Ut gratulatio mōſtraret̄ ex ipis idumētis (⁊ dixerūt eis. Uiri galilei q̄d ſtatis hic aſpicientes i celū.) Galilea apoſtolorū patria fuit. Un̄ ⁊ viri galilei dicunt̄. Ac ſi dicerēt. Statis hic ⁊ in celū aſpicitis quaſi obliti q̄d facere debeatis. Redite in ciuitatē ⁊ expectate promiſſionē patris ſicut dictū eſt vobis. Recedite nec expectate ieſum: vt mō redeat: ſed in fine temporū (ſic veniet quēadmodū vidiſtis eum euntē i celū). i. ſicut baiulis nubibus vidiſtis eū in celū aſcēdentē: ſic baiulis nubibus videbitis eū iuere ad iudiciū deſcendentē: ⁊ (quēadmodum vidiſtis eū aſcendentē in celū) in forma humana: cui cōpetit videri oculis corporalibus: ⁊ moueri de loco ad locum (ita veniet) in eadē forma ⁊ carnis ſubſtantia ad iudiciū q: ſicut fuit iudicat⁹ i forma humana: ſic veniet ad iudicādū mūdū: verū tn̄ iudicat⁹ fuit i formā hūana paſſibili: aſcendit aūt in celū: ⁊ veniet ad iudiciū i forma hūana gl'ioſa ⁊ ipaſſibili. vn̄ Aug.

L Aug. Ueturus eſt i forma humana. 3a pha. xij.

Sic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntē in celū. i. in forma hūana i qua iudicatus eſt iudicabit: vt etiā illud propheticū impleatur. Uidebūt i quē pupugerūt. Et iterū. Itaq; ſi rediturū eū credimus nos expectare debem⁹ ne ſic nos cōprehēdat aduentus illi⁹: nō ſuſpicātes: ſicut cōprehendit nūc caſtigatio delinquētes: cohertio nāq; pn̄tiū imaginē h; in ſe futurorū. Cauendū eſt ergo ne ſi in pn̄ti verbere nō corrigimur: futura ſeueritate dānemur. hec Aug. Cōſidera hic qūo dn̄s ieſus de ſuis ſolicit⁹ fuit. Nā ſtatī q̄ euanuit ab oculis eo⁊ miſit āgelos ſuos: tū vt meſtos de abſentia dn̄i ↄſolarent̄ ⁊ ↄfortarent: tū vt eū vere aſcēdiſſe i celū. ſ. i regionē angelorū demōſtrarēt: nō ſicut Enoch ⁊ Helyas q̄ trāſlati ſunt in pdiſum terreſtrē: q̄ l; eminens ſit: tū tm̄ ptigit ſub lunarē regionē: ſtu; ne diuti⁹ ibi morarent̄ ⁊ nimiū ibi ſtātes fatigarent̄: ſ; poti⁹ recedētes pmiſſu; patris expectarēt. Angelis itaq; diſparētibus ipſi in loco vbi ſteterūt nouiſſime pedes eius: adorātes xp̄m. ſ. deū ⁊ hoīem vt deo pſonaliter vnitū (reuerſi ſunt a mōte qui vocat̄ oliueti) ꝓpter copiam oliueru; (ſabbati habēs iter). i. itinere ſabbati. ſ.

Sabbati iter.

ſpacio miliarū diſtās ab hierl'; q: nō ampliori ſpacio licebat iudeis pgredi i ſabbato de villa vel ciuitate in qua erāt: ſ; circa p mille paſſus deambulare poterant. ¶ Uetus editio h; a monte triū luminū. Sic aūt dictus eſt mons oliueti: q: de nocte ex parte occidētis illuminabat̄ igne tēpli vbi erat ignis iugis in altari mane a parte orientis primo excipiebat radios ſolis anteq̄ illuſtrarēt ciuitatem: habebat etiā copiā olei qd̄ eſt luminis fomentum.

Mons triū luminū.

(Et regreſſi ſunt in hieruſale; cū gaudio magno) q: oīa myſteria erant impleta in xp̄o letātes de dei ⁊ dn̄i ſui glorificatione: quē poſt triumphū reſurrectionis cēlos cognouerāt penetraſſe: de humani gn̄is cōpleta redēptione: de reſtauratiōe ruine angelorū: ⁊ de eiectione demonū: de cōfuſione iudeorū infidelium: ⁊ ſpūſancti promiſſione: de humane nature exaltatiōe: de certa ſpe gn̄alis reſurrectiōis ⁊ aſcenſiōis future: ex quo eīn caput reſurrexerat aſcēderat: idē ⁊ de mēbris p certo; ſperare poterant.

letitia diſcipulorum.

Hāc aūt vltimā pceſſionē. diſcipulorū poſt ieſum: q̄ vnanimiter ſunt egreſſi ⁊ poſtea vnanimiter ſunt regreſſi repreſentat eccleſia dn̄icis diebus egrediendo de eccleſia: ⁊ redeūdo ad eā quaſi de hierl'm rediēs in hiel'm. Unde in eo ꝙ de eccleſia egredimur crucem dn̄i pferendo rep̄ſentamus ꝙ illi egreſſi ſunt pceunte crucifixo: i eo aūt ꝙ cum cruce dn̄i redimus: l; illi ſine crucifixo redierint repreſentamus qd̄ ait: vobiſcū ſum vſq; ad cōſummationem ſeculi: q: l; nō redierit crucifixus cum eis pn̄tia corpali: rediit tn̄ cū eis p̄ſentia ſpirituali.

M Proceſſio diſcipulorū.

In pmitiua āt eccleſia hmōi repn̄tatio fiebat q̄nta feria q̄ tunc ſolennis erat p veneratiōe aſcenſiōis ſicut prima feria. ſ. dies dn̄ica p reuerētia reſurrectiōis. S; q: ſuperuenerunt feſta ſanctorū: ⁊ celebrare tot feſta erat quaſi oneroſu;: ideo ſolennitas quinte ferie eſt ſublata: et proceſſio ad dominicam tranſlata.

Proceſſio eccleſie feria. v.

De loco autem aſcenſionis dicit Sulpicius epiſcop⁹ hieroſolymitanus ꝙ cū ibi poſtea edificata eſſet eccleſia locus ille in quo ſteterūt chriſti aſcēdentis veſtigia nunq̄ potuit ſterni pauimento poſtmodum: imo reſiliebant marmora in ora collocantium. Calcati etiā a dn̄o pulueris: hoc dicit eſſe documentū ꝙ veſtigia impreſſa cernunt̄ ibidem: ⁊ eadē adhuc ſpē velut impreſſis veſtigiis terra cuſtodit.

Sulpi. veſtigia vbi chriſt⁹ aſcēderat.

Et vt ait Beda. Cū terra eade; a credentib⁹ quotidie minuatur: tn̄ eadem veſtigiis pſtinum ſtatum cōtinuo recipiunt. Nec ſummum eccleſie cacumē ꝓpter dn̄ici corporis meatu; ↄtegi potuit: ſ; a terra trāſit⁹ xp̄i vſq; ad celum patet. ¶ Adhuc eſt ibi eccleſia in qua ſo-

Beda.

lebant eſſe nigri monachi cũ abbate: ⁊ eſt ibi ſancte egyptiace ſepulchꝛũ: ⁊ loc⁹ vbi apli cõpoſuerũt ſymbolũ. Tunc deſcenderũt apli cũ mr̃e dñi ⁊ alijs mulierib⁹ ac diſcipulis in cenaculũ mõtis ſyon: ibi morabant̃ expectãtes ꝓmiſſionẽ ꝓut a dño erat eis mandatũ: vbi eſt loc⁹ vbi btũs Matthias iter aſcẽſionẽ ⁊ pẽthecoſtẽ fuit loco iude in aplm̃ elect⁹. (Et erãt oẽs vnanimiter in oꝛone pſeuerãtes) ⁊ aſſidue (debitis hoꝛis ſine intermiſſione oꝛãtes ⁊ ꝑ oꝛonẽ ad receptionẽ ſpũſcti ſe ꝑparantes q̃tidie

Jeiunium aploꝝ.

Permanſit aūt btā v̄go q̄diu vixit ī mōte ſyō predicto vbi eſt cella in qua poſt aſcēſio=nez filij ſui morabaꝫ orō=ni vacādo ⁊ ea q̄ cogno=uerat reuoluendo. Eſt ēt ibi alia cella beati ioan=nis euāgeliſte q̄ fuit p̄ia eccl'ia mūdi: ī qua celebrauit p̄mā miſſaz in cōſpectu beate virginis ⁊ q̄diu ipſa vi=xit poſt aſcēſionē filij. Quo q̄dē tp̄e quātis doloris ⁊ amoris ardoribus eſtuauerit te=ſtaꝫ Hieronymus q̄ de ea ſic ait. Ceterū ro=go cogitate attentius: ⁊ perpendite diligē=tius quibus afficiebaꝫ beata ⁊ intemerata virgo doloribꝰ poſt xp̄i aſcenſum ad celos expletis oībus q̄ de ipſo erant ab angelis p̄dicata ⁊ a ꝓphetis multipharie multiſq; modis preſignata: diuinis declarata ora=culis: virtutibus exhibita: ⁊ q̄ hūanitatis ſunt oſtenſa p̄ſagijs. Queſo ſi qua ſunt in vobis viſcera pietatis cōſiderate quo cru=ciabatur amore: quove deſiderio eſtuauit hec virgo dū reuolueret animo cūcta que audierat: q̄ viderat q̄ cognouerat. Puto ꝙ q̄cq̄d cordis eſt: q̄cquid mētis: q̄cq̄d virtu=tis hūane ſi totū adhibeas non ſufficietvt cogitare valeas quāto indeſinēter crucia=baꝫ ardore pij amoris: quātis mouebatur votis repleta ſpūſancto: quātis celeſtiū ſe=cretoꝝ trāſportabaꝫ incitamētis. Fortaſſe ergo pre nimio amore in loco quo ſepultꝰ ē interdū eā habitaſſe credimꝰ quatenus pijs paſcereꝫ internus amor obtuitibus. Sic nāq; locꝰ medius eſt hincinde ꝯſtitu=tus vt audire poſſet eius aſcenſionis veſti=gia ⁊ locum ſepulture ac reſurrectiōis ſeu oīa in quibus paſſus eſt loca inuiſere: non ꝙ iam viuentē quereret cū mortuis ſed vt ſuis ſolareꝫ aſpectibꝰ. Et ideo q̄ ſepe lo=coꝝ recreabaꝫ viſitationibus: ⁊ quē genue=rat fideli ſpū mētis ꝯplexabaꝫ amplexibꝰ ⁊ iterū q̄ ſanc angelus gabriel intactā cu=ſtodiuit ⁊ ioānes virgo virginū ſeruauit ſuiſq; deſeruiuit obſequijs: nō qꝺ eximius ille ſanctoꝝ chorus apoſtolorum eam de=ſeruerit inter quos poſt reſurrectionē in=trās ⁊ exiēs familiarius cōtulit de xp̄i in=carnatione: ⁊ ad exemplū humane vite cō=uerſatio eiꝰ poſt aſcēſionē xp̄i qualiter cuz apoſtolis fuit quouſq; diſp̄ſi ſunt. hec Hie=ro. Eſt aūt in monte ſyon magna ⁊ deuota eccleſia in qua ſolebāt eſſe cū abbate cano=nici regulares ſm regulā beati Aug. dño ſeruiētes infra quā eſt cella in qua habita=uit beata virgo diebus vite ſue poſt aſcen=ſionē filij ſui: ⁊ prope illā cellam eſt ⁊ alia cella in qua migrauit ad celū per angelos

hiero.

Cella
Marie.

aſſumpta. Cuius dormitioni oēs apoſtoli dicunꝫ interfuiſſe ⁊ in vallis ioſaphat me=dio eā ſepeliſſe. Ibi em̄ ſepulchrū eiꝰ mul=tū venerabile oſtēdiꝫ qꝺ in maxima reue=rētia etiā apud ſarracenos habeꝫ. Hec aūt vallis lz adhuc ſit valde ꝓfunda multum tñ eſt impleta. Sepulchrū em̄ virginis glo=rioſe tunc erat in ſuperficie ipſiꝰ vallis nūc eſt lōge ſub terra ſitū ꝙ etiā eccleſia eiuſ=dem cū ſit valde alta ⁊ teſtudinata cū ipſo ſepulchro penitus ſit ſub terra ⁊ vallis de=ſuper tota plana. In ſup̄ficie tñ vallis eſt edificiū modicū q̄ſi vniꝰ capelle qꝺ poſtq̄ quis intrauerit deſcēdiꝫ per gradus quin=quaginta in eccleſiam ad ſepulchrum vbi eſt pulcherrimum altare marmoreū ⁊ cri=pta ac deſup̄ edificata eccleſia pulcherri=ma rotunda ⁊ tabulatu lapideo deſcripta ī honore ipſiꝰ beate v̄ginis dedicata: cuiꝰ in ſuperioribꝰ quatuor habenꝫ altaria ⁊ in=ſerioribꝰ vnū in oriētali plaga: ⁊ ad dexte=rā monumentū vacuuz cerniꝫ in quo ſctā maria aliq̄ñ pauſaſſe dr: ſz a quo vel qñ ſit ablata neſciꝫ. Hāc eccleſiā intrātes vident ad dexteraz inſertā parieti petrā in q̄ dñs nocte qua tradebatur orauit veſtigijs ge=nuū q̄ſi ceri molli ipreſſis. Et ſolebāt in ea eſſe monachi nigri cū abbate ſm regulaz beati Bñdicti dño ſeruiētes. Sz quo ordi=ne btā v̄go hinc ad ſup̄na trāſierit regna nulla catholica narrat hyſtoria. Nec inue=niꝫ apꝺ latios aliq̄s tractatoꝝ de eiꝰ mor=te aliq̄d ap̄te dixiſſe cū nec ipſe q̄ hāc ante crucē dñi accepit in ſuā. i. ioānes euāgeli=ſta de hoc poſteris aliq̄d retinēdū ſcriptis legiꝫ mādaſſe. Nullꝰ em̄ hoc fideliꝰ narra=re potuit ſi illud deus manifeſtare voluiſ=ſet q̄ ille vtiq; qui hāc nutriendā ſuſcepit. Reſtat ergo vt hō mendaciter non fingat apertū quod deus voluit manere occultū: vñ Hiero. Monſtratur aūt ſepulchrū eius cernentibus nobis vſq; ad preſens in val=lis ioſaphat medio que vallis eſt inter mō=tem ſyō ⁊ monꝫ oliueti poſita vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia miro tabula=tu lapideo in quo ſepulta fuiſſe ab oībus illic idē p̄dicaꝫ ſed nūc vacuū cernētibus oſtēdiꝫ. Hec idcirco dixerim q2 multi no=ſtrorū dubitāt vtrū aſſumpta fuerit ſimul cum corp̄e an obierit relicto corpore. Quō aūt vel quo tp̄e aut a quibus perſonis ſan=ctiſſimū corpus eius inde ablatū fuerit vł vbi trāſpoſitū vtrūve ſurrexerit neſciꝫ: q̄=uis nōnulli aſtruere velint eā iam reſuſci=tatā ⁊ beata cū xp̄o imortalitate in celeſti=bus veſtiri. Verūtñ q̄d horū verius cēſeaꝫ ambigimꝰ. Melius tñ deo cui nihil impoſ=ſibile eſt cōmittimꝰ q̄ aliquid temere diſ=finire velimus auctoritate nr̄a qꝺ proba=mus. hec Hiero. De hoc Augu. in quodā

Vallis
ioſa=
phat.

Hiero:

B
dubita=
tur an
cuz cor=
pore aſ=
ſūpta
ſit.

Augu:

ſermone longo inter cetera ſic dicit non tñ
aſſerendo. De ſanctiſſimo corpore ꝑpetue
virginis marie eiuſqꝫ ſacre aie aſſumptio
ne loq̄ ſuſcipiētes hoc ipm̄ dicim⁹ ꝙ i ſcri-
pturis poſtq̄ dñs eā i cruce diſcipulo cō-
mendauit nihil de ea reperit̄ preter qđ in
cas i actib⁹ cōmemorat dicēs. Hi oēs erāt
ꝑſeuerātes vnanimiter in orōne cū maria
mr̄e ieſu. Quid ḡ de morte quid de aſſum-
ptiōe ei⁹ dicēdū eſt? vñ ſcriptura nihil cō-
mendat niſi q̄rēdū rōne qđ ſentiat ꝟitati.
Fiat ḡ ipſa veritas ſine qua nec valet au-
toritas. Memores igit̄ ꝯditionis humane
mortē illā beatiſſime tpalez dicere nō me-
tuimus: ſꝫ ſi eā dicimus reſolutā in cōem
putredinē vermē ac cinerē: deliberādū eſt
ſi tāte ꝯueniat ſctitati aule dei prerogati-
Geñ.iij ue. Scim⁹ eñ dictū ꝑmo parēti: qꝛ puluis
es ⁊ in puluerē ibis. Hanc cōditionē caro
xp̄i euaſit q̄ corruptionē nō ſuſtinuit. Exci
pit̄ ḡ ab illa generali ſententia de virgine
ſumpta natura. Mulieri q̄ꝫ dixit de⁹. Mul
Geñ.iij tiplicabo erumnas tuas in dolore paries.
Erūnā ſancta maria ſuſtinuit cui⁹ aiaꝫ do
loris gladius ptrāſiuit: ſed ſine dolore ge
nuit Maria ḡ excipit̄ a q̄buſdā generali-
bus quā tāta attulit dignitatis preroga-
tiua. Si ḡ eā dicim⁹ mortē ſubijſſe: nec tñ
vinculis retineri nūq̄d impiū erit? Si vo-
luit dñs integrā matrē ꝟginitatis ſeruare
pudore ⁊ cur non velit icorruptā ſeruare a
putredinis fetore? Nunq̄d non ptinet ad
benignitatē dñi matris ſeruare honorem
q̄ legē ſoluere non venerat: ſed adimplere.
Qui eñ inuita pre ceteris illā gr̄a ſui ꝯce
ptus honorauit piū eſt credere eā in mor-
te ſingulari ſaluatione ⁊ ſpirituali gr̄a ho
noraſſe. Putredo et vermis hūane eſt op-
probriū cōditionis. Ab hoc opprobrio cū
ieſus ſit alienus natura ſctē marie virgi-
nis excipit̄ quā ieſus de ea ſumpſiſſe pro-
bat̄. Caro eñ ieſu xp̄i caro eſt ſancte virgi-
nis marie quā ſupra aſtra trāſuexit hono-
rās oēm hūanā naturā ⁊ multo magis ma
ternā. Si natura mr̄is eſt filius cōueniēs
eſt vt ſit ⁊ filij mr̄: nō quā: ū ad vnitatē ꝑſo
ne: ſed quātū ad vnitatē corꝑalis nature.
C Quantū igit̄ intelligo: quantū credo: ſan
Aſſum cte marie aia excellētiori q̄dā prerogatiua
pta cre a filio honorat̄ poſſidēs corpus ſuū qđ ge
dit̄ cuꝫ nuit glorificatū. Et q̄re nō ſuū ꝑ ꝙ genuit
corꝑe. ſi nō obuiauerit necdū tāta ꝑſpecta auto
ritas. Vere credo ⁊ ꝑ qđ genuit: qꝛ ſanctifi
catio dignior eſt celo q̄ terra. Tam ꝑcio-
ſum theſauꝝ digni⁹ eſt celū ſeruare q̄ ter
rā. Tātā itegritatē merito incorruptibili-
tas nō putredis vlla reſolutio ſeq̄t̄. Illud
ſacratiſſimū corpus in eſcā vermib⁹ tradi
tum: qꝛ ſentire nō valeo dicere pertimeſco
quā eſtimationē ꝓcul expellit incōparabi

lis gr̄e mun⁹ qđ me dicere multaꝝ ſcriptu
raꝝ ꝯſideratio inuitat. Cōfitēdū igit̄ cēſeo
mariā ad eternitatis gaudia aſſūptā be-
nignitatis honorabiliuſqꝫ ſuſceptā ceteris
quā gr̄a honorauit ꝑ ceteris atqꝫ ad cōem
hūanitatē nō eſſe adductā poſt mortē pu-
tredis vcꝫ ꝟmis ⁊ pulueris q̄ ſuū ⁊ oim ge
nuit ſaluatorē. Si elegit diuina voluptas
inter igneū flāmas pueroꝝ veſtimēta ſer- Dañ.iij
uare illeſa: cur abnuat in mr̄e ꝓpria qđ ele
git in veſte aliena. Ionā ſuare in vētre ce- Ione.ij
ti incorruptū voluit ſola mia. Mariā icor-
ruptā nō ſeruabit gr̄a? Seruat⁹ ē Daniel
intēperatiſſima fame leonū: nō ſuāda eſt
maria tātis donata meritis ꝟtutū? Hec ḡ Daniel
cūcta q̄ dicim⁹ qꝛ naturā ſuaſſe cognoſci-
mus in itegritate q̄ꝫ marie pl⁹ gratiaꝫ q̄
naturā potuiſſe nō dubitam⁹. Xp̄s ergo le
tari facuit mariā aia ⁊ corꝑe in ꝓprio filio
nec vllā ſeq̄ corruptiōis erūnā quā nulla
ſecuta eſt tm̄ pariēdo filiū itegritatis cor-
ruptio vt ſit ſemꝑ incorrupta quā tāta ꝑ-
fudit gr̄a: ſit itegriter viuēs q̄ olim integrā
genuit vitā. Si ergo dixi vt debui appro-
ba xp̄e ⁊ tui. Si vero non vt debui ignoſce
obſecro tu ⁊ tui. hec Augu. Sic ergo nō eſt
credēdū ꝙ maria mortua nō fuerit ſꝫ mor
tua eſt: atñ caro ei⁹ nō cōputruit. Anima Aſſum
cōiūcta eſt iterato corpi mortuo: ⁊ ita aſſū pta ē ſu
pta eſt in celū cū corꝑe glificato. Vera aūt ꝑ omēs
⁊ idubitata de ei⁹ aſſumptiōe ſnia hec eſſe choros
ꝓbat̄ vt ſm Aplm ſiue in corꝑe: ſiue extra āgeloꝝ
corp⁹ ignorātes aſſumptā tñ ⁊ exaltatam Hiero.
ſuꝑ oēs choros angeloꝝ credam⁹. vñ Hie
ro. Hec eſt dies ꝑclara in qua vſqꝫ ad thro
ni celſitudinē intemerata mr̄ ⁊ virgo pro-
ceſſit atqꝫ i regni ſolio ſublimata poſt xp̄ꝫ
glorioſa reſedit. ¶ Sic itaqꝫ vbiqꝫ cōfidē-
ter de illa ſancta dei canit eccl'ia ꝙ de nul-
lo alio ſanctoꝝ fas eſt credere vt vltra an-
geloꝝ vel archāgeloꝝ merita trāſcēderit.
Qꝛ ⁊ ſi ſilitudo ꝓmittitur ſanctis veritas
denegat̄. Ad cui⁹ ꝑfecto exequias quātuꝫ D
fas eſt credere famulabant̄ angeli: ⁊ vni- exeq̄as
uerſe celi cōgratulabant̄ curie: qꝛ credēdū marie
eſt militiā celoꝝ cū ſuis agminib⁹ feſtine celebra
obuiā veniſſe genitrici dei: eāqꝫ ingēti lu uerunt
mine circūfulſiſſe ⁊ vſqꝫ ad thronum olim angeli.
ſibi etiā ante cōſtitutionē mūdi paratum
cū laudibus ⁊ cāticis ſpiritualib⁹ perdu-
xiſſe nulli dubiū omnem illā celeſtem hie
ruſalem tūc exultaſſe ineffabili letitia: tūc
iocundatam eſſe ineſtimabili charitate:
tuncqꝫ cū omī gratulatione iubilaſſe. Qm̄
feſtiuitas hec que nobis reuoluit̄ aia illis
omībus facta eſt cōtinua. Nec immerito. Salua
Credit̄ eñ qđ ſaluator olm ipſe quātū dat̄ tor ma
intelligi ꝑ ſe totus feſtinus occurrit: ⁊ cū tri oc-
gaudio eam ſecum in throno collocauit ꝙ currit.
ſi gaudiuꝫ in celis de quolibet peccatore

cõuerſo: multomagis putãdum eſt pro iſtã-
te virginis exaltatiõe ꝛ gloria ꝙ exaltatio
ſit in ſupernis. Cuiꝰ nimirũ feſtiuitas oĩꝫ
ſuꝑnoꝝ eſt gloriatio: celicolarũq; cõgratu
latio ꝑſertim q: eiꝰ celebritas laus ꝛ fauor
eſt ſaluatoris. vñ credimus (vt ſupra dictũ
eſt) ꝙ nõ hunc tm̃ diẽ ſolẽnẽ ducãt pro eiꝰ
amore annuũ verũ continuũ etiã ꝛ eternũ
iocunditatis ꝛ leticie venerationis obſe-
Matrẽ ieſu curia celeſtis honorat.
quiũ cũ oĩ tripudio amoris ꝛ gaudij. Nec
immerito oĩs illa celeſtis ciuitas congra-
tulat̃ ꝛ venerat̃ matrẽ cuius ſemꝑ adorat
filium regẽ ante quẽ tremunt ptãtes ꝛ cur
uat̃ oẽ genu. Quã ſi diligẽter aſpicias ni-
hil virtutis eſt: nihil ſpecioſitatis ꝛ glorie
qđ nõ in ea reſplẽdeat. Et iđ ſi placet talis
ꝛ tãta virgo placeat ꝛ opus virtutis cuius
vita oĩm diſcipula eſt: cuiꝰ mores inſtitu-
ta ſunt oĩm eccleſiarũ: q̃ ꝑcellit cunctis ſuꝑ-
eminet vniuerſis: propterea quecũq; virgo
ſibi ab ipſis optat ꝑmiũ: ꝛ iplorat auxiliũ
Bern̄. Maria donadi mittit de celo
dꝫ imitari exẽplũ. hec Hiero. vñ ꝛ Bernar.
Precioſum hodie munꝰ terra nr̃a direxit
in celũ vt dãdo ꝛ acciplẽdo felici amicitia
rũ federe copulentur hũana diuinis. Illo
em̃ aſcendit fructꝰ terre ſublimis vñ data
optima deſcendũt. Aſcendẽs in altũ virgo
ſancta maria dabit ipã q̃ꝫ dona hoĩbꝰ. Si
quidẽ nec facultas ei deeſſe põt: nec volũ-
tas. Regia celoꝝ eſt miſericors eſt mr̃ vni-
geniti dei. Nihil em̃ ſic põt poteſtatis eiꝰ
ſeu pietatis magnitudinẽ cõmẽdare. Niſi
forte aut nõ credit̃ dei filiꝰ honorare mr̃ẽꝫ
aut dubitare quis põt oĩno in affectu cha
ritatis trãſiſſe marie viſcera i quibꝰ ipſa q̃
ex deo charitas nouẽ mẽſibꝰ corꝑalr̃ req̃e-
uit. Et hec q̃dẽ ꝓpt vos dixerim fratres vt
tñ interim ſilcã bñficia q̃ ꝓ ipſiꝰ glĩficatio
ne ꝯſeq̃mur: ſi eã diligimꝰ gaudebimꝰ vti
q; q: vadit ad filiũ niſi forte ꝙ abſit inuen
trici gratie oĩmodis inueniamur ingrati
quẽ em̃ i caſtellũ huiꝰ mũdi intrãtẽ prius
ipſa ſuſceperat ab eo ſuſcipit̃ hodie ſctãm
ingrediẽs ciuitatẽ. Sꝫ cũ quãto putas ho
nore: cũ quãta exultatiõe cũ quãta gloria.
Nec in terris locꝰ dignior virginalis vteri
tẽplo in q̃ dei filiũ maria ſuſcepit nec in ce
lis regali ſolio q̃ beatã mariã hodie filius
dei ſublimauit. Felix nimirũ vtraq; ſuſce-
ptio ineffabilis vtraq;: q: vtraq; inexcogita-
bilis eſt. Ut q̃d ei hodie ea in eccleſijs xp̃i
euãgelica lectio recitat̃ in qua mulier bñ-
dicta i mulieribꝰ excepiſſe itelligit̃ ſalua-
E Prerogatiue marie.
torem. Credo vt hec quã celebramus exce
ptiõe aliquatenꝰ eſtimet̃: imo vt iuxta il-
lius ineſtimabilẽ cognoſcat̃ ꝛ iſta. Quis ẽt
ſi linguis hoĩn ꝛ angeloꝝ loquat̃ explicare
valeat quẽadmodũ ſuꝑueniente ſpũ obũ-
brãte ꝟtute altiſſimi: dñs maieſtatis quẽ
nõ capit vniuerſitas creature i terra ꝟgi-
nea ſeſe clauſit viſcera factꝰ hõ. Sꝫ ꝛ illud
quis excogitare ſufficiat ꝙ glĩoſa regina
mũdi hodie ꝓceſſerit: ꝛ quãto deuotionis
affectu tota in eiꝰ occurſuꝫ celeſtiũ legio-
nũ ꝓceſſerit multitudo: q̃ꝫ explicare q̃at qui
bus ad thronũ glĩe cãticis ſit deducta: q̃
placido vultu: q̃ ſerena facie: q̃ letis am-
plexibꝰ ſuſcepta a filio: ꝛ ſuꝑ oẽm exalta-
ta ſit creaturã: cum eo honore q̃ tãta mr̃ di
gna fuit: cũ ea gloria q̃ tm̃ decuit filiũ. Fe-
licis ꝓfuſa oſcula labijs impreſſa lactẽtis
cui virgineo mr̃ applaudebat in gremio.
Verũ nũq̃d nõ feliciora cẽlebimꝰ q̃ ab ore
ſedẽtis in dextera prĩs hodie in beata ſa-
lutatiõe ſuſcepit cũ aſcẽderit ad thronum
glorie epithalamũ canens ꝛ dicẽs: oſculet̃
me oſculo oris ſui. Xp̃i generationem: Marie
aſſumptionẽ q̃ꝫ enarrabit? Quãtũ ei grẽ
in terris eſt adepta pre ceteris tm̃ ꝛ i celis
obtinet glorie ſingularis. Qđ ſi oculꝰ non
vidit: nec auris audiuit: ꝛ in cor hoĩs non
aſcẽdit q̃ ꝑparauit deꝰ diligẽtibꝰ ſe: ꝛ qđ de
rebꝰ certũ eſt diligenti pre oĩbꝰ q̃s loquit̃.
Felix plane Maria ꝛ multipliciter felix: ſi
ne cũ eũ excipit ſaluatorẽ: ſiue cũ a ſalua-
tore ſuſcipit̃. hec Bern̄. vñ etiã Anſel. Cũꝫ Anſel.
xp̃s matrẽ in regnũ ſuũ aſſumeret: ꝛ ei ma
gnificẽtiã glĩe decreuiſſet oſtendere: cuiꝰ
ꝑcoꝝ dignitatis ꝛ honoris apparatibꝰ itẽ-
Occurſus celeſtium.
debat tota curia angeloꝝ? Quibꝰ vocibꝰ
exultatiõis atq; ſalutis reſonabãt vniuer
ſa tabernacula antiquoꝝ patrũ: ipſi curie
tũc nuꝑ aſſociatoꝝ? Certe crediderim oẽs
illius patrie ciues feſtiuiori ſolito: ꝛ ſubli
miori decoris nitore ad aduẽtũ mr̃is dñi
ſui ꝑparari: ac noua q̃dã ꝛ ineffabili iocũdi
tatis grã ꝓ tãte rei expectatiõe cõiubilare.
Occurſus xp̃i.
Et q̃d merũ. Ipſe ieſus deꝰ ꝛ dñs olim filiꝰ
ipiꝰ caſtiſſime ꝟgis ꝛ dñe rerũ: ipſe ei ſicut
vnice ſue matri totꝰ feſtinus occurrere vo-
lebat: ne ꝛ aliq̃s ex familiaribꝰ ſuis ſe a tã
ti gaudij immenſitate ſubtraheret. Utiq;
moris inter hoĩes eſſe ſcit̃ vnũquẽq; bonũ
ſeruũ cuiuſq; ꝑpotẽtis dñi eo maiori gau
dio in aduẽtu amici ſui exultare quo ipm
dñꝫ ſuũ cognoſcit aduẽtãtẽ amicũ magis
amare. Cũ vero de aduẽtu parẽtũ dñi ſui
agit̃ de quoꝝ ſpãli dilectione nullus vlla
dubitatiõe tenet̃ ille nimirũ magis felicẽ
ſe eſtimat: q̃ maiori iubilo ꝛ feſtiuiori oc-
curſu leticie frena relaxat. Si ergo hec ita
ſe habẽt apud hoĩes q̃bꝰ ſi qua bonitas ẽ
lõge tñ ſupernoꝝ ciuiũ bonitati impar eſt
ꝯtẽplet̃ aĩo quo põt: quo gaudio: qua feſti
uitate: quibꝰ cõcentibꝰ iubilãt oẽs beato-
rũ ſpirituũ ordĩes qñ ꝛ vnicã mr̃ẽꝫ dñi ſui
aduentare: ꝛ ipꝫ dñꝫ deũ ſuũ ei videbãt of
glĩa ſua decoratũ velle occurrere. Stipa-
tus itaq; mille milibꝰ imo innũerabiliũ an comiti-
geloꝝ agminibꝰ deꝰ ipſe huic piiſſime mr̃i ua xp̃i.

ſue de hoc mūdo migranti occurrit eamqꝫ ſup oēs celos exaltatā: cūcte ſecū creature pereūt iure dn̄aturā i thꝛono glīe ꝯuocauit. O dies tāti occurſ° glīoſa: ꝛ felix dies tā ꝑclare exaltatiōis. Btā et celebris dies tā ꝑclare ꝛ ſublimis gloꝛificatiōis feſtiua ꝛ oī ſeculo admirabilis. Dies em̄ illa non ſolū te dn̄a ineffabiliter ſublimauit ſed celū ipm̄ qđ penetraſti necnō cuncta q̄ in eo ſunt noua ꝛ ineſtimabili gratia decoꝛauit. Noua quidē grā celū decoꝛauit: q꞉ pꝛioꝛē gloꝛiā ei° ex ꝓſentia tua vltra q̄ꝫ dici poſſit aut cogitari magnificauit. Nam tu dn̄a illuc aſcēdens: noua illud ac ꝑcellēti ꝟtutū tuarū dignitate irradias: imēſaqꝫ miſerationū ꝛ grarū luce ꝑluſtras. Eadēqꝫ quoqꝫ dies tui aſcēſus eos q̄ ciues celi ab initio creature eē meruerūt ſolito feſtiuioꝛi exultationis gaudio induit. Q꞉ nāqꝫ ꝑ gloꝛioſum fructū fecūde ꝟginitatis tue vidēt ſe irruptā ciuitatē ſuā reītegrari vere i tuo aduētu ꝑ quē tm̄ bonū meruerunt gaudij ſui magnitudo iure debuit augmentari. Terrā ēt dies exaltationis tue o beatiſſima feminaꝝ mira grā irrigauit q꞉ dū te quā de ſe: ꝛ in ſe alioꝝ hoīm lege ꝓgenitā nouit vſqꝫ ad creatoꝛis oīm thꝛonū exaltari recognoſcit antiq̄ maledictiōis penam quā i pctō ꝑmoꝝ filioꝝ ſuoꝝ ſe merito excepiſſe ſciebat iā ꝑ tāte bn̄dictiōis tue abūdantiā ſe euadere indubitāter credebat. Quid āpli° dicere poſſū dn̄a? Inmēſitatē q̄ppe grē ꝛ gloꝛie tue cōſiderare cupienti ſenſus deficit ligua fatiſcit. ¶ Quēadmodū em̄ oīa q̄ in celo ſunt ꝑ gloꝛificationem tuā ineffabilr̄ decoꝛant̄: ita ꝑ eādē gloꝛificationē cūcta q̄ i terra ſubſiſtūt ineffabilr̄ ſublimant̄. Singula nēpe imēſe dignitatꝫ dec° ꝓſecerūt cū ꝑ tuā beatā ꝛ itegerrimā ꝟginitatē deū ſuū quē nō cognouerant agnoſcere: et agnitū colere: atqꝫ amare meruerūt: qn̄ oēs celos aſcēdere: ac i dextera dei ſui benedicti filij tui exaltare cognouerūt. In eo ēt didicerūt ſe eidē deo ſuū totū debere qđ ſunt qn̄ tu q̄ inter illa et de illis vna fuiſti: tantā dignitatis eminētiā meruiſti. Nihil igit̄ aut idolis hoīes: aut vel ſe alie rerū ſpēs idoloꝝ cultoꝛibus ſe dēre intellexerūt: vbi ꝛ ſinglarē actoꝛē ſui ex caſtiſſimo vtero tuo ad reſtitutionem prime creationis ſue ꝓgenitū ſuſceperūt: et te ꝑ quā amiſſaꝫ dignitatē ſuā recuperauerūt oī creature eā ſublimiter pꝛeponi inſpexerūt. Quas igit̄ laudes: qualſve grāꝝ actiones: nō ſolū humana: ſꝫ etiā oīs creatura huic ſacratiſſime ꝟgini dꝫ. Puriſſima nāqꝫ ſctitas: ac ſctiſſima puritas piiſſimi pectoꝛis ei° oēm oīs creature puritatem ſeu ſanctitatē incōparabili ſublimitate trāſcēdens hoc ꝓmeruit vt opatrix ꝑditi oꝛbis dignitiſſime fieret. Vn̄ q̄d laudis pꝛo tā ineffabili bono ipſe ꝑ eā reparat° mund° ei iure debeat coꝛ alicui° ſub carne moꝛtali viuētis eſtimare nullaten° ſufficit vtiqꝫ cūcta q̄ deus fecit ꝛ vtiliter bona in eo ſtatu quo fuerūt eſſe deſiterūt: ꝛ ꝑ hāc beatiſſimā vt ꝟginē in ſtatū pꝛiſtinū reſtituta ſūt oīa. Sicut g̊ de ſua potētia cūcta patrādo pater eſt ꝛ dn̄s oīm ita btā maria ſuis meritis cūcta reparādo mater eſt ꝛ dn̄a rerū. Deus eſt em̄ dn̄s oīm ſingula i ſua natura ꝓpꝛia iuſſiōe cōſtituēdo: ꝛ maria ē dn̄a rerū ſingula cōgenite dignitati ꝑ illā quā meruit gratiā reſtituēdo. Et quēadmodū deus ex ſua ſubſtantia genuit eum ꝑ quē cūctis oꝛiginē dedit: ita maria de ſua carne peperit illū q̄ in decoꝛē ꝑme creatiōis oīm cūcta reſtituit. Itē nulla reꝝ ſpecies niſi ꝑ dei filium fctā ſubſiſtit: ita lex debite dānationis neminē deſerit niſi quē ab ea filius marie abſoluit. Quis igit̄ iſta recto ſenſu ꝛ coꝛde ſincero perpēdēs plene ꝑcipꝛ queat excellētiā dn̄e hui°: ꝑ quā tā ineffabili grā ꝛ tā ineſtimabili electione erect° eſt mūd°. Quis inqꝫ mirā ꝛ oī rei ꝑter hāc inauditā mulieris iſtius grāꝫ oculis mētis aſpiciēs nō obſtupeſcat ꝛ nō mō elinguis verūetiā tante rei cōpꝛehenſiōe pꝛoꝛſus imunis fiat. Quapꝛopter ea q̄ nobis ſunt ipenetrabilia itermittētes ꝑcib° impetrare nitamur: vt qđ itellectu capere nequim° ſalutari effectu obtinere mereamur. Per has ergo rōnes impoſſibile eſt vt aliq̄s hō ad eā cōuerſus ꝛ ab ea reſpect° dānet̄. Nāqꝫ ipſa genuit eū ꝑ quē mortua reuiuūt: ꝑ quē hoīes ex pctō ſaluant̄: q꞉ nō eſt iuſtificatio niſi quā ipſa in vtero fouit: nō eſt ſal° niſi quā ipā peperit. Ipſa eſt ergo mater iuſtificātis ꝛ iuſtificatoꝛis. Ipſa eſt mater ſaluātis ꝛ ſaluatoꝛis. Igit̄ mater dei q̄ ſolus dānat: qui ſolus ſaluat: quē ſolū timemus in quo ſolo ſperam° eſt mater nrā. Iudex ꝛ ſaluatoꝛ noſter eſt frater noſter. Qūo ergo deſperemus cū ſalus ſiue dānatio nrā ex boni fratris ꝛ pie matris pēdeat arbitrio. Nunquid ſuſtinebit bonus frater puniri fratres ſuos q̄s redemit bona mater dānari filios ſuos quoꝛū ipſa redēptoꝛē genuit: dulcis mater rogabit dulcē filiū ſuū piū fratrē noſtrū filium pꝛo filijs: vnigenitū ꝓ adoptatis. Pius filius libēter audiet matrē pꝛo filijs vnigenitus ꝓ his quos adoptauit: dn̄s pꝛo his quos liberauit. hec Anſel. Exultemus igitur ꝛ nos miſeri cum celicolis ꝛ creaturis vniuerſis ꝓut poſſum° ac talē ꝛ tantā ꝟginē pꝛo nrō modulo laudare ſtudeam°. vn̄ Hiero. ad hec nos ꝓuocans ꝛ inuitās inter cetera ſic ait. Idcirco letamini et laudate: q꞉ ſi deū oꝛe pꝛophetico in ſuis ſan-

(Margin notes: F Laus Marie exupat ſenſum ꝫ liguā. — laudes Marie. — G Dānari neq̄ ꝑ quē maria intercedit. — Hiero.)

etiã laudare iubemur multomagis eũ in hac celebritate btẽ ꝟginis matris ei⁹ op꜒ cũ hymnis ⁊ cãticis diligẽtius extollere: ⁊ dignis deo iubilare ꝓconijs: ac mysticis honorare muneribꝰ. Nulli dubiũ ꝙ totũ ad gloriã laudis eius ꝑtineat qcq̃d digne genitricis ſue impẽſum fuerit ac ſolenniter: ꝑfecto qcq̃d hũanis põt dici ꝟbis minus a laude celis: qua diuinis eſt⁊ angelicis excellẽtijs ꝑdicata ⁊ laudata ꝓconijs. A ꝓphetis q̃dẽ prenũtiata: a patriarchis figuris ⁊ enigmatibꝰ ꝑſignata: ab euãgeliſtis exhibita ⁊ mõſtrata: ab angelo venerabilr atq; officioſiſſime ſalutata. Tñ etſi ad hec nemo ydoneus inuenit votis oibꝰ ceſſare nõ dꝫ: etiã q̃libet pctõr a laudibus eiꝰ ꝗuis explere nõ queat qđ ſentit. vñ et ſermo diuinus cũ de pctõre ageret in ps. Sacrificiũ inq̃t laudis honorificabit me: et illic iter quo oſtẽdam illi ſalutare dei. Ac ſi palãter dicat. Illic iter ẽ laudis ad laudeꝫ ſine fine mãſurã: ſꝫ nemo apprehẽdit illđ niſi ego ꝓmonſtrauero. Propterea qꝛ iter ſalutis nr̃e in laudibus eſt ſaluatoris hortor vos ⁊ cõmoneo in hac ſacra ſolẽnitate genitricis dei marie nolite ceſſare a laudibus. Et ꝗuis ſpecioſa laus non ſit in ore pctõris noli ceſſare: qꝛ inde promittit tibi veniã vñ ⁊ oibꝰ vt laudes. Alioqn niſi iuxta modulũ īgenij nr̃i deũ laudare in ſctis ſuis ſtudeamꝰ quo mõ eũ iuxta multitudinẽ magnitudinis eiꝰ laudare poterimus? Oĩno hoc ꝑtermittẽdũ nõ eſt qđ impleturi ſumꝰ qñq; ſᵐ qđ dꝛ. Beati ꝗ inhabitãt in domo tua dñe: in ſcl'a ſeculoꝝ laudabunt te. Interim ꝟo qꝛ immẽſus eſt qđ voce nõ poſſumꝰ: nec facũdia valemꝰ exeq̃mur votiꝰ medullis cordis. hec Hiero. ¶ Aſſumptio btẽ ꝟginis fuit olim ꝑfigurata qñ archa dñi ī domũ regis dauid ẽ trãſlata. Rex dđ corã archa cythariʒauit: ⁊ eã cũ magno iubilo ī domũ ſuã adduxit. In archa mãna celi ꝯtinebat: ⁊ ꝯuenienter ꝑ eã btã ꝟgo deſignabat: qꝛ panẽ angeloꝝ quẽ hõ manducauit ipſa ꝑtauit. Archa ꝟo ligno ſethiꝫ īputribili erat facta figurãs ꝙ maria ī putredinẽ nõ eſt redacta. Rex dauid qui corã archa ſubſiliendo cythariſauit regẽ celi ⁊ terre xp̃m ꝑfigurauit ꝗ vt creditur matri ſue perſonaliter occurrit ⁊ eã cũ magno iubilo in domuꝫ ſuã introduxit. Aſſumptio etiã marie oliꝫ fuit ioãni in pathmos inſula ꝑfigurata. Nã mulierẽ quãdã admirabileꝫ in celo videbat: ꝗ ſole amicta erat ⁊ maria circũdata diuinitate in celũ aſcendebat. Luna ſub pedibꝰ eius eſſe videbat per qđ ꝑpetua ſtabilitas marie deſignat. Luna eñ īſtabilis eſt ⁊ nõ diu manet plena: ⁊ ꝟſignat mũdũ ⁊ oĩa terrena. Hec iſtabilia maria ꝯtẽnẽs ſub pedibꝰ cõculcauit ⁊ ad celũ vbi oĩa ſtabilia ſunt anhelauit. Coronã etiã in capite ſuo mulier habebat que in ſe ſtellas duodecim cõtinebat. Corona cõſueuit eſſe honoris ſignũ ⁊ ſignat honorẽ glorioſe ꝟgini cõdignũ. Per duodeciꝫ ſtellas ap̃li intelligunt ꝗ in diſceſſu marie oẽs affuiſſe dicunt. Mulieri ſunt date ale advolandũ ꝑ quas intelligit aſſumptio tã corporis ꝙ̃ ale. Feſtiuitas aũt huius ſancte aſſumptionis figurata fuit oliꝫ in matre ſalomonis. Salomon eñ rex in throno glorie reſidebat: ⁊ matri ſue thronũ ad dexterã poni faciebat. In quẽ ipſaꝫ a dextris ſuis locauit: ⁊ q̃ecunq; petierat ſibi nõ negauit. Sic ⁊ xp̃s matrẽ ſuã a dextris ſuis locauit: ⁊ oĩa quecunq; voluerit ab eo īpetrabit. O felix maria ⁊ omni laude dignissima. O virgo maria dei genitrix glorioſa O ſublimis puerpera que deum autoreꝫ celi ⁊ terre quẽ oĩa creatura non capit: tuo immaculato vtero clauſum geſtaſti. Quid nos tãtilli q̃d actiõe puſilli q̃d in tuis laudibꝰ referemꝰ: cũ etiã ſi oĩm noſtrũ mẽbra verterent in linguas te laudare nullus ſufficeret? Quid dicã pauꝑ ingenio cũ de te qcq̃d dixero minor laus eſt ꝙ̃ dignitas tua mereat? Quid ergo de te dicã? q̃d referã cũ nõ ſufficiat lingua carnis tuas enarrare ꝟtutes? O maria tui recordatio nois melle dulcior nectare ſuauior feſſos recreat: meſtos letificat: oppreſſos releuat: errãtes ad viã ſalutis reuocat: ⁊ peccatores ne deſperent ſue ſuauitatis odore confortat. Sicut eñ tpe verna li cũ ad alta celi ſol incipit aſcẽdere: ⁊ terris fecunda radioꝝ ſuorũ luminoſitatẽ infundere: vegetabilia cuncta hyemali glacie cõſtricta incipiũt reuiuiſcere: animantia quoq; ⁊ volatilia in antris ⁊ ſpecubus ac diuerſis q̃buſq; latibulis abſcõdita ad tante lucis nouitatẽ reſpirare incipiũt: ac vires reſumere: ⁊ cordis letitiã cãtibus ⁊ plauſibꝰ letabũdis oſtẽdere: holera quoq; ſenes cũ iunioribꝰ eiꝰ in aduẽtu exhilarãtur: ⁊ tota ſuperficies terre decore induit: et applaudit ac cõgratulat. Sic nobis accidit cũ ſole amicta virgo fecũda: regina celi: preelecta vt ſol: fines cordis noſtri igreditur: ⁊ memoria eius mẽribꝰ noſtris rutilantibꝰ abſq; nube infundit: cõtinuo nãq; duricies oĩs ad tãte lucis imẽſitatẽ reſoluitur: arida cũcta rore celeſtis gratie irrigant fugant tenebre: lumẽ nouũ exorit: et gaudioꝝ nobis materia immẽſa cumulatur. O nomẽ admirabile. O nomẽ delectabile. O nomen grauidũ ſacramẽtis ⁊ diuinis plenũ myſterijs. O nomẽ glorioſum. O nomẽ celeberrimũ. O nomẽ ſublime ante tẽpora vniuerſa in dei predeſtinatione cõpoſitum ⁊ in tpe digne perſone ſᵐ rem

Marginalia: Laus matris ad filiũ refert. — Ps. xlix — Psal. lxxxiij. — figura ij. re. vj. — Apoca. xij. — ij. re. ij. — Felicitas marie. — Nomẽ marie.

ꝯuenienter impoſitū. O nomē qḋ nolat ſepiꝰ ⁊ frequētat dulciꝰ in cōſilio ⁊ cōgregatiōe iuſtoꝝ ⁊ qḋ verſat clemētiꝰ in ore pctōꝝ. Quis em̄ vnq̄ꝫ criminū veniam petijt: niſi mediāte maria? Oēs mariā inuocāt. Oēs mariā noiant. Mariā pre oibꝰ amāt. Ois etas ſexus ⁊ pfeſſio Mariā ſtudioſe reclamat. Cū em̄ ſummū regū peccādo ꝑdimꝰ: cū angelos ⁊ ſctōs oēs offēdimus: cū etiā nobiſipſis graues ſumꝰ ⁊ oīno neſcimꝰ qd̄ agere debeamꝰ hoc ſolū reſtat miſeris: vt oculos cordis ⁊ corpis ad te leuemus ꝯſiliū q̄rētes ⁊ petētes auxiliū. vn̄ Anſel. Nihil certe vtilius poſt deū memoria matris dei. Nihil ſalubrius meditatione pij amoris quo feruebat in memoria ⁊ cōtēplatiōe filij ſui nihil iocūdius ſapore ꝯtracti gaudij eiꝰ quo multiplr̄ paſcebat in eodē ⁊ ꝑ eūdē filiū ſuū. Sepe q̄dē vidimꝰ ⁊ audiuimus plurimos hoīz in ſuis piculis recordari nois ipſiꝰ beate marie virginis: ⁊ ilico ois piculi malū euaſiſſe. Velocior ē em̄ nōnunq̄ꝫ ſalus memorato noie eiꝰ q̄ꝫ inuocato noie dn̄i ieſu vnici filij eiꝰ. Et id q̄dē non iō fit q̄ ipſa maior eo ſit aut potētior: nec em̄ ipſe magnꝰ aut potēs eſt ꝑ illā: ſed illa ꝑ ipm̄. Quare ergo ſalꝰ prōptior in recordatiōe eiꝰ q̄ꝫ filij ſui ſepe ꝑcipiat dicam qḋ ſentio. Filiꝰ q̄dē eiꝰ dn̄s eſt ⁊ iudex oīm diſcernēs merita ſinguloꝝ. Dū igit̄ ipſe a quouis ſuo noie inuocatꝰ nō ſtatim exaudit ꝑfecto iuſto iudicio id facit. Inuocato aūt noie matris ſue ⁊ ſi merita inuocātis nō merent̄: merita matris intercedunt vt exaudiat̄. Hec deniq̄ꝫ hūanꝰ vſus q̄tidie ꝓbat cū q̄s ꝓpoſito amici noie ab alio impetrat efficaciter qḋ ſimplr̄ ſua ꝓce nequaq̄ꝫ impetrare valebat. Itaq̄ꝫ ſi tā vtilis eſt in ſubueniēdo memoria nois matris dei: nō mirū ſi magis affert fructū frequēs meditatio ſancti amoris eiꝰ ſi plenā iocūditatē dabit dulci ſtudio cogitata ⁊ recogitata immenſitas gaudij eiꝰ. hec Anſel. Tibi ergo ſpes nr̄a gaudium ⁊ letitia cordis nr̄i ego pctōr in vocē ſalutatiōis ⁊ laudis cupiēs ꝓrūpere: teq̄ꝫ ex intimo cordis cuꝫ gemitu ⁊ lachrymis ⁊ deuota cordis genuflexione affectuoſiſſime matrē gratie ſalutare et laudare cū mēte ꝯtracto viros illuſtres q̄ te ab initio laudauerūt pre ſtupore deficio ⁊ vltra ſpm̄ nō habeo. Sꝫ cū ad meipm̄ redeo hec intra me reuoluo dicēs. Salue o pia mater dei ⁊ ꝟgo quā laudat orbis terre ⁊ plenitudo eiꝰ celi celoꝝ ⁊ omnis virtꝰ coꝝ q̄cq̄d de ꝓconio tuo lingua dicere potuit: calamꝰ ſcribere valuit: cor potuit cogitare: omnibꝰ illis ſimul collectis ⁊ cōſcriptis ⁊ i vnū manipulū cōgeſtis cētuplicata ⁊ infinities multiplicata corde deuoto: aureo cū decore: melliſſuo ſapore: et odore aromatico: tibi porrigo ad laudādū ⁊ glorificādū te ꝟgo btā nūc ⁊ ineternuꝫ. vn̄ Aug. Accipe ita q̄ſcūq̄ꝫ meritis tuis impares grarum actiōes ⁊ laudes: ⁊ cū ſuſceperis vota culpas nr̄as orando excuſa. Admitte nr̄as ꝓces itra ſacrariū pie exauditiōis ⁊ reporta nobis antidotū recōciliatiōis. Sit ꝑ te excuſabile qḋ ꝑ te ingerimꝰ fiat īpetrabile qḋ fida mēte poſcimꝰ: accipe qḋ offerimꝰ: īpetra qḋ rogamꝰ: excuſa qḋ timemꝰ: q̄r nec potiorē meritis inuenimus ad placādū irā iudicis q̄ꝫ te: q̄ meruiſti mater exiſtere eiuſdē redēptoris ⁊ iudicis. Succurre ergo miſeris: iuua puſillanimes refoue flebiles: ora ꝓ ꝓplo: interueni ꝓ clero: itercede ꝓ monachoꝝ choro: exora ꝓ deuoto feminco ſexu. Sentiāt oēs tuū iuuamē q̄cūq̄ꝫ deuote celebrāt tuā aſſumptionē. Sit tibi cōpaſſio ſuꝑ afflictis: ſit piꝰ affectꝰ ſuꝑ celoꝝ ꝑegrinis. Et cū te ſꝑ letā eſſe īſpicias: fletꝰ q̄ꝫ nr̄os ad deū ipa admittas: eumq̄ꝫ vt ꝓpriū filiū ꝓ nobis īterpelles ꝓcamur. Nos em̄ adhuc i hac terra affligimur: iniurijs laceſſimur: opprobrijs afficimur: eſurimꝰ: ſitimꝰ: ſomnū patimur in carcere retinemur. Tu ꝟo i celeſtibꝰ regnis ꝓlata cunctis eaꝟginū choris. Tu agnū quocūq̄ꝫ prexeris ſeq̄ris: tu ꝟgineos choros ⁊ ab icētiue carnis illecebris alienos ꝑ albētia lilia roſaſq̄ꝫ vernātes ad fontē perēnis vite potādos inuitas. Tu i illa beatoꝝ feliciſſima regna primi ordinis dignitate idepta: plantis roſcidis oberrās: inter ꝑadiſi amenitatē gramineoſq̄ꝫ ⁊ crocos tenero poplite pergis: feliciq̄ꝫ palma violas īmarceſſibiles carpis. Tu cōcinis ſine fine choris ꝯiſicta angelicis archāgeliciſq̄ꝫ ſociata indefeſſa voce ſctā clamare nō ceſſas. Tu in cubiculo regis btītudine gēmis ac margaritis ornata exiſtis. Tibi thronꝰ ab angelis eſt collocatꝰ i aula regis eterni: teq̄ꝫ ipſe rex regū: vt matrē veraꝫ et decorā ſpōſam pre oībus diligens amoris amplexu aſſociata. Nec mirū ſi dignet̄ tibi adgaudere deꝰ regnās in celis quē tu ꝑuulū ex te hoīeꝫ natū totiēs oſculata es in terris. Has ḡ tuas felicitates poſſidēs ꝯuertere ad nr̄am miſeriarū ſalutē. Inter hec frēs chariſſimi toto mētis affectu btīſſime ꝟginis itercelliōibꝰ nos cōmittamꝰ. Oēs patrocinia oī niſu īplorēmꝰ: vt dum nos ſupplici eā obſeq̄o frequētamꝰ in terris ipſa nos ſedula ꝓce cōmēdare dignet̄ i celis. Neq̄ꝫ em̄ dubiū ē eā q̄ meruit ꝓ liberādis ꝓferre ꝓciū poſſe etiā plus ſctis oībus libertatis īpēdere ſuffragiū. Sed q̄d nobis prodeſt hāc interpellare vocibꝰ: niſi etiā hūilitatis eiꝰ exēpla teneamꝰ? Curemus ḡ dilectiſſimi frēs vt cū huiꝰ diei feſti i natij itereſſe cupimꝰ veſtimētis hūilita-

Anſel.

I Marie inuocatio interdum citius auxiliatur q̄ꝫ ieſu.

Auctor ad mariam.

K De laude marie diuina eloquia.

tis atq; charitatis induti appareamꝰ. Nō nos inuidia aliene felicitatis torqueat. Nō ira vsq; ad diuisionē dilaniet. Non cupiditas a nobis xp̄m excludat. Nō seculi nos tristitia exurat. Nō p̄speritas eiꝰ incante decipiat. Nō luxuria inquinet. Nō immūdicia polluat. Nō elatio corrūpat. Nō superbia inflet: vt cū nos ꝟtutibꝰ ornatos charitate cōiunctos: hūilitate fundatos: btā dei genitrix Maria sue nos interesse festiuitati pspexerit ardētiꝰ subuenire festinet apd filiū ⁊ dn̄m suū iesū xp̄m deū saluatorē nr̄m qui coronis perēnis regni clarificat sctōs suos: ⁊ est eterna laus ⁊ expectatio oībus electis suis. hec Aug. vn̄ Ansel.

Anselmi ad mariaʒ p̄clara deprecatio.

Rogamus ergo te dn̄a p̄ ip̄aʒ grāʒ q̄ te piꝰ et oꝑe deꝰ sic exaltauit ⁊ oīa tecū possibilia donauit: q̄tenꝰ id apud ip̄m nobis obtineas: vt plenitudo grē quā meruisti in nobis sic operetur qd̄ participiū beati p̄miȷ eiꝰ nobis misericorditer q̄nq; donetur. Ad hoc q̄ppe deꝰ noster p̄ te factꝰ est frater nr̄: vt queadmodū ipse dignatꝰ est ꝯsors fieri nr̄e hūanitatis: sic nos mereamur cōsortes fieri sue diuinitatis. Intēde ergo pyssima dn̄a: vt nobis ad effectū p̄ueniat p̄pter qd̄ deꝰ nr̄ ex tuo castissimo vtero factꝰ hō īter hoīes venit. Nec sis q̄sumꝰ exoratu difficilis: qꝛ p̄cul dubio idē benignissimꝰ filiꝰ tuꝰ erit ad concedēdū q̄cq̄d voles p̄mptus ⁊ exaudibilis. Tantūmodo itaq; velis salutē nr̄aʒ et vere nequaq̄ salui esse non poterimus. Quid q̄ stringes larga viscera mie tue cōtra nos dn̄a: vt nolis saluari nos. Certe deꝰ nr̄ teste p̄pheta mīa nr̄a est: tu eiusdē dei nr̄i absq; dubio vera mr̄ es. Si tu ergo q̄ deles ⁊ reuera mie mater denegas nobis effectū mie: cuius tā mirabiliter facta es mater. q̄d faciemꝰ cū idē filiꝰ tuꝰ aduenerit cūctos equo iudicio iudicaturꝰ? Si quidē lʒ ipse filiꝰ tuus sit p̄ te factus frater nr̄: vtiq; tn̄ vbi volūtatē tuā suevez dulcissime matris magis porrectam aduerterit: illuc seruata equitatis rōne a q̄ te nullatenus discrepare velle videbit iudiciȷ sniam: siue ad mīam inflectēdo siue ad iustitiā intēdendo p̄mulgauit. Subueni ergo nobis dn̄a ⁊ nō cōsiderata pctōꝝ nostroꝝ multitudine velle tuā ad miserādūʒ nobis inflecte. Cogita quesumꝰ ⁊ recogita apud te: qꝛ nō ad dānandū sed saluādū pctōres cōditor nr̄ factus est hō ex te. Cur itaq; nō iuuabis nos pctōres q̄ in tantaʒ celsitudinē es p̄pter nos eleuata: vt te dominā habeat ⁊ venerer tota pariter creatura? An ideo vtrū pereamꝰ ampliꝰ nō curabis: qꝛ quicq̄d de nobis miseris vltra eueniat glie tue nulla iactura inde proueniat. Et hec q̄dē fortassis aliq̄ mō bōa dn̄a posses: si p̄ tui solius exultatiōe vtilitate mater dei facta fuisses. Sed vtiq; deꝰ qui hoīem assūpsit ex tua castissima carne hoc fecit p̄ tua ⁊ nr̄a cōi salute. Si ergo tu que plena salute es potita nō intēdis: vt eadeʒ salus p̄ modulo nr̄o etiā ad nos vsq; pertingat iā tuoꝝ sufficiēs cōmodoꝝ nr̄oꝝ negligēs eē videberis que pro totiꝰ mūdi saluatiōe meruisti fieri mater altissimi: cū nos postposueris quos obuoluit funꝰ seculi. Quid ergo queso proderit nobis tua felix ⁊ gloriosa exaltatio ⁊ que inde habemus dulcis ⁊ affectuosa exultatio. Ut ergo filiū tuū totius mūdi saluatorē ⁊ te eius reconciliatricem veraciter esse sentiamus: eo nos propēsiori studio tuā precamur ⁊ fo neq̄s in secibꝰ mūdi natos ⁊ alios potiori leuamine perspicis indigere. Ab initio deniq; renouatiōis humane oībus sub tuuʒ p̄sidiū cōfugiētibus hucusq; succurristi: ⁊ iccirco pre oīm creatura: oī laude dignissima dici ⁊ esse meruisti. Eya succurre nobis ⁊ oramꝰ vt laus quā per tot secula possedisti cōtinua tibi duret in grā in qua mūdo subuenisti. Tibi ergo nos cōmēdamꝰ: tu procura ne pereamꝰ. Effice potiꝰ vt salus nostra de die in diem multiplicetur: ⁊ filio tuo dn̄o iesu xp̄o vita nostra iugi deuotione famuletur. hec Anselmus. ¶ Oratio.

DEus dator gaudiȷ: largitor solatiȷ: luctus releuator: meroris effugator qui beatā virginē Mariā matrem tuā maiestatis speculū: angeloꝝ solatium tue bonitatis imaginē: nostre salutis originem multiplici gaudio in terris ⁊ in celis letificasti: cōcede mihi supplici tuo vt qui ad eā quasi ad fontē gaudiȷ in doloribꝰ meis fiducialiter recurrere presumo: valeā ipsiꝰ meritis ⁊ intercessione p̄ntis ⁊ p̄petui gaudiȷ effectū sentire: ⁊ ad illud ineffabile gaudiū quo assumpta tecū gaudet in celis feliciter peruenire. Amen.

¶ De finali iudicio. Ca. lxxxviij.



Post p̄dicta que iam cōpleta sunt restat vt de finali iudicio ⁊ q̄busdā aliȷs nōdū impletis aliq̄d videamꝰ. Finale itaq; iudiciū q̄dā sunt antecedentia. s. pena purgatoriȷ: ecclesie suffragia ⁊ antixp̄i p̄secutio: quedam cōcomitantia. s. cōflagratio mundi ⁊ corporuʒ resurrectio. ⁊ quedā sequentia. s. pena infernalis ⁊ gloria celestis. De purgatorio sciēdū q̄ in eo duplex pena ē: vna dāni de carentia diuine visionis: alia sensus de afflictione caloris: aut frigoris vel

A iudiciū finale. iudiciū anteccdētia ꝯcomitātia ⁊ sequētia. Purgatoriȷ duplex pena.

Bern. Purgatorij pena.

pene alterius gñio: ⁊ quãtũ ad vtrũqȝ minor pena purgatorij maior eſt q̃ maxima pena hui⁹ mũdi. Bern. Sola dies purgatorij ſupat paſſiões ſctõꝝ. Nõ aũt acerbitatis pene purgatorij eſt iſta: q: cũ de⁹ plus ꝑat emendã q̃ penã plus põderat l penitẽtia virtutẽ bone volũtatis q̃ penã afflictiõis. vñ pl⁹ põderat de⁹ modicã penã volũtariã in p̃ñti: q̃ multã nõ ita volũtariã l futuro: ſicut pl⁹ valet modicũ auri q̃ multũ plũbi. vñ ſꝫ Aug. Una gutta aq̃ lachrymarũ tm̃ facit h̃ ꝑ emẽda quãtũ decẽ anni in purgatorio. Et opꝫ vt qđ ibi deficit i volũtate ſuppleat in acerbitate. Neceſſe eſt aũt vt ait Aug. ꝙ tm̃ vrat dolor q̃tũ inheſerat amor. Tãto eñ q̃ſqȝ torquet diutius: q̃to affect⁹ ei⁹ venialib⁹ inherebat forti⁹.

Augu. Pnie ꝓ ſentiõ ⁊ volũtarie valor.

Uñ tandiu differt q̃s a gloria quouſqȝ fiet ſine oĩ macula ſicut erat i baptiſmo. Noli ergo ꝯtẽnere venialia ꝑ q̃b⁹ tãta pena eſt expectanda. Cur aũt aĩa icorporea corpalibus penis teneat declarat Aug. dicens. Anime q̃ in corporibus viuẽtes ꝑ dilectionẽ rerũ viſibiliũ corporalib⁹ imaginibus afficiunt a corporib⁹ exeũtes in eiſdẽ imaginib⁹ tormẽta patiunt. Propterea eñ corporalib⁹ paſſiõib⁹ ibi teneri p̃ñt: q: a corruptiõe corporaliũ affectionũ hic mundate nõ fuerunt quam corpulentiã de corporis delectatiõe traxerunt. Et iterũ. Si eñ anima a corruptione corporaliuꝫ affectionũ hic nõ mũdat corpore exuta corporalibus tenet paſſionib⁹. Studeat ergo i hac vita ſe ab hmõi petulãtia mũdare quatenus cũ hinc exierit nihil corporeũ ſecum trahat: ⁊ corporis paſſiõe imunis exiſtat. hec Augu.

Uenialia abluenda

B Suffragia generalia

Suffragioꝝ aũt ſunt q̃tuor modi gñales ad quos oẽs alij reducunt ſciliꝫ oratio: ieiunium: eleemoſina: ⁊ ſacr̃m altaris. Hec ſuffragia ꝓſunt defunctis ſm magis ⁊ minus ꝑ diuerſitate meritoꝝ i mortuis: vel ꝑ charitate viuoꝝ q̃ magis ſolicitãtur ꝑ mortuis aliq̃bus q̃ alijs. Illa eñ ſuffragia q̃ ſpãliter fiunt ꝑ aliq̃bus plus valẽt illis q̃ alijs: licet etiam alijs aliquo modo cõmunicẽtur. Suffragia vero q̃ cõmuniter fiunt ꝑ defunctis: ꝯ̃uis omnib⁹ ꝑ modulo ſuo ꝓſũt: illis tñ amplius qui dũ eſſent in ſtatu vie magis meruerunt vt ſibi ꝓdeſſent.

Suffragia ſpãliter facta.

Grego. Bõa ante mortẽ ꝑ ſe agẽda.

Unde Greg. Illis ſacre victime mortuis proſunt q̃ hic viuẽdo obtinuerunt: vt eas etiã poſt mortẽ bona adiuuẽt q̃ hic pro ipſis ab alijs fiunt. Inter hoc autem penſandũ eſt ꝙ tutior via ſit: vt bonũ qđ quiſqȝ poſt mortẽ ſuam ſperat agi per alios agat dum ipſe viuit per ſe. Beatius quippe eſt liberum exire q̃ poſt vincula libertatem querere. Tunc ergo vere pro nobis deo hoſtia accepta erit cum noſipſos hoſtiam fecerim⁹. Et fidenter dico qm̃ hoſtia ſalutari poſt mortem nõ indigebim⁹: ſi ante mortẽ deo hoſtia ipſi fuerimus. hec Grego. Inſuper ne aliquid bonũ pereat illa bona que quis peccãdo operatur mortificata: alijs ſaluandis dabuntur. Sicut q̃ñ corporali morte quis moritur fratres ⁊ ꝓpinqui in bonis eius ſuccedunt.

Antichriſti arma iiij.

Antichriſtus ṽo quatuor modis ſubuertendi hoies armabit: ſcꝫ callida ꝑſuaſione: miraculoꝝ operatione: bonoꝝ largitione: tormẽtoꝝ exhibitione. Predictis q̃tuor modis multos ad ſe trahet. Trahet autẽ malos per munera: bonos ꝑ tormenta: ſimplices ꝑ predicationeꝫ ⁊ miracula. Habebit ſecum magos ⁊ maleficos: reges quoqȝ et principes. Unde in Apocal. Uidi de mari beſtiam aſcendentem: id eſt antichriſtum habentẽ capita ſeptẽ: id eſt principes vniuerſos ⁊ cornua decẽ: id eſt illos qui impugnant decalogum.

Apoc. xiij.

C Antichriſti parentes et malicia.

Hic ex parentib⁹ ſenibus cõcipietur ⁊ naſcetur in babylone de tribu Dan: ⁊ ſicut in chriſto oĩs plenitudo diuinitatis inhabitauit: ita in antichriſto oĩs plenitudo iniquitatis inhabitabit: qr in ipſo erit ſpiritus malignus caput oĩm maloꝝ ꝓpter qđ et filius ꝑditionis vocabit.

Helyas Enoch aduentus in terras.

Inter occultũ aduentũ antichriſti qui eſt ꝑ natiuitatẽ: ⁊ manifeſtũ q̃ erit per p̃dicationẽ: ⁊ apertaꝫ perſecutionem venient Helyas ⁊ Enoch vt ipſi repugnẽt ⁊ errantes adviam veritatis reducãt i vtriſqȝ per zachariã due oliue. i. ſpũſancto vncti: et ꝑ ioãnẽ duo cãdelabra. i. lumẽ dantes alijs noiant: ⁊ p̃dicabũt dieb⁹ mille ducẽtis ſexaginta. i. trib⁹ annis ⁊ dimidio: ſicut et xp̃s p̃dicauit amicti ſaccis. i. penitẽtiã p̃dicantes ⁊ exẽplo ſui oſtendentes. Et oẽs q̃ cognoſcere ⁊ confiteri verũ deũ volunt hos duos ſenes ⁊ veraces teſtes ſubſequentur iniquũ errorẽ deſerẽtes: qm̃ ipi in magnis ⁊ corã deo ⁊ corã pplo fulgebũt vicos ⁊ ciuitates ⁊ plateas atqȝ alia loca vbicũqȝ filius ꝑditiõis ꝯ̃trã doctrinã ſuã efflauerit ꝑcurrẽtes ac in eis multa ſigna in ſpũſctõ faciẽtes: ita vt oĩs pplꝯ q̃ ea viderit in maximã ammirationẽ ducat. Idcirco aũt hec magna ſigna ſupra firmã petraꝫ ſolidata illis dabunt: quaten⁹ illa cõtraria et falſa ſigna abijciãtur.

Helyas Enoch cedes. Antichriſti cedes.

Tandẽ antixp̃s occidet eos in hieruſalẽ: ⁊ iacebũt corpa eoꝝ i plateis tribus dieb⁹ ⁊ noctibus ⁊ dimidio: qr nullus audebit corpa eorũ ſepelire ꝓpter metũ antixp̃i: vt q̃cũqȝ viderint timeãt eis ꝯformari. Poſt tres aũt dies ⁊ dimidiũ reſurgẽt ⁊ i celũ i nube aſcẽdẽt. Antixp̃s ṽo xv. dieb⁹ regnabit poſt mortẽ illorum. Regnabit aũt tribus annis ⁊ dimidio: ⁊ poſt dñs poteſtate ſua occidet eũ: ſiue ꝑ ſe: ſiue ꝑ michaelẽ archãgelũ. Occidet aũt in mõte oliueti in papilione: ⁊ in ſolio ſuo in lo-

eo illo vbi dñs aſcendit. ſm prefati mõtis apice q̃ dr inclyt⁹: q2 ex eo ſaluator aſcẽdit ad patrẽ: ibi nãq3 peribit vñ dñs aſcendit. Quo interfecto nõ ſtatī veniet dñs ad iudiciũ: ſʒ ꝯcedenẗ. xlv. dies ad refrigeriũ ſanctoꝝ ⁊ ad penitẽtiã ſub uerſoꝝ. Quãtũ aũt ſit ſpaciũ inter illos. xlv. dies ⁊ finẽ mũdi nemo ſcit.

D
Iudeoꝝ ꝯuerſio.

Iudei tũc ad p̃dicatiõem enoch ⁊ helye cõuertenẗ ad fidẽ ⁊ ſancta eccleſia vſq3 in finẽ mũdi pacifica q̃eſcet: q2 extunc fraudulentia ⁊ ſeuitia diaboli penit⁹ deficiet. ¶ Circa cõflagrationẽ mũdi ſciẽdũ eſt q̃ ignis permaximus aduentũ iudicis preueniet: ⁊ faciem eius precedet: q2 virtute diuina non ſolũ ignis qui eſt in ſphera ſua ſed etiã omnes ignes ⁊ qui in terra et ſup terrã ſunt ad mũdi cõflagrationẽ concurrent.

Cõflagratio mundi

Per iſtum ignẽ q̃ſi ſimul fiet purgatio iuſtoꝝ ⁊ punitio maloꝝ: incineratio corpoꝝ ⁊ cõſumptio terrenaſcentium. Habebit em̃ iſte ignis officium q̃tuor igniũ: vz ignis infernalis ad reproborum punitionẽ: ignis purgatorij ad bonoꝝ venialibus purgationẽ: ignis terreſtris ad vegetabilium ⁊ ſenſibilium ꝯſummationem et corpoꝝ incinerationẽ: ⁊ ignis elemẽtaris ad elementoꝝ ſubtiliationẽ ⁊ innouationis coꝝ diſpoſitionẽ.

Ignis conflagrationis. iiij. officia.

Per hunc g̃ ignẽ ita facies terre exureẗ q̃ figura hui⁹ mundi peribit ſicut ⁊ olim p̱ diluuium factum fuit. Et merito primum dei iudicium fuit in aqua ꝯ ardorem luxurie q̃ tunc viguit: vltimũ vero iudicium erit in igne ꝯ teporem charitatis: q̃ tũc ſeneſcente q̃ſi mũdo refrigeſcet.

Iudiciũ per aquã ⁊ p̱ ignẽ.

Quo facto ſtatim erit reſurrectio mortuoꝝ corpoꝝ cũ aduẽtu iudicis ad iudiciũ: ⁊ tunc inflãmabiẗ totus mundus p̱ circuitũ. Quia em̃ hõ meruit ⁊ demeruit in aĩa ſimul ⁊ corpore punietur vel p̃miabiẗ in vtroq3: ⁊ ideo in eiſdẽ op3 eum reſurgere. Reſurgẽt aũt oẽs tã boni q̃ mali: nulla in eis exiſtẽte differẽtia quãtũ ad ordinẽ tp̃is: ſʒ quãtũ ad ordinẽ dignitatꝭ.

Reſurrectio vniuerſalis.

Nam mali ſurgent deformes ⁊ paſſibiles: imo tã ignominioſũ erit corp⁹ pctõris q̃ aĩa reſumẽs ip̃m ſtupebit q̃ñ illud videbit ⁊ ip̃m videre abhorrebit ⁊ vellet poti⁹ habere tale corp⁹ quale erat q̃ñ dimidiũ comeſtum fuit a vermibus. In bonis aũt natura ſuabiẗ ⁊ vitia detrahenẗ: ⁊ erit corp⁹ ſepties clari⁹ q̃ ſit ſol mõ. Quãto fuerint vitia maloꝝ abominabiliora: tãto erũt corpora eoꝝ deformiora. Et q̃to fuerint merita iuſtoꝝ plura ⁊ maiora tãto erunt corpora eoꝝ pulchriora et clariora. Corp⁹ minimi pueri ſeptẽpliciter clari⁹ ſole erit. Si alius fuerit in decuplo eo ſanctior: illi⁹ corp⁹ in decuplo erit illo clari⁹ ⁊ ſilr intellige decẽties et milleſies. Et ſicut xp̃s infinities eſt oib⁹ ſctis ſanctior: ita eſt infinities corp⁹

E
Corp⁹ bonoꝝ ſm merita

eius oibus ſctis clari⁹. Oẽs aũt tam boni q̃ mali reſurgẽt incorrupti ⁊ integri corpore vz ſine aliqua mẽbroꝝ diminutione in debita ſtatura ſm mẽſurã etatis plenitudinis xp̃i: ſʒ boni tm̃ in gloriã imortalitat3 immutabunẗ.

ſumet claritatis augmẽtũ.

vñ Aug. Sʒ ſi xp̃s in ea mẽſura corp̃is l qua mortu⁹ eſt reſurrexit nephas eſt dicere cũ reſurrectiõis oĩm ip̃e venerit acceſſurã corpori ei⁹ eã magnitudinẽ quã nõ habuit: vt lõgiſſim⁹ poſſit fieri eq̃lis. Si autẽ dixerim⁹ ad dñici corp̃is modũ ẽt minoꝝ maioꝛũq3 corpora redigẽda p̱ibit de multoꝝ corporib⁹ p̱ plurimũ cũ ipſe nec capillũ periturũ eſſe p̃miſerit. Reſtat g̃ vt q̃ſq3 recipiat ſuã mẽſurã quã vel habuit in iuuẽtute ſi ſenex eſt mortu⁹ vel fuerat habitur⁹ ſi eſt añ defunctus.

Augu: Menſurã ſuã q̃ſq3 habebit nõ communẽ oibus.

Et ideo nõ eſt dictũ ab ap̃lo in mẽſurã ſtature: ſed in menſurã etatis plenitudinis xp̃i quia reſurgent corpora mortuoꝝ in iuuenili etate ⁊ robore ad quã xp̃3 p̱ueniſſe cognouim⁹. hec Augu.

Ephe. iiij.

Reſurrectio ergo tria corriget l natura. ſ. defectũ ſicut in pueris et mutilatis: ſiue l diminuta natura membroꝝ ſup̃fluoꝝ ſ. vnguiũ: criniũ ⁊ hmõi errorꝝ ſicut eſt in mõſtruoſitate mẽbroꝝ. Reſurgẽt q̃3 corpora eoꝝ nũero eadẽ q̃ prius ex eodẽ puluere in quẽ redacta fuerãt: ita q̃ in quaſcũq3 auras vel ſinus puluis ille fuerit diſperſus ad eandẽ animã redeat q̃ ip̃m primit⁹: vt viueret: ⁊ creſceret animauit.

Reſurrectio tria corriget in natura ⁊ erit integra.

Nec ſolũ reſurgẽt corpa q̃tũ ad membra p̃ncipalia: ſed etiã ſaluis capillis ⁊ ceteris mẽbris ad decorem facientib⁹. Reſurgẽt em̃ hoies quãtũ ad eſſe: ⁊ quãtũ ad integrũ eſſe: ⁊ quantũ ad decorũ eſſe. Et hoc in momento. i. breuiſſimo et anguſtiſſimo ſpacio tẽporis in ictu oculi trãſuolat media: ⁊ tranſit ad remota.

Reſurrectio fiet in momẽto.

In nouiſſima tuba. i. per vocẽ magnã ⁊ manifeſtã poſtq̃ nõ erit alia. Hec tuba clamor ille intelligitur de quo in euãgelio diciẗ. Media nocte clamor fact⁹ eſt: ecce ſpõſus venit exite obuiã ei. Nõ em̃ tũc veniet cũ ſperaẗ: ſed media nocte. i. occulte valde ⁊ inſperate.

Matt. xxv.

Tube noie aliquid euidẽs ⁊ preclarũ ſignum accipitur qđ nutu diuino dabiẗ qđ archãgeli vox ⁊ tuba dei alibi: ⁊ etiã vox filij dei in euãgelio dr. Et bene dr tuba dei: q2 q̃ſi ad bellum ꝯ inimicos veniet: ⁊ efficaciam dabit ei q̃ p̱ illã mortui reſurgẽt. Uox ergo tube ſm quoſdã eſt imperiũ xp̃i reſurgere imperãtis: ſm alios vero eſt manifeſta xp̃i apparitio: poſt reſurrectionẽ vero ſtatim erit iudicium.

Tuba quid.

Erit autẽ in valle ioſaphat que ſita eſt ad orientem inter hieruſalẽ et montẽ oliueti: q2 hieruſalem ⁊ terra adiacens eſt locus medius cõis oib⁹ nationibus ac famoſiſſim⁹ ⁊ public⁹ p̱pter opera noſtre redẽptiõis. Ioſaphat aũt interpre-

F
Uallis ioſaphat loc⁹ iudicij.

tatur iudiciū dñi. Ad iudiciū ergo dñi congregabūtur oēs impij vt dānentur: iusti vero nō descēdent in vallē iudicij vt dānent᷑: sȝ in nubibꝰ obuiā xp̄o eleuabūt᷑. Christꝰ eñ nō descēdet in terrā ad iudiciū: sed in aere sedebit ꝯ locū montis oliueti: ex quo ascēdit stipatus agminibus ꝛ virtutibꝰ celoꝝ.

Iudicij horribilitas.

Et erit iudiciū illud horribile ex oī parte. Supra erit iudex iratus: subtꝰ patens infernus: intus cōsciētia remordens: extra mundus ardēs: a dextris peccata accusantia: a sinistris īfinita demonia terrētia: circa boni angeli in infernū pellentes ꝛ mali ad ipm trahētes. Ibi erūt etiā oēs sancti sententiā iudicis approbantes ꝛ oēs mali cū bonis pētā dānatoꝝ cognoscentes. Et tūc xp̄s blādus iustis ꝛ terribilis apparebit iniustis. Adeo quidē iratꝰ reprobis videbit᷑: vt dicāt mōtibꝰ ꝛ petris cadite sup nos et abscondite nos a facie sedētis sup thronū ꝛ ab ira agni.

Stigmatū vulnerū xp̄i apparitio.

Stigmata quoq̄ mōstrabit ꝛ passionis insignia: scȝ crucē: clauos: lanceam: coronā: ꝛ flagella. Tota quippe trinitas in iudicio futuro iudicabit autoritatiue ꝛ iurisditiōe ordinaria: sȝ xp̄s inq̄ꝫtū hō iudicabit executiue ꝛ iurisdictione delegata: quia iudex debet esse manifestꝰ oībus iudicādis.

Diuina natura nō videbit᷑ dānādis.

Deus aūt pr̄ vel filiꝰ sm̄ diuinā naturā nō videbit᷑ ab oībꝰ in iudicio: q: tūc oēs essent beati cū in visione cōsistat btitudo: ꝛ iō executio iudicij data est a patre xp̄o hoī qui poterit ab oībus videri. Unde potestatē dedit ei iudiciū facere: scȝ executiue: quia filius hoīs est ab oībus visibilis bonis ꝛ malis.

Forma q̄ iudicatꝰ iudicabit christꝰ. Augu.

Nō apparebit in forma dei: q: solis mūdis corde ꝓmittit᷑ visio forme dei: sȝ in forma serui: vt possit ab oībus videri iuste iudicaturꝰ in ea forma in qua iniuste iudicatus est. vñ Aug. Forma illa erit iudex q̄ stetit sub iudice. Illa iudicabit q̄ iudicata est. Nā si iudiciū nō fieret nisi inter solos iustos appareret tāq̄ꝫ iustis forma dei. Qz vero iudiciū futurū est iustoꝝ ꝛ iniquoꝝ: nec sȝ vt iniq̄ videāt deū. Talis apparebit iudex qualis videri possit ꝛ ab eis quos coronaturus est: ꝛ ab eis quos dānaturꝰ est. hec Aug.

G Ordines in iudicio quatuor.

Ordines aūt quatuor erunt in iudicio quorum duo erunt electoꝝ ꝛ a dextris: duo reproboꝝ a sinistris. Ex pte electorū q̄dā nō iudicabunt᷑: sȝ iudicabūt ꝛ saluabuntur: vt quoꝝ merita bona sunt ipmixta malis: sicut pfectorū pauperū xp̄i qui hic seipsos iudicauerūt q̄ pcepta legis pfectiōis virtute trāscendunt: ꝛ oīa relinquentes nudi nudum xp̄m secuti sunt: quibus voce dñica dr̄. Uos qui reliquistis oīa ꝛ secuti estis me. Cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue sedebitis ꝛ vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Dicitur aūt

Math. xix.

